




S.SIMACHVS
PAPA CALAR.



SYDEREIS FVLGENS PENNIS
FOVET OMNIA PHAEBVS



S. HILARVS.
PAPA CALAR.


S.LVCIFERVS
ARPVS CALAR.


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE
Lucifer hinc radians,
hinc Calarisque micans.


S.BONIFACIVS M.
DISCIPVL.CHRS.CAL.



Primatus signo rutilans
hinc stemma coruscat.


SIC TRINO TRIPLEX
MELLIFICAVIT APIS


S.GEORGIVS
EPVS.CALARIT.


SANCTISS.D.N.VRBANO.VIII
PONT. OPT. MAX.
Frater Ambrosius Machin Archi-
episcopus Calaritanus. Primas
Sardiniae et Corsicae Dicat.


S.SATVRNINVS.
MAR.CALARIT.



DEFENSIO SANCTITATIS BEATI LVCIFERI

Archiepiſcopi Calaritani.

Sardiniæ, & Corſicæ Primatis, & aliorum Sanctorum, quos colit Calaritana Eccleſia.

Necnon, & Primatus Archiepiſcopi Calaritani, & eius Primatialis Eccleſiæ, unà cum Deciſionibus Sacræ Rotæ Romanæ.

In duos Libros diuiſa.

SANCTISSIMO D. N. VRBANO VIII.

Pontifici Optimo Maximo dicata.

Authore, & Propugnatore in Romana Curia

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO Don Fr. Ambroſio Machin, Archiepiſcopo Calaritano, Sardiniæ, & Corſicæ Primate.








CALARI,

Ex Typographia Doctoris Antonij Galcerin.

Apud Bartholomæum Gobettum. *M. DC. XXXIX.*

SVPERIORVM PERMISSV.



SANCTISS. DOMINO NOSTRO

VRBANO VIII.

Pontifici Optimo Maximo.





ANDEM (Beatiſs.Pater) diu diſceptata B. Luciferi Calaritani Archiepiſcopi, Sanctitas, & Primatus primæ Sedis Sardiniæ,quæ Calaritana eſt dignitas,arbitrio tuo, firmamento ſuo ſtetit, ſtabitq; . Hæc quidem priſco iure non immeritò conceſſa,illa ſuorum auitæ religioni,non tàm reddita,quàm permiſſa. Alteram ab altera ſeparari non opportuit,quando Lucifer hanc dignitatem non contulit,ſed accepit,acceptam,Sanctitate ſua exornauit. Hoc, huiuſce operis,quod Beatitudini tuæ conſecro,tuiſque Sacris pedibus ſterno,eſt argumentum; titulo non alteri inſcribendum,quam qui ſanctitatis in terris Arbiter eſt, & primæ omnium ſedis, Vicaria Chriſti poteſtate, Author. Quod niſi eſſet, & doni exiguitatem,deprecarer, & audacis veniā ſicut illam, aduerſus Zoylorum morſus

ſus

ſus tutantem, demiſſe imploro, tanquam Sacram Aram, & aſilū, in quo, & Primatus Calaritanæ ſedis firmatur, & Luciferi Sanctitas, in ſua cauſa fidenter perorat: non illius, qui vix mane exoriens in tenebras præceps ruit, ſed qui nunquam deſerta religionis, & ſanctitatis ſtatione, Orientem virtute, Occidentem, beato occaſu, conſecrauit. Vnus nimirum idem ipſe, & Phoſphorus Orientalem Eccleſiam, Legati Pontificij authoritate, luſtrauit, & cum luſtrādum nihil amplius ſupereſſet, in Occidentis partes reuerſus, peracto fœliciter ambitu, inſtar Heſperi, in maius ſplendens, occubuit ille quidem, ſed radiare hactenus non deſtitit. Accipe ergo B. Pater donum, tibi vni debitū, & cum oculos in Sardiniam, quæ inter primas Europæ Prouintias Romanæ Eccleſię (nullo, vnquam hæreſis, vel erroris, obtenebratam, eclypſi) lucem reſpexit, benigne inflectis, meæ quoque, ex tuo munere, Calaritanæ Sedis, populique Calaritani fidem, religionem, atque pietatem, fouere, tueri, & promouere, vt clementer digneris, affuſus ad Sacros pedes tuos, ſupplex oro. Vale.

Sanctitatis tuæ

Deuinctiſſimus ſeruus

Frater Ambroſius Machin
Archiepiſc. Calaritanus.

EMI-



EMINENTISS. DOMINO MEO

DON FRANCISCO BARBERINO

S. R. E. Cardinali, & Cancellario meritiss. ac Sanctiss. Domini Nostri Vrbani Papæ VIII, nepoti amantissimo,

Frater Ambrosius Machin Archiepiscopus Calaritanus.



IV luctabar (Cardinalis Eminentissime) non tàm prælo, quàm prælio, hoc opus ab vmbra ad Solem edere, sub alarum tui fauoris vmbra, non ad mei nominis, sed diuini numinis gloriam, sed Dei, sed diuorum, sed Luciferi Sanctissimi, cuius Sanctitatem, lucidissimam prædico, radiosam affirmo, Primatum Calaritanum stabilio, & firmo. Ecce iam omni reuoluto lapide, inoffenso pede non per auias sed auitas curules triũphali adorea ad te feror, vel potius peruolo hoc volumine, ne dicam volamine pernicitori. En meum opus, tuæ opis indigum, & si leuibus comendatum folijs, rationum tamen libratum pondere ad te pergit, imò currit spontaneè tibi sistit, quod & si non tibi, sed B. P. M. Vrbano VIII. Auunculo tuo dignissimo, supremo totius Ecclesiæ Apici, diuini numinis in terris Vicario coadiutori filij, cælestisq; administratorij Spiritus, dicatum; te illo tamen ne abdicatum putes; quod enim Auunculo, hoc & nepoti sacrum. nec ius denegat, quod necessitudo largitur, genus offert, impar dignitas, quod non aufert, tibi ergo etiam consecro meum librum, dicam potius Ambrosium fauum, nectareum libum, vt illum summa apis è tuis manibus libet, & sic eius dulcescat in ore, nobilitetur haustu, foueatur amplexu, iam non meus, sed multis potius nominibus tuus; tuus hic liber, quia tua ope, tua luce, te duce in lucem prodit, it securus. Proh quam fœlix auspicium, sub tanti Principis asilum, quam lucidissima fors, & mihi, & libro, & Lucifero, & Calaritanæ Primatiali dignitati, dũ te Patronum sortimur lucidissimum aspicimus solem, illustrantem orbem, ueneramur solum, æqualem nemini, sale conditum sapientiæ, condimento prudentiæ, & consilij; tuus etiam quia multa, & fortè meliora, quæ in hoc volumine, velut agmine facto, virium, & virorum robore

(fors

(fors hostium rubore) veritatem testantur; S. Luciferi sanctitatem protegunt, Primatum tuentur, detegunt aduersariorum technas, quas fuco tegunt, ex tua amplissima locupletissimaq; mutuaui Bibliotheca, vnde potius hanc Mineruam dixerim, è tanto Ioue progenitam, quam ex meo cerebro natam; tuus denique, quia meus, omnia namque serui, Heribona, Sibi propria. Me igitur, & mea omnia tibi debeo. Quare iam non consecro meũ, sed tuum restituo, non munus offero, sed fero debitum, sed soluo censum, sic censeo, quod si in tuum acceperis, fœlix ego, aut enim tueri non poteris, quod tuum esse probaris, ne lædatur à liuido, ne rodatur à Zoylo. Sic meum librum iam tuum verebuntur audaces. Habes enim tuo glorioso in stemmate mihi scuto, & si melleas, & volantes apes, vallantes dicam acies, quæ armatæ stimulis pungant emulos, amantes vngant, muniant fauos, meo libro, faueant, & veritatem foueant, proh generosæ Apes, quam mihi dulcis fauus, vester fauor? Hoc pascor, hoc mea dulcescit ambrosia, plusquàm meo nomine abit in nectara, & in manna, magna tuarum apum dulcedine. Recordor, Purpurate Princeps, & hæret cordi non litura, sed lectura semper, tua in me generositas animi, animositas generis, qua me deuinxisti Romæ. Fateor, me tibi obligationis obstrictũ, nodo plusquam gordiano, nullo vnquam solutionis resecando gladio, etiã Alexandrico, fateor tua in me supra merita beneficia, mihi veneficia, circeis simillima (est namq; beneficus homo animorum veneficus, animarum incantator) allicit enim homines largitas, attrahunt beneficia, mutant, & mentes, & amantes donorum veneficio circæo meliore poculo. Ecce me, & si non Vlisi socium in te tamen amore sauciũ, quo mutor in alterũ tui amator, tot beneficijs, vel veneficijs, quibus me aliquandiu comorantẽ Romæ honorasti, & onerasti debitis nunquam exoluendis, nec vnquã potero, etsi cupio tanto domino pares referre gratias, interim cõmemoro beneficia, & agnosco debita, quorum cognitio, quia gratitudinis signũ (hoc enim facinus ingrati animi, accepta beneficia obliuioni tradere) quoddã est solutionis genus, quod & debitorẽ quodammodo à debito facit liberũ, & datorem munificum, vnius beneficij gratitudo ad spẽ erigit aliorum; sed quid immomor? maior enim tua beneficentia parat, quã mihi mea gratitudo cõparat, & promeretur, est namq; tibi cõgenita liberalitas digna marmore, & amore, ære, & ore laudantiũ, subtiliori calamo, perelegantiori pennicillo, etiã Apelleo aptiore Ast, quid tuas incipio laudes, nunquã finiendas? uel melioris cultæ eloquentiæ lenocinijs posteritati cõmendandas Encomiastæ tempore? sileo, nõ enim meorum encomiorum, laude tua indiget fama, quã semper auges, nunquã minuis, tua enim facta te per Vrbem prædicant, per orbem extollunt, tollunt ad sydera; (Habent enim opera suas voces, nec Sol, *vt cũ Philone loquar,* nec Luna opus habẽt interprete, qui nos doceat ab altero interdiu, ab altera nocte mundũ vniuersum illustrari, sed ipsô suo splẽdore fidem, vel absq; teste faciunt oculis. *Soles, & solares emittis, radios, arridens Ecclesiastico mundo, tua te luce signas, nec opus habes encomiaste; nec interprete, vt Sol, vt solus, diu luceas orbi. Vale.*

IVDI-

YO el Licenciado Sebastian de Huerta, Secretario del Rey Nuestro Señor; y del su Consejo de la Santa General Inquisicion. Certifico que en nueue dias del mes de Iunio del año passado de mil, y seiscientos, y quarenta, y en doze de Henero proximè passado deste presente año, de mil, y seiscientos, y quarenta, y vno se proueyeron, y pronũciaron los autos del tenor siguiente.

En la villa de Madrid, en nueue dias del mes de Iunio de mil, y seiscientos, y quarenta años.

Hauiendo visto los Señores del Consejo de sù Magestad de la dicha general Inquisicion el Libro intitulado Triumfo de los Santos del Reyno de Cerdeña, su Author el Doctor Dionis Bonfant de la Ciudad de Caller, &c. Impresso en Caller año de mil, y seiscientos, y treinta, y sinco.

Dixeron que se espurgue el dicho Libro, en lo que està delatado, y calificado, tocante à la Santidad de Ianuario, y al hauer puesto en lugar proprio de Santo, Canonizados los huessos de vn difunto no conocido, haciendolos de S. Antiogo Martyr.

Y por lo que toca à Lucifero, y su Santidad, corra el dicho Libro despues de espurgado en la forma arriba dicha, por quanto la declaracion desto pertenesce à su Santidad ante quien està pendiente la causa,

caufa, y affi mefmo corran los defenforios en fauor del dicho Lucifero hechos anfi por Don Fray Ambrofio Machin, Arçobifpo de Caller, como por el Sindicho de la dicha Ciudad de Caller, hafta que por la Santa Sede Apoftolica fe declare lo que en razon defto fe deue de tener, y crcher, y affi lo prouehieron, mandaron, y feñalaron fu S. I. y Señores Arçobifpo Siluacarate, Palauefin, Rueda, Mañozca. El Licenciado Sebaftian de Huerta, Secretario del Rey Nueftro Señor, y del Confejo.

En la villa de Madrid à doze dias del mes de Henero de mil, y feifcientos, y quarenta, y vn años.

Hauiendo vifto los Señores del Cõfejo de fu Mageftad de la Sãta general Inquificion la peticion prefentada en el, en veynte, y fiete de Iulio del año paffado de mil, y feifcientos, y quarenta por Don Iayme Capay Dean de la Santa Iglefia de Ales, y en nõbre de la Ciudad de Caller, y Gauino Penducho en nombre de D. Fray Ambrofio Machin Arçobifpo de dicha Ciudad, y el Doctor Io. Francifco Gamboa en nombre de los herederos del Doctor Dionis Bonfant. Por lo que à el toca defpues de la publicaciõ del nueuo expurgatorio de los Libros prohibidos, hecha el dicho año, por mãdado del Illuftrifs. Señor D. Fray Antonio de Sotomayor, Arçobifpo de Damafco, Inquifidor general en defenfa de S. Ianuario martyr, y Obifpo Africano, y de S. Antiogo Lector, y expurgacion que dellos fe mãda hazer en el dicho Libro del Doctor Bonfant. Dixeron que fe aduierta para el primer Appendix hauer fido puefto por equiuocacion, y man-

y mandado borrar, lo que toca à S. Ianuario martyr Obiſpo Africano, deuiendo dezirſe Ianuario Obiſpo Calaritano, y no el Africano, y de la miſma manera la parte que toca à S. Antiogo Lector, como ſe refiere en las cenſuras vltimamente dadas ſobre eſte punto por los Calificadores del Conſejo en ſeis de Deſiembre del dicho año de ſeiſcientos, y quarenta, paraque ſe cumpla, y executa ſu tenor, y que deſta declaracion ſe dè teſtimonio à las partes que lo pidieren, y aſſi lo proueyeron, mãdaron, y ſeñalaron ſu S.I. y Señores Capata, Silua, Corate, Palaueſin, Ruedarrico, Mañozca. El Licenciado Sebaſtian de Huerta, Secretario del Rey Nueſtro Señor, y del Conſejo.

Como todo lo ſuſodicho mas largamente parece de los papeles del dicho Conſejo, y originales quedan en mi Secretaria en que me remitto, y para que dello cõſte de pedimiento de Gauino Penducho carta en nombre del Arçobiſpo, y Ciudad de Caller, y del Doctor Io. Franciſco Gãboa en nõbre de los herederos del Doct. Dionis Bonfant, y por mandado de los Señores del dicho Conſejo, di la preſente firmada de mi nombre, y ſellada con el ſello de la general Inquiſicion. En Madrid à quatro de Março de mil, y ſeiſcientos, y quarenta, y vn años. El Licenciado Sebaſtian de Huerta Secretario del Rey nueſtro Señor, y del Conſejo.

Lugar del Sello.

Regiſtrado.

IVDITIVM, ET APPROBATIO

Operis, Admo. Reuerendi Patris Magistri Fratris Thomæ Melicau Ordinis Predicatorum, in hoc Regno Vicarij Generalis dignissimi, & Generalis Academiæ Sardiniæ Sacræ Theologiæ professoris.



AMore imperante tuo, ob tẽperante meo (Illustriss. Præsul, Præsulum gloria, sapientum Corona, Calaris splendor, Sardiniç decus) meo inquã obtemperãte amore sine mora (nescit enim moras alatus amor) vidi tuum volumen, ne dicã volamen, voluptuosè legi. Selectũ opus; opus Orbi, Calari, luci, Lucifero. Opus, cui nihil laudis opus; ipsum sibi, & laus, & laurus: magis admirationi compactum, quam censuræ exponendum. *Nescio Cælo ne peractum, fluxit opus*. Dicam ne librum, ingenij tui libram! an Ambrosianum libum? vel triumphãtis labarum, litis laurum? Dicam omnia, aureum librum, nectareum libum, laureum labarum.

Librum, plusquam pindaricum, plusquam Xenophonteium, melioris Mineruç libramento elaboratum, tuis clarissimis elucubrationibus aliorum germanum in lucem editum, vt splendeat, eat in diem, luceat omnibus, auferat tenebras, Primatum Calaritanæ sedis expandat, Luciferum afferat Sanctissimum, limpidissimis videndum oculis, lipientibus inuidendum *(qui enim malè agit odit lucem*; addit B. Luciferus lib. 2. pro S. Athanasio, *amator est tenebrarum*, noctuascit ad Solem, non aquilascit ad radios, quia aquilonascit ad malum, sed annichilabitur nebulo, velut nebula, quia iam Luciferi radij arridẽt mundo, & si immundus irrideat oculus, si non plorat, dum non explorat lucem, Sanctum orat Luciferum) librum famosum, & formosum, doctrinæ pulchritudine, sapientiæ venustate, ingenij gloria, acuitate, fœcunditate, & partu, verborum elegantia, nõ incompta, sed compta; & si nõ cincinnata, concinnitate tamen composita, rationum acumine, & veritatis lumine, Cæsarea, quia Augusta, ore prolata fœcundo, & labiorum facundia, stillantium myrram primam, fors alicui non probatam, mihi probatissimam, nonnulli amaram, mihi amatoriam. Librum sibi similem, secũdum nemini, graui disertum stillo, proprio marte, & arte nobilem, rebus grandem, nec à tuo ingenio alienum; Cuius notas, tanti ex Iouis cerebro natas, fœliciori Mineruæ partu, notãdas cedro, iudico, Lisippi ære dignas, Apellis tabula perelegantiori pennicillo, ad immortalitatem, ad gloriam. Librum tandem odorifero vnguentorum Scrinio digniorem Homeri libris à Magno Macedone capto inter Persorũ Regis, spo-

b lia

lia Scrinio, prætiolo gēmis, auro diuite, opulento margaritis, non ſperanti, ſed ſpiranti fragrantiam, incluſis: Appiano poemate prætioſiorem, tot numis empto, quot verſibus compoſito, quin, & Ariſtarchea tabula 140. æſtimata talentis? omni denique emendum prætio, Pactoli opibus, Pelopiſque talentis, nec ſufficiunt, ſat tibi Auctori Clariſſimo Apolinaris laurus, oleaq; Mineruę, ſat honos, orta ex opere, nō ex ope, ex quo mihi exoritur libum, parce, & tua pace libandum; impoſſibile totum, & ſi tutum.

Libum, nō ex Farre, & Caſeo, Melle, & Oleo mixtum, ſed ex tui ſermonis ſuauitate, ex ſuaui verborum elegancia, ex eleganti Methodo, ex Ambroſiano ſtylo, non guttatim tuo ore ſtillanti, ſed affatim fluenti, ſed affluenti nectare, Ambroſia, in Saliares dapes, in Pontificiales Cęnas, in Cereales, opimas, opiparas, lautas, magnificis oneratas ferculis, & honoratas conuiuis. An non libum, Ambroſianum opus? in quo nō iam Pindari vel Platonis Apes, ſed generoſæ mellificant, ſed meliores? sūmo Eccleſiæ inſidentes apice, & capite? Apes SS.D.N.P. Vrbani VIII. quibus cōſecras librum, offers libum, libet, & dulcedinem libo, quæ mihi ſapit ad librū, & ad libum, & menti ſané ſapiet, & ſi non deſipienti. Nec hoc mirum; inſano namq; palato deſipit omne ſacarum; egri faſtidiunt nectara, mannam, & ſi magna; & ſępé mentis inops ruſticis aſſuetus libis, dicam libris, dubbias inter epulas, inter adijciales mēſas, inter adipoſa conuiuia, & ſi opipara, parum ſapiens, ciborum qualitatis ignarus, eſurit, vt Tantalus, vt ille ſitit, poſitus inter criſtallinos latices, ſed non illi appoſitos. Non ſic mihi cupienti, & capienti ſuauitatem, tua faſtidiunt mella, vel nauſeat Ambroſia; ſed ſapit, ſed delectat libum, ſed libet, dum enim tot licores tuo ex ore ſtillant (melius ſtellant, quia tuæ ſtellæ rores) haurio plenis faucibus fauos; nec amplius aueo, quam dicere; *dulcia faucibus meis eloquia tua, ſupra mel ori meo*, ſupra omnem eloquentiam auribus meis. Quid enim dulcius tua aurea lingua? fors Mercurij per elegantia verba, cicurantia feras, curantia tygres, carentia felle, extirpantia Siluas, ſiſtentia fluuios, ſopientia Manes, ſua ſapientia? cum. *Ceſſit immanis ſibi blandienti.*

Ianitor Aulæ
Cerberus; quamuis furiales centum
Muniant Angues caput eius, atque
Spiritus teter, ſanieſque manet
Oretrilingui?

Abſit. Manes enim eloquentior Mercurio, dum tuo libo, & libro de *alieno ludis corio*, illudis curæ (allude ad operam, & perditum oleum) an non meliori arte, dulciori ſermone,

Tu

Tu potes Tygres, comitesque Syluas
Ducere? & riuos celeres morari?

Non immoror; mora nanque dubium arguit, & de hoc dubitare, nefas quid? Herculis catenata verba, audientium aures alligantia, cum tua elegantia? Hercle nihil, tuo enim ex ore tot catenæ prodeunt, quot verba ad illaqueandos animos, ad alliciendas animas, ad excordanda pectora, ad alliganda corda. Hoc ostendis tuo glorioso in stemmate comprobatum, in quo, vt in geniali loco, vel amęno luco, aut delicioso nemore de more crescit vna Nobilis arbor, spaciatur in ramos, pulchrescit in flores, frutescit tandē, non in matura poma, sed in amatoria corda pendentia, & omnium in te amorem pandētia; tuo enim eloquio (id amoris laqueo in animarum deliquium) excordas etiā cordatos viros, etiā inimicas gentes, quorū animos sic honestè mollis, sic grauiter mulces, vt expansis manibus, imò, & pectore, apendant sua corda, tuæ arboris ramis, absque suorum viscerum rimis, & si se in tui amorem euiscerent; sicque meliori Herculis sorte, omniū suffuraris corda, concatenata trahis, tibi deuincis, vincis animos. Quid Amphion? cuius vox adeò cantatissima, vt immania saxa in Thebanæ vrbis mænia duceret construenda? canente Horatio.

Dictus, & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere sono testudinis, ac prece blanda
Ducere quo vellet.

Quid, & Arion? qui & indociles pisces, & immanes feras suo traxerat cantu? de quo præceptor amoris Ouidius, sine inuidia, cecinit fast. 2.

Quod mare non nouit, quæ nescit Aiona tellus,
Carmine, currentes, ille tenebat, aquas.
Sæpè sequens agnam lupus è à voce retentus,
Sæpè auidum fugiens restitit agna lupum.
Sæpè canes, leporesque vna iacuere sub vmbra,
Et stetit in saxo proxima ceruа, leæ.

Hi, te loquente sileant, taceant, te dicente; obmutescat, & Nestoris lingua, langueat Cignea Cineæ oratio, quorum facundia tuo comparata eloquio, vmbra, somnū tuo collata lepori, & ori, meæ dissonat auri. Hoc enim in libro, & libo, Mercurium agis, Herculem refers, Arionē exprimis, vim ostentas Demostenis, Platonis copiam, iucūditatem Isocratis; & quod maius non plus vltra omnibus præstas, dum te ipsum effigias hoc in volumine sine velamine. Quod tantum habet libi.

Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis
Effluxere decus quanto pratiosa metalli
Hermi rippa micat; quantas per lydia cultas

Despumat rutilas diues Pactolus Arenas.

Tantum dulcoris, & oris dulcedinis, vt omnẽ expungat amaritudinem, ne pungat aduersarios, imó inũgat, & liniat, leni verborum copia, suaui nectare, dulci libo; ex quo lector non venena, vt Aranea, sed mella, vt apis oro, legas, quod si primum Cleopatræ non absimilis, illius sequeris vestigia, ad stigias poperantis vndas, si secundum, Poetas imitaberis, & sapientes in tui comodum; qui.

Floriferis, vt apes, in saltibus omnia libant.

Nil enim hoc in volumine felleum, nil salsum, nil amarum. Quod si alicui non sanæ mentis, ne dicam insanæ, leuis iuditij, ne dicã liuidi, hic non placuerit liber, non libuerit libum: en illud Irænæi comma. *O, pepones sophystæ vituperabiles, & non viri.* Et illud Homeri huic simile. *O, pepones, Mala proba, Achiua, non Achiui.* Hæc ego conuitia fugiens, & illorum vitia libẽti animo ex tuo libro, Nectareum libaui libum, Ambrosianum. Sed iam ad labarum, & ad laurum.

Sane labarum tuus liber, micantiori intertextũ auro, intermicatioribus gemmis, splendidiùs omni imperatorio vexillo. Constantiniaco simile; sane laurus, quia te laureat, vt laurea, & aurea tui capitis Corona, non iam oleagina, sed Castrẽsis, sed obsidionalis, omnique gloriosior Corona. An non erexisti labarum tibi, Sanctissimo Lucifero, & tuæ Calaritanæ Primatiali Ecclesiæ, dum hunc Romæ composuisti librum, viuis illuminatum coloribus, expressis animatum pigmentis, non iam celandum; sed ære cælandum? dum tuæ Sedis, & B. Luciferi labarum, suo Mausoleo, illo Mausolo Cariæ Regi ab Artemisia acurate constructo, & inter, orbis miracula numerato, nobiliori, sublimiori omni tyranorum monumẽto, non quia florum Regina decorato rosa (dicam munito, spinarum custodia, in maledicas Hereticorum linguas, in scarabeos, odores) sed quia S. Luciferi nobilitato corpore, repertum extollis? tollis ad sydera, ad tua astra iam Sanctitatis Luciferi fortissima castra? an non promeruisti laurum, non iam Apollini, sed tibi Sacram, dum Luciferum, Sanctissimum Calaritanæ Vrbis Episcopum, Sardiniæ, & Corsicæ Primatem, totius orbis sectabile lumen, formidabile Hæreticorum fulmen. Constantissimum aduersus Constantium Imperatorem Ecclesiæ militem, acerrimum Athanasij defensorem, & eo teste, *Verum Templum Saluatoris, Heliam illius temporis, exemplum virtutis, & patientiæ, & libertatis, Imaginem Apostolicam, fiduciam propheticam magisterium veritatis, doctrinam veræ fidei, viam Cælestem.* Olim sphæræ militantis Ecclesiæ castrum, nunc triumphantis astrum; Sanctitate conspicuum prædicas? nulla hęresis labe infectum proponis? Sanctum defendis! ofendisque eos, nẽpe Ruffinum, & alios, simili peste saucios, qui

posue-

posuerunt in Cœlum os suum, dicá in Luciferum, omni Cœlo puriorem? certe hoc egregio facto, & labarum erigis, & laurum gestas baculum, tuo enim in libro triumphat de inscitia, sapientia, de falsitate veritas, de vitio virtus, Sanctitas de perfidia, de tenebris lux, de Ruffino Luciferus, vernat Luciferina rosa, plumescit Aquila, erigitur labarum.

Dic, Altecincte Præsul, quid Romæ agebas? quam causam? an non Sanctam, an non lucidam? an non Luciferi Sanctissimi? an non Primatus Ecclesiæ tuæ, & diuorum illius? ò nobile negotium? lis Sancta? gloriosum litigium? causa secura, cura laudabilis? quid enim laudabilius, quam certare pro Sanctis, quam stare pro diuis, quam pro propria sponsa pugnare? suæque dignitatis iura tueri? Hoc agis, hos es consecutus honores, tales, quibus forte nunquam fuisti assecutus æquales fateor, & nemo ambigit, & si ambiat idem, te in Hispania summis honoribus fastigiatum, cum *Sapientia, eloquentia, & disciplina doctibus approbatus, poteras de singulis artibus, etiam cum singulis artificibus philosophari*. Cum non tam maturus ætate, quam sapientia Canus, Arcana Theologię audiẽtibus reserabas, legẽtibus scribebas; Cum te Matriti Orbis Monarchæ, & Hispaniarum Regis amplissimæ sedis concionatorem dignissimum argentei oris vocabant omnes; cum tui Ordinis Generale caput, totius Religionis, & regiminis tenebas clauum, omnium pace, & Religiosæ disciplinæ emolumento maximo; cum tandem Magestas Regia te elegit ad infulas, primum ad Alguarensem; ad Calaritanam postea, quæ modo tuum condecorat caput, vel potius tuo decoratur in capite (tu enim dignitatem, non te dignitas extollit) qui honores, profecto magni: quæ dignitates, egregiæ. Sed egregiè dicam, disparent, nec apparent, vel melius parẽt honori parto ex tui ingenij partu, ex Sanctitatis Luciferi, & aliorum Sanctorum defensione, ex Primatus suæ Sedis propugnatione, ex libro, ex libo, ex labaro, ex lauro. Scite dixerat Scipio Æmilianus, *Malle se ciuem seruare vnum, quam multos hostes perdere*: Ocurrit, & Senecæ Senilis prudentia; *nullum*, inquiens, *ornamentum Principis fastigio dignius, pulchriusque est, quam illa Corona ob ciues seruatos*. Ambo defensioni ciuium maiorem credentes gloriam, & honorem; si ergo omni gloria pulchrius seruare ciues; quid? seruare Sanctos? si vel vnum seruare ciuem Scipioni tam honorificum, quid tibi laudis, & honoris tot ciues, & Dei domesticos seruanti? quid? Luciferum à feris Hæreticorum linguis eripienti, Calaritanæ Primatialis Ecclesiæ coronam tutanti? penset ratio, mens excogitet, sors non capiet, quantam tibi peperit laudem hoc opus, omni gloriosius facinore, & honore. Exultabat, & exaltabat se Cęsar Augustus ob Coronas ciuicas, quas suis postibus in posteritatem, vel in ætatẽ posteram iussit appendi, proh? quanto magis tu poteris de tuo gloriari libro, qui te non tan-

tum

tum postibus, & posteritati, sed etiam æternitati, tuum nomen comendat; non solum liminibus, sed etiam æreis insculsum laminibus, imò & luminibus, non in solo sed in sole, in Cælo, in astris; Hic enim liber, iam labarum, labi nesciens, te condecorat, & exornat præ cæteris à te doctissimè, & ingeniosé scriptis, quos qui legit degustans Ambrosianos latices absque tanthalea siti, satis nutrit ingenium, proficit, & dorescit. Gloriabatur Cæsar, quia terna donabatur Corona; sed quid hæc cum tuo diademate aureo, tuę Sedis, & Luciferi illuminato splẽdore, deaurato luce? redemisti Luciferum, tuamque Ecclesiam, tuo labore, tuo libro, tuo labaro, ò pietas, ò viscera, ò amor, ò deuotio? fors sine fenore, vel sine honore? absit; Luciferus enim quem redimis, te redimuit suo lumine, sua luce, tibi gratulatur, cingit tempora, non ad tempus, sed in perpetuum; reliqui Calaritani Martyres, quos honoras, te Coronāt; tua infula, quam defendis, tibi radiat; quid pulchrius? ó immortalis honos? nunquam peritura gloria? ò quale tibi vendicas nomen immortalitatis omen, dum Sãctorum vindicas iniurias, tuæ sedis tueris iura, iam incipis æternari, iam perpetuaris ad omnium desideria, ad cũctorum vota, in vitam æneam, non annuam, iam vagaris per laudantium ora, dicantium aras, dicentium laudes, non lædentium: iam te firmamentum veritatis appellant; Sanctitatis fulcrum, Sanctorum asylum, Sanctuarij Calaritani fulcimentum, columnam, tuæ dignitatis, fortissimam, non tantum marmoream, sed memorialem, sed memorabilem, & merito, dum enim Luciferi Sanctitatem defendis, & Martyres Calaritano Sanctuario clausos, Sanctos sustentas, & ostentas? columna es Sanctitatis: Sanctuarij fulcimentum, quid, oro, sine te forẽt, simulacra illa à tuo prædecessore affabré eloborata cęlamine vario, & pario marmore, amore pari, opere, ac ope constructa? tot Sanctorum Martyrum dicata corporibus? si non clauderẽt Sanctos, vt credebat inscitia fellaliorum hominum, & iam sceleratorum, vt autumabat malitia, proh dolor? proh gemitus, & lamenta? illud opus magnificum, quod à nobis, vt Sanctorum corporum relicarium colitur, carum Calaris Vrbi, & iàm Orbi, periret, iret in ruinã? nisi tu tuę sapientię fulcimento fulcisses fortiter, sustentasses constanter? Pulchre igitur tu Sanctuarij Calaritani fulcimentum: pulchre Calaritanæ Ecclesiæ columna, dum in Luciferum calumnias reprobas, eiusque comprobas Sanctitatem; dum eius conculcatum lumẽ releuas, & reuelas, dum tuæ Ecclesiæ, & Sedis dignitatem propugnas, sed quid ad hanc tàm piam tàm strenuam, & tàm acrem solertiam compulit? tua non vulgaris, sed congenita in Sanctos pietas; feruentissimus in S. Luciferum, & tuam Ecclesiam amor. Hic te (Præsul dignissime) à propria per annũ abduxit sede, absẽtauit domo, auulsit ab amicorum oculis, non à cordibus, quibus adnecteris arctè, & arte indissolubili

lubili

Iubili nodo plusquam Gordiano; Hic te credit maris fluctibus, quod & si placide recepit, infremuit aliquantulum ad tantæ Maiestatis pondus: Hic tàm pius affectus adduxit Romã, reduxit Calarim, non sine labore, incomodo, & periculo. Hoc tui itineris negotiũ alienum ab otio; Hęc cura certare pro Sanctis, Calaritanũ Luciferũ seruare Sanctissimũ, tuę sedis, & infulæ iura tueri, ò Calaris, Vrbs Sardiniæ Nobilissima, *fata sanguine diuũ*, tot filiorũ Martyrũ purpurata cruore, decorata palmis, honorata tropheis, redimita sertis, tãto Nobilitata Pręsule, Ciuitas Solis, quia fulgẽtissimi Luciferi, clarissima mater, quantũ tuo debes Antistiti? ò quãtũ laudis? gratulationis quantũ? plurimũ Pręde cessori suo Francisco, te debere fateor, sed audeo dicere sine ausu, te plus obligatã Ambrosio Clarissimo, ad debita nũquã soluenda; si enim ille Sanctuaria condidit, struxit simulacra diuis; hic diuorũ Sanctitatẽ est tutatus; si ergo Sanctitas muris præstat; an non prædecessoris meritis, huius merita, digna statua, marmore, memoria, ære, ara? Hæc tibi, Præsul dignissime, debet Calaris, & maiora; soluet si valet, vt auet: interim eius cũes, adspiciunt omnes, admirantur, & morãtur tuis in laudibus; nec hoc magnum cũ ipsa Romulea Ciuitas te nõ vulgari gratulatione exceperit, nõ tritis laudarit encomijs; imò Cardinaliũ purpura tibi gestiebat, & gestabat in ore, quin, & in corde; omnes enim Sacri Collegij purpurati Principes, tuam sapientiam, ingenium, prudentiam, aliarumq; virtutũ congeriem, quæ tuũ nobilitant animũ, faciunt spectabilem, admirantes adeò te diligebant, vt dignum maiori adiudicarent dignitate. Quam, & si fortuna neget, tamen debet: tibi meruisse satis (gloriosius mereri honores, quam habere) *virtus enim* teste Plauto; *præmium est optimum, & omnia ad sunt bona, quèm penes est virtus*. Canente Silio.

Ipsa quidem virtus sibi met pulcherrima merces.

Sed quid mirũ? sic omniũ deuincias animos tot donis, & bonis à natura donatus? natus ad tui nominis gloriã, ad tui generis famã, ad Sãctitatis Luciferi defensionem? ad tuæ infulæ splendorem; quàm cũ defendis, nil non magnum, nil non excelsum propugnas. Sed quibus armis? adest calamus, S. Luciferi volãtis, & valentis Aquilæ pẽna, in aduersarios pœna, calamitas; adest, & arx fortissima, quæ tuo eminet in stẽmate in contradicentium minas, ex qua mille clipei pendent, & omnis armatura fortium, arma lucida in B. Luciferi defensionẽ; cũ propugnaculis ędificata *ad suspendendũ ora, ad docẽdũ trãseuntes* Luciferi Sanctitatẽ Calarit. sedis pręstãtiã, nec gladius abest, quo ita panes, aureos, quia tua charitate decoctos, in ouiũ pastũ, Pastor optime, frãgis, & simul munis Ecclesiã; vt tibi nõ alteri, illa D. Petri Damiani verba dicta videãtur. *Te omnipotens Deus vice sui in populo quodãmodo cibum posuit: ex te contra omnium aduersariorum impetus, Ecclesiæ suæ latus armauit.*

Arma-

Armauit profectò dominus, & amauit Calaritanā Ecclesiā, cū te in animarū pastorē constituit, statuit in defensorē ouium; qui aliorum Ecclesiæ fortissimorū militū emularis zelū, imitaris cōstantiā, pietatem sectaris. Sed cuius? tui clientis, de quo Athanasius epist. ad B. Luciferum: *ò verè Lucifer, inquit, qui iuxta nomen lumen veritatis ferens, posuisti supra candelabrum, vt luceat omnibus;* vere, & tu Lucifer, qui, & si no lucis nomen, omen habes, dum Luciferum supra candelabrū vel potius supra tuum labarum, quin? & supra emporium, vel empireum ponis, vt luceat, vt clareat eius Sāctitas, eius innocentia videatur. Verè tu Lucifer, qui Luciferi Sāctitatem, omni errorum neuo liberam, Angelici chori sociam, emancipatam Deo ostendis, tuo in libro, tuo in libo, tuo in labaro. Verè tu Lucifer, & quia solus in Vrbe, & quia Sol in orbe, vt foueas lucem, tuæ sedi irradiantem, vt faueas Lucifero. Nec aliquid negotij, parum curæ, quod clarissimos Sanctitatis Luciferi radios, Ruffinus Hæreticus, vel erraticus faunus, iam fœnum aridum, æterno comburendum igne, non iam ruffus sed teter, obnubilare tentarit, nec impedit Hæreticorum liuor dignus carcere, robore, & rubore; nec nocent litteræ Belerofontis similes, Sanctorum innocentię, Primatialis sedis prętantiæ; Cum audeat, & curcubita in pinum Serpere, & Pumilionum manus audeat in Alcidem,

Vires non benè docta suas.
Excitus ipse velut pulices sic proterit hostem.

En pigmeorum facinus; en cubitalium puerorum decus, melius dedecus; in Herculem irruunt, ruituri Giganteo robore. Difficilis nanque pugna fortioribus repugnare; veritati contradicere, non satis pium: in medio ac perspicuo die, comentitium lumen inquirere, extremæ dementiæ est; quisquis enim post veritatem repertam, aliquid vlterius discutit, mendatium quærit: qui conātur doctiores impetere, quid nisi infamiam reportaturi? illi, victoriam? Audiant ergo Hæretici prouerbium, ne in prouerbium abeant: *cum sis nanus cede.* Cedant ergo tuis laureatis litteris, tuis Giganteis viribus, quas tuo ostendis in libro, tuo in libo, tuo in labaro. *Canant Palinodiam:* prudentis enim est pro re nata mutare consilium. Tuq; Antistes Sapientissime ne cedas labori, profer librum, propina libum, erige labarum: sic hac S. Luciferi, & tui Primatus defensione, *stabis æneus,* tibi negotiabere laurum, *Coronam, & gloriam, & qualem potest præstare sæculum, de fama æternitatem, de memoria resurrectionem.* Hoc meum votum. Vale.

APPRO-

APPROBATIO, ET IVDITIVM OPERIS

Admodum R.P.M.Fr.Saluatoris Melis, Ord.S.Francisci, in Academia Calaritana vniuersali Sardiniæ, Sacræ Theologiæ professoris, olim in tota Germania sui Ordinis Visitatoris Generalis, & huius Prouinciæ meritiss. Prouincialis.



IVSSV tuo, & singulari tua in me benignitate, & si indignus, accepi librũ; lubens lectitaui sæpius, dulcedine inuitatus, trahactus nectare de Ambrosia, etenim ab Ambrosio, *Illustrissime Antistes, Idæa Præsulum, & prototypon*. Accepi inquam librũ tuum, neu dicam *tui, tuæ virtutis*, prudẽtiæ, sapientiæ, & zeli, & librum, & Indicem. Ibi, & extant pro *Sanctissimi Luciferi* Sanctitate, & Calaritanæ Ecclesiæ Primatu, memoralia instrumenta, & tui monumenta; sed æterna ad Præsulum memoriam, ad tui gloriam. Cuius notæ characteres, & litteræ, te ipsum exprimunt, & figurant, vt Atlantem, & Herculem, vt Pandoram. Diuinum te Atlantem fateor, somniato valentiorem, tuis humeris fulcientem, & si cum gemitu pro tuis Sanctis cœlestem tuæ Ecclesiæ axem, quem tot radiantes stellæ cælant; quot inibi celantur Sanctorum Martyrum ossa de Tyranis spolia, de Demone trophęa. Quarum stellarum Primas sanctitatis iubare, & gloriæ splendore matutina illa, *Lucifer Sanctissimus*, Nebulonum hostis, Hæreticorum, & Malleus, & incus, orbis terror; Calaritanæ audaciæ, procaciæ melius, constantissimus frænator, expugnator hæresum, Spiritus sancti, & templum, & organum, & lingua ad diuinitatem Filij Dei, ad huius manifestationẽ, ad huius præconium. Cuius Sanctissimi corporis exuuijs, Calaritana Ecclesia ditatur; his dotatur, vt sponsa, tandem vt mater consolatur, & gaudet. Audet etiam in Sanctorum diuitijs, & nobilitare cum cœlesti contendere matre, quæ & benigna, *sui Sanctissimi Luciferi* spiritum, & animã, iam diu amplexa est, lætabunda nunc possidet, festiua de eius Sanctitate iactatur, & nunc temporis, miraculis claram, eius sanctitatem patrocinatur, & firmat, & pro maiori pompa, eam terricolis ostentat, pro Doctoris laureola, stellarum Corona redimitam, Sole amictam pro ardenti amore, & Diuinæ glorię zelo; & quia Bicornem Lunam, fugatia scilicet, & nugatia mundi bona, melius vera mala, vestita bonitatis specie pedibus proculcauit, Luna sub pedibus eius, sitq; signum magnum, & hoc apparet in Cœlo, testante diuini pectoris, & diuinitatis ærarij, clauiculario Ioanne Apocalyp. 12. *Signum magnum apparuit in cælo*. Et benè signum; quia in signum contradictionis positus *Lucifer* cui cõtradicetur, & hoc euidens suæ Sanctitatis signum, & gloriæ, quam lucis inuidi Blaterones, & Nebulones hæretici, quorũ maximus Draco ille magnus, & Ruffus, quia Ruffinus, maledica lingua sua, fallor, non sua, sed vel suis, aut Dæmonis, tanquam cauda trahere, extrahere potius cupiebat de cœlo, vt mitteret in terram, Draconis instar, qui mulieris gloriam inuidens, de cœlo in terram tertiam stellarum partem detraxit. Falleris Ruffine, Falleris, & tui Sectarij, non de cœlo cadet *Lucifer Sanctissimus* stabit potius, vt stat, & vt eisdem *Luciferi Sanctissimi* vtar verbis lib. moriend. esse pro filio Dei ad Constantium. *Feriant (ait) licet per te Diabolici fluctus, & pulsent latè vagantes mundi turbines magis, magisque immobilis, vt est, erit Luciferi virtus, & Sanctitas*. Lu-

c cescet

cescet ad tui inuidiã, splendescet in æuũ,in æternitates per Vrbes, & Orbẽ. Cecidisti tu miser Ruffine de cœlo,cecidisti, quia à vera Christi fide, heu miser defecisti, & detrusus de cœlo in ceno iaces, & quia Luciferum sanctitate conspicuum in Ecclesiæ cœlo vidisti,inuidisti blaterasti in eum,& verbis,& scriptis,sed non est nouelli doloris, sed licoris antiqui (ait Chrisologus) serm. 122.de Lazaro, & diuite, est graue illis malum,est illis incendium, non ferẽdum,quos habuere contemptui, videre fœlices. Fœlicem sanctitate,& gloria videras tu infœlix, ideò latras,sed latrare potes, mordere non potes,etiam si sis Draco magnus,& Ruffus,septem capita habens, tot, & hiantia ora. Gaudet in cœlo Lucifer vestitus lumine,numine dotatus. Nec timet tuos latratus irridet potius te, & hæretios tuos,& si mordaces,sunt mendaces. Pugnat, & pro prædecessore suo pro posse, & viribus Illustrifs. Ambrosius Machin noster, huius Calaritanę Vrbis dignissimus Archiepiscopus, maiori dignus infula,non Insula. Sed caue Draco magne Ruffine, caueant, & septem capita tua, & latrantia ora Ambrosium nostrum; gladium enim, & stellarum faces cum mellitis panibus est in suo stemmate sortitus; ferro tua capita imania, inania melius resecabit,vti Hercules alter lernei monstri claua sua,& ne alia pullulent adijciet stellarum faces,nectareis panibus,te cerbero vtetur ad mortem, vti Hercules melle saporata offa, & potiori veritate, de sui victoria Cerberum, & Idram canat, quod de Herculea Imirneus Poeta cecinit,

Dextera Lerneam ferro,& face contudit Idram.

Et Bizantius Herculis personam induens.

Dextra feram, ne me petijt,mea perdidit Idram.
Cerberumque canam mellitis panibus orci.

Ad cuius Triumphi,& victoriæ consummandam gloriam,zelo,& charitate in suum sanctissimum Luciferum, & suæ Ecclesiæ Primatum, Illustrifs. Ambrosius noster accensus, maximo lachrymarum, & doloris sensu, Calari auulsus est, & omnium animi, & corda cum ipso,commisit se æquori,subijt infidos maris vortices,pericula non parua, & si non paruo animo, & constantia. Tandem Deo procurante, & arridẽte numine,Romam appulit,imitatus suum Sanctissimum prædecessorem Luciferum,qui pro Catholica Ecclesia, & sui sanctissimi Anasij, Athanasij scilicet, sanctitate tuenda, è Sardinia profectus Romam tenuit. P.Liberio teste *Deo procurante ait Frater, & Coepiscopus noster Lucifer de Sardinia superuenit.* Quod idem dictum cogita de Ambrosio nostro,cum nõ impar sit nauigationis scopus,& opus. Romæ,qua solet semper ingenij, eloquentiæ, sapientiæ,& virtutis claritate,claruit Sol noster Ambrosius; ibi sæpè concionatus,magna Cardinalium frequentia, magnatum clamore,& grandi laudum fœnore; Quod idem, & Neapoli. Volumen tertium de Diuinis Auxilijs (præter duo in 1.D.Tho. p. non infœlici partu, nomine, & omine typis mandata, iam & in lucem edita) Sanctissimo Domino Nostro Vrbano VIII. dicatum obtulit,à quo, vt de more singulari benignitate, & in alios non solita exceptus, & laudatus, & ingenio, & prudentia, & eloquentia, cuius Encomia dicta Reueren. Admodum Patri Aloysio de la Torre Societatis IESV, pro Hispaniarum,& Indiarum Prouintijs Procuratori Generali,statim apponam. Qui cum ex commissione Illustrissimi Ambrosij nostri, è Romana Vrbe absentis iam, sanctissimos deosculatũ pedes adiret, & suæ sanctitatis mentem exploratum circa Iubileum toti Italiæ, eiusque Insulis adiacentibus per benignè concessum. Nomine ne Insularum Italiæ adiacentium, Sardinia clauderetur nec ne? annuit

San-

Sāctissimus Dominus Noster petitioni Ambrosij nostri,de quo(vt ipse Pater Aloysius audiuit,& testatur) hæc mellita concinnuit verba,& si non in concine,quæ ad amusim apponenda duxi,vtpotè prolata à teste,omni exceptione,maiore, in cuius ore,nec falsitas latet, nec adulatio viget, sed omnis veritas, Sanctitas, & Prudentia, quorum fons, & scaturigo ipse, Fatur iam. *Verè noui hominem, literis insignem,quarum index,& testis,volumen illud de diuinis Auxilijs,in quo, & doctè, & sapienter confœderare contendit, & ostendit inter Iesuitarum, & Thomistarum scholam, discordem sensum; Virum sanè perspicacis ingenij, nec minori prudentia, dotatum singulari facundia, & mellita dicendi gratia, Diuini verbi concionatorem, virum denique omnium amore, & beneuolentia dignum.* Hactenus Vrbis, & Orbis Episcopus.Nec miror Romæ tot eloquentiæ,& prudentiæ, tot ingenij, & virtutum iubare claruerit,claruerat enim ante in Hispania,& Matriti, non dissimili splendorum prodigio,vbi suis concionibus,sapientia,eloquentia è melita dicendi vi, ita omnium animos sibi concatenauit, vt eos, & si togatos,& Principes, duceret quo vellet,& ad sui vota,vti Hercules sui oris catena melita,forsan ficta. De cuius Herculis triumpho, & forsan in imagine de Ambrosio nostro,acutè satis Alciatus hoc Epigrammate cecinit.

Quid, quod lingua illi leuibus traiecta Catenis
Queis fissa faciles allicit aure viros?
Anne quod Alcidem lingua non robore Galli
Prastantem,populis iura dedisse ferunt?
Cedunt Arma togæ, & quamuis durissima corda
Eloquio pollens,ad sua vota trahit.

Cesserunt togati viri Ambrosio nostro,cesserunt Principes, Duces, & tandem omnium animi,& Corda.Hinc suis virtutibus,& prudentia,in dignissimum totius Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum,omnium votis, & placitis, Magistrum Generalem electus, inde in suæ Patriæ,Algarensis scilicet Vrbis Episcopum,in Archiepiscopum tandem Calaritanæ Vrbis,vbi & splendet,& nitet, nō impari luce,& claritate,qua omnes ad sui amorem pertrahit ad venerationem, & admirationē. Taceat iam, vetustas annósas illas apes,quas in Platonis ore Pindari,& Heronis sessitasse cōfessa est,veneretur meliores, suspiciat dulciores in Ambrosio nostro, in quo Sanctissimi Vrbani nostri apes tàm dulciter sessitauere,mellitis dictis. Nec miretur antiquitas iam,nec sibi blandiatur de Pandora sua,admiretur potius nostram,nobis blandiatur de nostra. Ad tenebras confugiat iam,ementita illa à conspectu huius, in qua,& natura, quidquid boni, quidquid pulchri, & decori,alijs auarè distribuerat,totum in Ambrosio nostro,vt in suo diuitiarum ærario collocauit,quem, & prodiga Dei manus dotauit ardenti zelo,prudētia,sapientia, & reliquarum virturum dotibus, & opibus, quibus, dum te venustatum aspicio,suspicio, veneror, & admiror, quod idem, & reliqui te intuentes adhuc, & inuidentes. His te ditatum,meritò totius Orbis caput Roma mirata est, meritò te coluit Hispania, & Sardinia nostra, cuius tu decus, & ornamentum summum. Hæc sunt mea vota, tibi iam diu nota; Hæc communis omnium sententia, de te, & tui libro. Hæc mei amoris grandia pignora, hoc tibi do, in meæ memoriæ obsidem, & meæ beneuolentiæ,in consequentem posteritatem monimentum. Tu ergo Illustris.Ambrosij tàm iustum, tàm pium, tàm sanctum (quale est à cōtrarijs linguarum aculeis,Sanctos defendere, & præcipuè tui Sanctissimi *Luciferi* sanctitatem) opus perfice, &

Primatus cæptum iam vnà decurre laborem
O Decus, ò fama meritò pars maxima nostra.

Perficies citò (vt certa omnium animos subijt iam spes) vtrumque ad tui gloriam, & vti Hercules alter non plus vltra, tuæ virtutis, tuæ prudentiæ, & sapientiæ, tuæ memoriæ, & amoris eriges immortale monimentum. Erexisti iam in omnium animis, præcipuè in meo, quem iam diù victum, & vinctum habes fœlici tui amoris catena, in quo, vt immortalis viuis, & viues.
In æuum viues Ecclesiæ Catholicæ, Sardiniæ nostræ, huic, cuius tu dignissimus Archiepiscopus Vrbi, Orbi tandem, Hoc exoro, hoc voueo, hoc aueo, aue Calari.

Approbatio Ordinarij.

FRater Ambrosius Machin, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Archiepiscopus Calaritanus, Episcopus Ecclesiensis, & Vnionum, Primarius Sardiniæ, & Corsicæ, Vexillarius S. R. E. Prior Sancti Saturnini, Dominus Baroniarum de Suelli, & Sancti Pantaleonis, & aliarum depopulatarum, ac Insulæ Sancti Antiochi, de Consilio Sacræ Catholicæ Regiæ Maiestatis. Tenore præsentium concedimus facultatem Bartholomæo Gobetti Typographo, qua, Defensionem Sanctitatis Beati LVCIFERI *Archiepiscopi Calaritani, nec non, & Primatus Calaritani, doctissimorum virorum iudicio recognitam, & approbatam Typis mandare valeat. Dat. in nostro Archiepiscopali Palatio, die* 15. *mensis Aprilis* 1639.

HORA-

HORATII QVARANTA

Neapolitani Societatis Iesu Theologi, Elogium in laudem S. Luciferi Archiepiscopi Calaritani.

SARDOAS internatus aquas, ut purior enitesceret.
In ipso statim ortu Soli similis;
Quod vterque ortum in Insula habuit.
Hinc ille Sol Delius, hic Sardus LVCIFER.
Nisi quod ille tremorem è Delo excussit, incussit hic Erebo.
Hausit ne editus lucem, an attulit?
Diem certè Orbi Lucifer parturit, dum exoritur.
Eo emersus Mari, è quo Coralia;
Ne rubens illi cælum, ac flos deesset purpureus.
Illustrauit protinus Patriam, vt rependeret lucem;
Suique memor, noctem expulit Orco genitam;
Idem Lucifer, at non Hesperus, qui vmbras abigeret.
Quid mirum, si & fidei portus tunc vna Insula fuit;
Cum inter Syrtes, ac naufragia Lucifer Pharum gereret?
Vnus è syderibus Lucifer vmbras facit;
Non habuit hic, nisi in attramento, vt obscuraret Constantium;
Radium etiam nactus in calamo, quo erubesceret.
Quæ scripsit ipse, Athanasius Græcè reddidit.
Proh superi? Luciferi ab attramento, Orientis Sol lucem hausit.
Et Sardiniæ pœnè Echo, Græciæ oraculum.
Nescio quæ cornua in Luciferi sydere detexit Astronomus.
Bicornem hic admisit Cydarim;
Non vt splendesceret latius, sed vt arietaret hæreticos.
An sopiri in excubijs potuit;
Quando & vigilem Episcopus sonat, & vigilijs Lucifer præest?
Sardiniæ etiã, & Corsicæ Primas, vt ille astrorũ, ac luminum.
Nunquam tamen clarior, quam in Oriente, suo quasi in cælo.
Nullum illo sydus velocius, modò Hesperus, modò Lucifer?


Quis

Quis hoc celerior, ab Hesperia in Orientem?
Ibi Romani Legatus Pontificis, an solis nuncius?
In Oriente quidem Lucifer solis prodromus, nunc Vicarius.
Ipso obstupescente Oriente, quod ab Occidēte Lucifer adueniret;
Vnius Hesperus Religionis, quam vt pedissequus sectabatur.
Quin & astrorum, vt ille, Coryphæus;
Cum Orientis in cælo, tot Christianis luminibus præluceret.
Quis Veneris sydus Luciferum dixerit;
Quando hic in Arium, qui Martem significat, emicabat.
Tunc maximè victor, cum Martem aduersum habuit.
Exarsitq́ Lucifer, Veneris sydus;
Non vt Martem arderet, sed extingueret.
Orco Mars ille militabat, vt diuinitatem adimeret;
Cælo hic, vt assereret.
Porrò vide quantum duo Luciferi differant;
Diuinitatis vterque vindex, Christo hic, ille sibi.
At cælo tunc ille fulgere desijt, hic incœpit.
Habuit tamen Lucifer quid vtroque maius, Constantium;
Imperij Aquilam, an Erebi Vulturem?
Christiani Phaetontem Orbis, an diuinitatis Prometheum?
Candidatum Cæsarem, an Arium paludatum?
Omen è nomine accepit, & constantiùs restitit.
Liberij se Legatum meminit, & pugnauit liberiùs.
Strinxit in calamo fulmen;
Vt cælo rebellem perstringeret Aquilam;
Docuitq́ ad Luciferi etiam lumen, Aquilas periclitari.
Cæsaris olim Statua in capite, Luciferi sydus habuit;
In Constantij caput Cometes Lucifer fuit.
Quid plura? eius in verba exul ibat Athanasius;
Planè quasi Orientis excubitor Gallus sub Lucifero accineret;
Cantum daturus optimum, sub Petri Legato.
Hoc vnum fortasse Luciferi non habuit;
Quod cruore rubescere non potuit suo.
Arsit tamē ipse votis, vt funderet, arsit hostis inuidia, ne eliceret.
Lacessere

Laceſſere atramento ſanguinem voluit, ferrum calamo.
Futurus clarior, Veneris Sidus;
Si Roſas ſibi non pede, ſed capite tingeret.
Sed nec Lucifero defuit, cui ſydera debebantur;
Nec lauream amiſit, cui intexuit etiam Cinicam.
Exarſerat odijs, ac diſſidijs Oriens;
Suo ipſe è mari accurrit, vt extingueret.
Imò, & Caſtorem Lucifer egit, cum fluctuaret ille animis;
Et iactum Diſcordiæ pomum, aureum reddidit; vt pacem ſiſteret.
Calaritanum dices Iolaum, qui Calarim condidit;
Quod ad extinguendam Aſiæ Hydram facem porrigeret.
Et hic ſeptem è Romæ collibus aliquando deſciuerit;
Qui ſepteno capite Hydram perdidit?
Neſcit defectionem LVCIFER;
Solis ſemper comes, vel morientis, vel Orientis.



IN LAV-



IN LAVDEM AVTHORIS.

Illustrissimo Domino Don Ambrosio Machin, Calaritano Antistiti, suæ Primatus Ecclesiæ vindici, Luciferianæ Sanctitatis assertori.

CVI de his argumentis scribenti Fama præcinit, Gloria succinit, æmulatio plaudit, Lucifer ipse pro singulis characteribus, totidem Lucifero splendentiora sydera reponit.

Cui immatura adhuc summis honoribus iuuenta, Summus sui Ordinis Honos occursauit; Ita acclamante virtute, vt quæ alijs dignitas, Supremum fuisset honoris fastigium, suæ exordium Fortunæ videretur.

Quo è suggestu Euangelizante Orbis Theatra, Roma, ac Matritum obstupuere.

Qui dum Maximum Aquinatem Commentarijs exornat, velut è Theosophiæ Tripobe oracula reddit; Sapientiæ sacraria pandit, immortalia, ac diuina perlustrat; immortalitatis ipse candidatus, diuinitatis Alumnus.

Ita infula clarus, vt sparsa per tot decessores decora, vnus collegerit, ac expresserit.

Cuius demum virtute, venerari lubet, non exequi, admirari, non adornari.

Hieronymus Meli Escarchoni I.C. in Calaritano Gymnasio, vespertinus Iuris Ciuilis Antecessor, & candido voto suspendit.

AVTHOR

Auctor Lectori Optimo.



ECTOR, paucis te morabor: nam si domesticus es, causam huius lucubrationis, publica te res docuit, si exterus, fama; erit, qui hinc Religionem erga Sanctum LVCIFERVM Calaritanum, meliori loco positurus sit; erit, qui desertam, ob aliquorum authoritates, existimationem, integritati redditurus: Condiscet ille saniora, hic veriora. Pro his, sicut, & pro Primatu nostræ insulæ, nuper in Vrbe sategimus. Etenim, cum plurimis ab hinc annis, maxima contentio, inter Ecclesias, Calaritanam, & Sassaritanam, imó, & inter Vrbes fuisset exorta: nitente Turritano Archiepiscopo, titulum Primatis Sardiniæ, & Corsicæ, solius Calaritanæ, ab initio nascentis Ecclesiæ proprium, sibi arrogare; simulque Sanctitatem Beati Luciferi Archiepiscopi Calaritani, in odium Primatus impetere; ita præterito anno excreuerat tempestas, vrgebant venti, fluctibus, ita omnia tundebantur; vt duxerimus necessarium, pro nostra dignitate, & Ecclesia, pro Sanctis, & eorum Sanctuarijs; pro nostro præcipuè Lucifero, nullum non subire discrimen. Itaque neglectis pluribus, etiam aduersæ valetudinis incommodis; simul, & vasti maris nauigationis, ac Piratarum periculis, Romam adiuimus, vbi sola Summi Pontificis authoritate, hæc tempestas sedari poterat, restituique desiderata tranquillitas. In alma Vrbe, quæ egimus, laborauimus, celebres eius Bibliothecas reuoluendo, & insignes in antiquitatis monumentis, eruditos viros consulendo, insudauimus, studuimus, & scripsimus (fauente illo, qui dedit, vt nobis cura esset de Sanctis, & nostra Ecclesia) in hoc volumine prælo exarata; Tibi offerimus, lector optime, sperantes per ipsum staturum Dominum testamentũ pacis, non solùm, quod pristinam litem dirimet, sed etiam quia contradictores Sanctitatis Beati LVCIFERI, ad vinculum pacis adducet. Etenim visis, & perpensis huius nostræ defensionis fundamentis, non ambigimus in posterum, omnes pios daturos manus, & eximiæ tanti viri Sanctitati subscrip-

turos; quæ, si Baronio, & alijs innotuissent; proculdubio in contrariam sententiam deflexissent, diuinum nobiscum collaudantes numen; quod sicut in alijs Sanctis est mirabile; in hoc; non solùm mirandum, sed gloriosum, lucidum, & eiaculans. Nam positus in signum, cui tàm in vita, quàm post mortem, fuit hucusque contradictum, denuò depulsis contrarijs nebulis, apparet ex hac nostra elucubratione, fulgens tanquam cœlestis Lucifer, & signum magnum in Cœlo, amictus splendoribus sanctitatis, immortalitatis stola, quasi Luna, Stellis, Soleque corruscans, & Diuini zeli, ac amoris iaculis vulnerās seu demulcens corda quæcunque, licet ærea, & adamantina. Cætera si pietatem, & verum amas, ex lectione disces.

Vale.



PANE-

PANEGYRIS S. LVCIFERO CALARITANO,

Addicta, Adm. R. P. Melchioris Incofer Austriaci Societatis Iesu Theologi, & in antiquitatis monumentis apprimè versati, quam cum superioribus annis à Magistro Sacri Palatij, de Sancto Lucifero iuditium suum edere, priuatim monitus fuisset, inter alia ex tempore, dedit nobis in Vrbe, temporis, & animi gratia communicauit.



VELLEM, fecisset Deus immortalis, vt qui animus ad dicendum pro re nata est, eadem facultas ad eloquendum foret. Non sanè qui hæc lecturus est oratoris in me officium desideraret, neque ego ab eo, quam benè dixerim, iudicis, ac laudantis æquitatem. Nunc quoniam ita constituti sumus, vt in tanta rerum copia, non quid in medium afferamus, quærere oporteat, sed quam ritè, & ordine dicamus seligere, circumspiciendū diligenter est, quēadmodū tanti viri, de quo dicere instituimus laudes, eluctemur potius, quā ornemus, quādo quod in alijs laudandis vsuuenit, vt multa ex authoritate famæ dumtaxat exaggerentur, qua qua tandē veritate nitantur, in huius comendatione secus se habeat; præmenda quippe est inuidia, retundenda calumnia, dedocenda ignorantia, de ornatu nihil laborandum, quod ipsa suapte indole decorem præseferat, fortia non phalerata petat, sua non aliena lucesplendescat. Atque hinc intelligo de eo mihi verba esse facienda, qui cadentis quondam illius Angeli nomen tulit, sed diuino consilio vsurpauit, vt procul à casu ruinā multorū sarciret Angelus lucis, lucem, illustrando orbi circumferret. Quid enim? hinc ille, in Oriente splēdor inuisus, cum radiare altius cœpisset, Ecclesiæ lumina quodāmodo perstrinxit, quod insolitus fulgor interiectis nubibus, tantum abest, vt radios suos infringeret, vt dissipatis illis, vibrato rectā lumine, feruentius omnia penetraret; dubitātibus plerisque, cuius è fonte lucis, haud vsitati cęlo radij promicarent, ac quemadmodum videbatur aduersus Solem proiecti; mortales admiratione suspensos arrigerent. Agebant illa tempestate fortè côuentum Asiæ Patres Alexādriam exciti; illuc cum authoritate Liberij Catholicæ Eccles. Principis, profectus est etiā Lucifer, addito Legationis Comite Eusebio Vercellensi, quo cū vnā causam religionis cerneret, & minimè discreta dignitate præesset. Quid hoc loco subeat menti, nisi eum fuisse Luciferum, cuius splendor, nō Occidenti dumtaxat, verū etiā Orienti illuminando par esset. Nihil eo doctius illo tempore, nihil in retundenda hæreticorū pertinacia efficacius, nihil ad subeunda pro fide pericula fortius, atque constantius viderat Ecclesia Romana, eiusdemq; fortitudinem vniuersi exploratam habebant, si ex aureo illo libello, cuius, quot verba, tot ferè flammea sunt aduersus impietatem iacula, quo, nimirum moriendum pro Filio Dei, feruenti sensu côtestatus est; profectò multo magis, quando suā ipse doctrinam, præparato ad necem, si res ferret proiectoq; corpore vindicauit catenus, vt cum versuta Tirannis mortem inferre quodammodo formidaret, exilio ipse suo mortē vbique quo semel obire liceret, semper circumferret. Et quid non putamus triumphaturā fuisse impietatem, si huius petito iugulo caput orbis obtruncasset, reliquum corporis, cadaueri exequasset. Tum enim verò caligassent multorum oculi, si extinctam hanc Dei lucernam videre non amplius licuisset. Sed enim æternæ pronidentiæ consilio factum, vt seruaretur astrum inextinctum, neque solum suo sibi lumine arderet, verū etiam in caliginoso loco lucens, affundendis prope hæreseos tenebris aduersum iret. Ergo vbi ab exilio reuocatus, noctem ab occasu dispulisset, Orienti quoque diem allaturus concessit. In eo Patrū consessu, nihil humani prætulit, quod iusti, & æqui rationē labefactare videri posset; adeò tenaci proposito, causæ religionis adsuit, vt notari mallet ab omnibus dissentire, quā præter auitas sanctiones conniuere, licet per Legatos suos illi decreto subscripsisset. Quærebatur enim verò, an nuperi orthodoxæ Ecclesiæ desertores, pessimoq; exemplo religionis

perturbatores, numero rursum admissi, locoq; pristino censendi forent. Grassata nimirum
paulò ante in fidem seuities Ariana, pœnè vniuersos potentia maiestatis perculerat, neq;
tamen in omnium capita gladium exertum adhuc vibrarat, minis dumtaxat, dirisque peri-
cula intẽtans, exilia, serius, & mortem parabat. Quid hic cogitasses facturos plerosq; reli-
gionis antesignanos, nisi mortem vltro naturæ, sed incerto exitu debitam, oblata hac diui-
nitùs occasione excepturos? imò accersitam potius, quam expectatam volupe oppetitu-
ros? sic decebat de æterna gloria certissimi pignoris interuẽtu depacisci, sic commisso sibi
gregi exemplum fortitudinis, Sanctissimo cruore signatum relinquere, sic deniq; Ecclesiã
Dei sanguine Christi fundatam, sanguine martyrij præstinato rigare, Catholiceq́. Religioni
sementis copiam in prouenturos fidei fructos redundantem comparare; sed enim innume-
ri ex his cogitato dumtaxat, nondum viso periculo fracti, perfidiæ manus sponte dedetũt,
& deserta statione fidẽ prodiderunt, vtque se Deo perditos, humanæ gratiæ seruarent, suo-
rum salutem discrimini obiecerunt; plures etiam vi, & metu præsenti, sibi ipsis absentes,
obliti constantiæ, perculsi potius, quam victi, si animis adfuissent inuiti succubuere. Hic
ego si mecum retractem, quid animi Lucifero fuerit, quando læuissimos desertores, quan-
tumuis resipiscentes, ab Ecclesiastibus dignitatibus arcendos obfirmata lege rogauit, nõ
temerè subit, nihil alienum à prisco iure fecisse, cui præiudicatum erat, non esse habendam
militi fidem, qui militiæ Sacramenta corrupisset; huncccine legendum, alijs obtandumuè
ducem, qui in acie non stetisset, ante conflictum metu exanimatus, perfidia etiam pectus
exarmasset? ex arbitrio fingi religionem, vbi semel impietas animo sedisset, nec faciliùs la-
befactari sanctiorem disciplinam, quam cum ab inconstantia periculum esset. Quid enim
pietatis prætextus ad seueritatem morum seruandam, si temerata semel animo religio, Sã-
ctitatem vix admittat: hianti adhuc, & purulento vulneri cicatricẽ periculosè quis ob-
ducat, nisi recrudessere peius, amet, frustra ruinosæ domui, quæritur à fulcimentis robur, si
fundamenta vitium ferant, fatiscant, & quid enim verò profuit, inclinasse toties animos ad
restituendũ sanæ mẽtis potestati peruersum Ariũ? Et quid non semel ad concordiã flexisse
Dioscorũ, Eunomiũ, Macedonium, aliosque id perfidiæ signatores, & pararios, nisi vt ille
quidem sæpius oblatam, ac simulatè conceptam pacem, sæpius etiam, ac fœdius corrum-
peret, cæterorum vero, vel inquies ingenium semper exerceret Ecclesiam, vel suspecta cõ-
silia suspensam haberent omnium fidem? Hæc, & plura id genus altè uoluebat Lucifer, cũ
suspectas haberet tenebras, & veluti nictantes ad sapientiam multorum feriebat oculos,
cum instar Pauli Cepham arguentis restitit, & ipse Eusebio coramque exprobrauit, autho-
rem fuisse decreti, nihil ad constantiam rerum facientis, quo desertores Episcopos, non
tàm rogantes admisisset, quã vel insultantes, vel vltro inuitatos ad suas sedes, impertita
communione Catholica reuocasset; quasi legibus sacri, non pœnam, sed delicti sui præ-
mium, Sanctorum honores ritè ferrent, ac inde boni erubescerent, quos à fidei constantia
commendatos, ea solicitudo præterijsset, dubio sanè posteris exemplo, an expediret stetis-
se magis, quàm cecidisse, quando hinc honoris fulcrum à surgenti, nullum inde emolumen-
tum gratiæ, spes sufficeret. Tum sanè Lucifer indignatus, quodammodo radios retraxit, nõ
penitus subtractis, lucere vnquam desijt, & non sero agnouit, minus quidem vtile fuisse,
sed pro re, & tempore necessarium Concilium, per quod, vt Hieronymus loquitur, è Sata-
næ faucibus ereptus est mundus. Vrgebat vna ex parte, malè feriata Principum potentia,
quæ non religione, sed authoritate cernebat, ex alia vice, & copia detrectantiu, si quid acer-
bius deliberatum fuisset, & periclitari quàm subijci præoptantium, si seueritas iuri sacro
fixa stetisset, vt proinde ex duobus malis, alterum optione sat dubia præeligendum fuerit,
saluti nimirum esse, vel paucis, qui per dictam salutem animo rursum pręcepissent, & porri-
dam manum ijs, qui eorum exemplo religione permouendi forent. Atque, vt primum huic
sententiæ Romana Ecclesia eum authoritate subscripsit, tum enim verò Lucifer, exortis
radijs, serenior illuxit, & quas ipse nubes ijsdem infringendis pararat, augustiore, virtutum
lumine serenauit. Erret, qui putet deliquisse hunc, in suo firmamento splendorem, nisi de-
liquium Solis affirmet, quando ad obiectas nubes ipse radios infringit suos, vt refractis il-
luminet magis, feriat ardentius. Et iã in Oriente confecta fœliciter Prouintia, remẽsus iter
in Occidentem, nihil antiquius habuit, quàm vt sui nominis instituto, splẽdidè fungeretur,
quocunque pergeret vsurpata vbique luce sua clarissimus ibat, sed tum maximè hac clari-
tudine

tudine terrebat, quãdo vsurpatorem Neapolitanæ Sedis Zozimum, ac sacris indignè operante celebri illo miraculo, iterum, ac tertio continuit, vt exerta lingua, nihil, ne dum ritè proferret, sed planè ligatis faucibus, hæreret, deformi vniuersis spectaculo, non horrendus magis, quàm miserandus appareret; sensit enim verò diuinæ potentiæ virtutem, Luciferi sanctitate percellentem, & illicò religionem mente pactus, & in ordinem sese redigens, statione, & munere lubens cessit. Quid hoc loco subijciat fama illa, præ propera, quæ Luciferum in Oriente, cum velut nube septum vidit, confestim occiduis illapsa regionibus, aures multorum, & ora obsedit, sed mentes fefellit, tamquam si pristina luce cassus, deliquium Lucifer admisisset, opinione plurium sensus oppleuit, quin etiam calamos, vt notarẽt prouocauit? Hærebit opinor, ac se toties fallentem, & falsam multoque leuius de Sanctorum honoribus ludentem, nouissimo hoc dedecote mactabit, non famæ, sed infamiæ, notam feret; hac tandem vice damnabit se mendacij Liberijs, Vigilijs, Gregorijs, Damasis, Leonibus, alijsque sanctissimis viris, perinde, ac si veridica esset intentati, nunquam tamen fallẽtioris, quam cum obscura in hoc lumen impegit, & adustis alis, mobilitate semet priuauit, vires eundo crescere solitas, deperdidit. Hac de iniquitate famæ victoria, quę rarius reportari solet, potitus Lucifer, Neapoli relicta, Romam venit, lucentem, & miraculis clarum, Vrbs excepit, Liberius suspexit, Ariminensis conciliabuli, reliquiæ pertritæ refugerunt. Hic coram Summo Pontifice, reddita muneris, ex sententia gesti, ratione, authoritatem cum laude posuit, ad suam Sedem concessurus, honores peramplos tulit; Deinde in Sardiniam contendit, explicatoque gloriæ suæ splendore, vbique coruscus, tandem Calarim suæ sedis Ciuitatem admigrauit. Vidisses hic vniuersum Regnũ suæ lucis optato pridem aspectu recreari, ipsum Regni caput Calarim, coronæ suæ gratulari; Pastori suo reduci affusam, ac propè fundamentis conuulsam exilire, templa, tectaque omnia gestire, fora, tabernas, ac mercatus rarescere, tribunalia feriari, domos habitatoribus vacuari, vniuersos obuiam ruere, de prælio cum palma reuertẽtem admirati, ambire amplecti, oculis, animoque vsurpare, manantes præ gaudio lachrymas, diuturnæ, mestæque orbitatis appendices impendere, pastorem, ac patrem suum per mediam Vrbem deducere. Tum enim verò, vel longa ægritudine tabescentes, spreto decubitu proruere, puellæ fori nesciæ demptis hac vice repagulis palàm egredi, infantes è matrum vberibus pendẽtes efferri, prospectus omnes impleri, nemo erat, qui tàm beato aspectu, frui, pastorisque tàm Sãcti benedictione beari, non optaret, festa vbique votorum solemnia agebantur. Hic tandem Lucifer sedis suæ, ac patriæ restitutus, non secus atque in cardine suo lucentissimum sidus, pluribus annis raro fulgore corruscauit, ritè, & ordine rerum sattagens gregem suum sanctissima doctrina pauit, hæresum, & omnis impietatis labem; quæ nõ paucas Arianorum dolo prouincias afflarat, à sua sede longissimè proscripsit, iustitiam coluit, suisque colendam è lege præfixit, religionem, & mores formauit, ius sacrum è prisca sanctitate semper dixit. Hic denique tanquã in domo suæ exaltationis vniuersæ Ecclesiæ, protensis in orbem Christianum, sanctitatis radijs, ad supremum vitæ spatium fulsit, explenduit: neque solùm, sed qui in toto itineris decursu genium Solis imitatus, interpositis in ortu, velut quibusdam humanæ tentationis vaporibus, maior apparuit, in medio deinde culminantis vitæ cardine, suo semper ascẽsu, quo altior hoc minor, sed virtute potentior radiauit, prorsus ad occasum vergens verus Hesperus sera quoque lumina rubentior accendit, & flammeo sanctitatis fulgore iucundũ mortalibus crepusculum reliquit, nemo vt esset, qui eo quoque subtracto, sanctitatẽ eius micare non intelligeret. Ita Lucifer Ecclesiæ Catholicæ lux, & splendor, in Orizonte vitæ constitutus, vt cum Trismagistro loquar, immortalitatis fines adijt, ingressus in Regnum lucis, vnde claritatem susceperat; Neque tamen lucere terris desijt, qui virtutis, vt decebam splendorem moriens explicauit, nec dubius fulgor noctem obnũciare crederetur; hoc quippe interest inter Solis, & huius astri, Luciferi inquam, vespertinum crepusculũ, quod illius ambiguam lucem, tenebræ commitentur, huius serena facies in ortum surgentis auroræ fulgeat, quoad vsque lucis æternæ splendor; diem vespera cariturum adducat. Durabit enim verò huius Luciferi splendor, cultu religionis, & venerationis, ab occasu iam inde suscepto, sacram seruabunt altaria memoriam, annuam Calaritana templa celebritatem: quinimò nuncupatis votorum tabellis decentius, quam auleis conuestiti parietes, pendentibusque Tholo, & laquearia sacris anathematis, solemnitatem alborum ducens dierum, festaq;

festaq; flammis collucentia agent, quoad Calaritana religio stabit; stabit autem semper, nec quicquam frendente tenebrarum inuidia, quoad ciues suæ meritò religionis, Luciferum suum reuisuri, in lucem, æternum feriaturi transcribantur noctis expertem. Quocirca non immeritò, quod olim aureum os illud in Vrbium, & Orbis capite pronunciauit, in non dissimili genere de te vsurparim ex parte Calaris Sardiniæ caput, Vrbiumq; Europæ decus. Ego & Calarim propterea diligo, tàm etsi aliunde eam laudare queam, nempè ab antiquitate, à pulchritudine, à multitudine; à primæ sedis dignitate, à rebus in bello fortiter gestis; Sed his omnibus omissis, ob id te beatam prædico, quod ex te Lucifer iste lucis vsuram hauserit, te doctrina, & sanctitate illustrauerit, supremum apud te spiritum ponens, occasu suo, maiorē tibi gloriæ splendorem conciliauerit. Cuius sacrum corpus, vos, ò Calaritani, possidetis, & propterea Ciuitas vestra hinc facta est insignis magis, quam ab alijs rebus omnibus, & tanquam corpus magnum, ac validum fulgentem habet oculum, Sācti videlicet huius corpus; Non ita cælum splendescit quando radios Sol demittit, quemadmodum Vrbs Calaritanorum hunc fulgorem vbique terrarum emittens. Hinc rapietur Lucifer, considerate, & horrete, quale spectaculum visura sit Calaris, Luciferum videlicet repente ex theca illa resurgentem, dixerim, exorientem in occursum Domini sursum ferri. Qualem rosam Christo mittet Calaris, qua corona ornatur vrbs vestra, qua catena aurea cincta est, qualē habet fontem: propterea admiror hanc Vrbem, non propter aliam quamcunque rerum speciē, sed propter columnā illā Ecclesiæ: quis mihi nunc dabit circumuolui corpori Luciferi, affigi sepulchro, videre puluerē corporis illius, Christi vbique nomen gestātis, zelū circumferentis. Huiusmodi ferè ille de Vrbe Romana, & de Principibus Apostolorum Petro, & Paulo, huiusmodi, & ego de te Vrbs Calaris, deque tuo Principe, & Pastore inclyto Lucifero; si quid vlterius addere lubet, vt ciues tuos commoneam erit. Agite ergo Calaritani, qui res vestras hic lecturi estis, oculos, animosque in Luciferum intendite, gloriationes vestras, ex eiusdem luce, non ex cæca fortunæ indole reposcite. Illi religio vestra militabit, cuius virtus argumentum sæculis parauit, vt inde laudes in peregrinum quoque calamum nostrum redundarent. Mementote porrò stetisse Regna, & Vrbes, quamdiù sanctitates Sanctorum, hoc est cultus in eis viguerunt, cecidisse illas, vbi istæ viluerunt, sanctorum quippe reliquiæ, aiebat ille de magno stylite, plusquam mœnia custodię sunt Vrbium, sed si religione ciuium honos deferatur, honos nimirum ille, qui cum ornamentis Templorum, ad proferendum in animis pietatis Regnum contendat, alioqui inanis est religio, simulatum, à cæremonijs obsequium; huc porrò vestra cupiditas incedat, vt qui Luciferum cœli suffragio beatum veneramini, eius ductu, procul à tenebris, ad lumen vitæ contendatis, stabit enim cum hac pietate fœlicitas Vrbis vestræ, nescia aleæ, traductaque ex hac religione sanctitas, ad posteros, lucis veluti hæredes, indubiam cœlo viam signabit, nullā alia cynosura, vel si vniuersi maris, hoc est humanæ sortis pericula ingruant indigentem.



LIBER

INDEX CAPITVM
LIBRI PRIMI.

B*EATI LVCIFERI Calaritani ortus, & vita, quousque Romam venit ad succurrendum afflictæ Ecclesiæ, persecutione Constantij, cap. 1.*

Luciferi Calaritani pro sede Apostolica ad Constãtium Legatio, & Liberij, de Sanctitate Luciferi, praeconia, cap. 2.

Mediolanense Pseudo Conciliũ, & littera Luciferi ad S. Eusebium suadentis, vt interesset illi Concilio, cap. 3.

Luciferi Calaritani, & aliorũ Episcoporum exilium, ob fidei defensionem, ex Athanasij, & aliorũ attestatione, c. 4.

De Luciferi, & aliorũ constãtia, cap. 5.

Liberij Papæ ad Luciferũ, et alios Episcopos exules, epist. laudatoria, cap. 6.

Inuicta Luciferi constantia, & quæ in exilio contra Cõstantij impietatẽ scripsit, cap. 7.

Epistola Athanasij ad Luciferũ, in qua eius Sanctitas, & virtus celebrãtur, cap. 8.

Lucifer Calaritanus mittit sua scripta ad Athanasium, à quo per aliam epist. miris encomijs celebratur, cap. 9.

Constantij fraudem in conciliabulo Syrmiẽsi detegit Lucifer, cuius minas parvipendens, scripsit librum, quod moriẽdum sit pro Filio Dei, cap. 10.

Heretici, Lucifero martyriũ inuiderunt, licet quater fuerit ab illis exulatus, eius ardens desiderium martyrij demonstratur, cap. 11.

In exilio alios duos libros scripsit, in quibus mira Luciferi, & Sancta libertas ostenditur, cap. 12.

Luciferi, & aliorum Sanctorum post mortem Constãtij exilia relaxata, & Legatio Luciferi in Oriẽte, à quo Paulinus Antiochenæ præficitur Ecclesiæ, cap. 13.

Alexandrina Synodus scribit ad Luciferum, & ad Antiochenos, quæ in ea fuere decreta, cap. 14.

Quid Socrates, Sozomenus, & Theodoritus authores Graci, quidue Ruffinus ex Lãtinis, de schismate Luciferi Calaritani scripserint, ostenditur, quidue Cassiodorus, & Nicephorus, cap. 15.

Luciferum Smirnensem, non Calaritanũ fuisse authorem schismatis Luciferianorum probabilis opinio proponitur, cap. 16.

De Socrate, & eius historiæ iuditium, cap. 17.

De Theodorito, & eius historiæ iuditiũ, cap. 18.

De Sozomeno, & eius hist. iuditiũ, c. 19.

De Ruffino, & eius hist. iuditiũ, c. 20.

De Nicephoro, et eius hist. iuditiũ, c. 21.


Hæretici non sunt testes idonei contra S. Luciferum, cap. 22.

Prædictorũ authorum sententia de causa schismatis falsò B. Lucifero attributi, refellitur, cap. 23.

Luciferi Calaritani accusatorum alius error, dũ schismatis causã ex eiusdẽ cõmen-

mentitia dissensione deriuant, cap. 24.
Cardin. Baronij sententia de causa schismatis Lucifero tributi refellitur, c. 25.
Praecedens doctrina immunitatis B. Luciferi à schismate, insigne miraculo, & argumento Theolog. confirmatur, §. 1.
Diluuntur obiecta contra praedicta, §. 2.
Authoritate SS. Patrũ, et Athanas. Hilarij Nazianzeni, & Hieron. vindicatur à schismate B. Lucifer, cap. 26.
Declaratur tempus, in quo tres praedicti Patres de B. Lucifero scripserunt, c. 27.
Ex Socrate, Sozomeno, et alijs euincitur B. Luciferũ nunquã fuisse schismaticum, idemq; ex Cõcilijs Ecclesiae, c. 28.
Ex alijs authoribus, tàm antiquis, quã modernis sanctitas B. Luciferi in morte, & post mortẽ eius astruitur, c. 29.
Ex vetustis tẽplis in honorẽ B. Luciferi dicatis eius sãctitas demõstratur, c. 30
Idẽ euincitur ex antiquissima veneratione Ecclesiae Vercellensis in Italia, et Turritanae in Sardinia, cap. 31.
Idem probatur ex immemoriali traditione Ecclesiae Calaritanae, cap. 32.
Idẽ euincitur ex inuentione eius corporis in suamet Ecclesia, cũ epitaphijs, et notis manifestis suae sanctitatis, cap. 33.
Impugnatur contrariorũm sententia, & iuditium circa hanc inuentionẽ, c. 34.
Cõclusio deducta ex his fũdamẽtis, c. 35.
Iuditium seu cõiectatio numismatis antiquissimi, facta ab Illustrissimo Domino Iosepho Maria Suaresio Episcopo Vasionensi, cap. 36.
In numisma B. Luciferi Calarit. breuis elucubratio Horatij Quaranta Neapolitani Soc. Iesu Theologi, cap. 37.
An B. Lucifer more antiquo sit canonizatus, cap. 38.
Summa totius causae, cap. 39.
Satisfit primo, & secundo oppositis Archiepiscopi Turritani, contra sanctitatem B. Luciferi, cap. 40.
Satisfit tertiae, et quartae obiectioni, c. 41.
Diluitur quinta obiectio, cap. 42.
Refellitur sexta oppos. cõtrariorũ, c. 43.
Satisfit 7. & 8. obiectio, cap. 44.
Satisfit nonae obiectioni, & Authoritati Diui Augustini, cap. 45.
Doctorẽ maximũ fuisse praecipuum vindicẽ sanctitatis B. Luciferi probatur, cap. 46.
Authoritati Sãcti Ambrosij respondetur, ex Scambato, cap. 47.
Iuditium authoris circa praecedentẽ solutionem ad authoritatem D. Ambrosij, & eius propria solutio, cap. 48.
Respondetur decreto Gratiani, cap. 49.
Alijs authoribus, & fundamentis contrariorum aduersus sanctitatem Beati Luciferi respondetur, cap. 50.
B. Lucifer si debuisset satisfacere, satisfecisse pie credendũ est, & decimo obiecto respondetur, cap. 51.
Etiam dato, & non concesso, quod B. Lucifer fuisset author schismatis, quod illi imponitur, adhuc attentis illorũ tẽporũ circumstantijs, non sequitur ipsum lethaliter peccasse, neque ideò è Sanctorũ numero expungendum esse, cap. 52.
Proponitur, & soluitur cõtraria obiectio Innocentij I. cap. 53.
Satisfit alijs obiectis contra Ecclesiã Calaritanam, & eius Archiepiscopum, cap. 54.
Satisfit duodecimae obiectioni, cap. 55.
Satisfit decimatertiae obiectioni, cap. 56.

LIBER



LIBER PRIMVS
DEFENSIONIS SANCTITATIS B. LVCIFERI ARCHIEPISCOPI
Calaritani Sardiniæ, & Corsicæ Primatis, & aliorum Sanctorum quos colit Calaritana Ecclesia.





VIA Archiepiscopus Turritanus vidit se lacessitũ Romæ à Calaritano ad litem Primatus Sardiniæ, & Corsicæ, cuius titulũ iniustè paucis ab hinc annis, tàm ipse, quàm eius antecessores vsurparũt, ea, quæ non potest in fauorem sui iuris proferre, côuertit in calumniam B. Luciferi, & Sanctorum quos colit multis ab hinc annis Calaritana Primatialis Ecclesia, & ex litigante, accusator, & fiscus cõtra diuos factus, quin ad eũ ista pertineant, me de hac veneratione criminatus est, & accusauit, quasi illius primus author extiterim, & nõ eã ratã, & stabilitam à meis antecessoribus inuenerim; & scripturã cũ suo summario obtulit Sacræ Eminentissimorum Cardinalium Sanctæ Inquisitionis Cõgregationi præterito mense Maij anni 1637. multa cõtra Sãctitatem B. Luciferi, & eius venerationem, & aliorum Sanctorum, quos colit Calaritana Ecclesia, simul querimoniam de amota Calari veneratione Sancti Proti, continentem. scriptura autẽ, & Summarium sunt tenoris sequentis.

Oppositio Archiepiscopi Turritani, contra S. Luciferum, & alios Sanctos.

EMinentissimi, ac Reuerendissimi Domini, in Ecclesia Calaritanã veneratur corpus Luciferi, qui vixit circa annos Domini CCCLXX. supponiturq; fuisse Archiepiscopum Calaritanum Primatem Sardiniæ, &

Corsicæ Regnorum atque Martyrem obijsse,& ei altaria,& sacella tanquam Sancto, vel Beato dicantur, necnon illius Reliquiæ sicuti aliæ ab Ecclesia Apostolica approbatę exponuntur, & adorantur, non sine Catholicæ Religionis contemptu, ac Decretorum Summorum Pontificum statutorum Sac. Con. ac Sacrarum Congregationum mandatorum spretu, & vilipendio.

Fundatur perseuerãtia adorationis huiusmodi in eo quod de anno 1615. fuerit inuentum corpus ipsius Luciferi cũ infrascripta inscriptione in marmore sculpta. HIC IACET B. M. LVCIFERVS.

Et aliam similem inuentionem sequtam esse de anno 1623. cum inscriptione pariter sculpta sub sequenti tenore. Hic Iacet B. M. Luciferus Archiepiscopus Calaritanus Primas Sardiniæ,& Corsicæ Confalonarius S. R. E. qui vixit annis 81. K. cum Cruce Primatiali trium brachiorũ inter duas palmas, & desuper hãc Crucem rosa, Aquila coronata ad dexteram, & ad sinistram Constantiniano.

Supponit insuper corpus præfatũ inuentum fuisse in Ecclesia ipsi Lucifero dicata.

Ex præmissis sic suppositis, & inuentis ad confouendum pretensiones illorum qui dignitatem Primatialem in Ecclesia Calaritana vsurpare satagunt, nullo modo possunt deduci Sanctitas, & qualitates Luciferi adorabiles, imò ex infrascriptis omne desumptum ex eis cessabit, & vlterius concludet probatumque remanebit Luciferum à Calaritanis veneratum scismaticum fuisse,& caput sectæ Luciferianæ, & propterea indignum Christianorum commercio,& Ecclesiastica sepultura nedum adoratione se reddidisse.

Litteræ B. M. in prædicta inscriptione sculptæ debent prius interprætari in sensum Bonæ Memoriæ, quam Beati Martyris ex frequentiori vsu sic loquendi de personis defunctis, maximè stãte, quod ex multis scriptoribus Ecclesiasticis de hoc eodem Lucifero scribentibus nullus reperitur testari ipsum fuisse Martyrem; & ideó conuincit, quod dicta inscriptio fuerit de recenti exarata.

Multò minus in veritate fundatur titulus, Archiepiscopus, in secũda inscriptione expressus cum à nemine ex SS. PP. & scriptoribus, tã antiquis, quã modernis talis nominetur Luciferus, sed tãtum Episcopus, vt in summario *num.* 1.

Et cum ita testantur Auctores Calaritani Luciferus iste decesserit de anno 371. à natiuitate D. N. certum esset quod successores sui Archiepiscopi quoque fuissent, & tamen contrariũ depræhenditur à Concilio Lateraneñ. habito de anno 650. in quo pluries nominatur Calaritanus Pręsul sub nomine, vel titulo Episcopi, vt in summario *num.* 2.

Multò minus veritati nititur alter titulus Primatis, quia huiusmodi titulo post morté Luciferi nemo ex Episcopis Calaritanis, vsus fuit excepto Anto-

Antonio de Parragues, qui illum sibi arroganter, & propria auctoritate tribuit, vt latè omnia comprobata remanent in summario *num. 3*.

Augetur falsitas, seu suppositio inscriptionis ex huiusmodi titulo Primatis Sardiniæ, & Corsicæ, ex quo Corsica nō fuit vnita Sardiniæ in Spiritualibus ante Vrbanū II. qui sedit ab anno 1088. vsque ad annū 1099. & sic per annos 700. circiter post mortem Luciferi Pontifex iste Primatum Sardiniæ, & Corsicæ cōcessit Archiepiscopo Pisano, vt in summario *num. 4*.

Alia adest huius suppositionis euidens demonstratio, nempe quod in dicto marmore sit exarata Crux Primatialis, attēto quod vt diximus Præsul Calaritanus nūquam Primatialem habuit dignitatem, vt melius comprobatur in summario *num. 5*.

Inscriptionē præfatam esse suppositam ad supplantandū populum, illumque alliciendū adorationi Luciferi colligit, & ex affectata exaratione palmarum, & rosę, quæ sunt hieroglifica martyrij, & tamē Martyr nō fuit, nec vllus ex scriptoribus Ecclesiasticis, tàm antiquis, quàm modernis hoc affirmant, vt in summario *num. 6*.

Hoc idèm confirmandum venit ex Aquila coronata, quod est Regiū, seu Imperatorium gentilitiū, & tamen nihil constat Luciferū ex Rege aliquo, aut Imperatore originem traxisse.

Pari modo falsū est aliud suppositum quod Ecclesia adesset dicata dicto Lucifero, ex rationibus de quibus latè in summario *num. 7. & 8*.

Prout valdè nimis animosum est asserere, quod corpus dicti Luciferi suppositum repertumque fuerit in Ecclesia.

Nā supplicatur aduerti quod tēporibus illis cadauera defunctorum nō sepeliebantur in Ecclesijs, sed in Cemeterijs; imò tempore Leonis I. qui sedit annos 440. Concilium Vasense, licet celebratum post mortem Luciferi maiorum tamen instituta sequens (quod demonstrat ita prius fuisse seruatum) prohibuit corpora defunctorū in Ecclesia sepeliri, sed in atrio porticū, vel in exedris. Can. præcipiens 13. quæst. 2.

Quamuis posteà Concilium Moguntieñ. celebratum de anno 813. permiserit cadauera Episcoporum, ac fideliū laicorū humari in Ecclesijs, vt ex Can. nullus 13. quæst. 2. tamen id fuit post annos 500. circiter. ab obitu eiusdem Luciferi.

Accedit quod nulla datur probatio, quod locus inuentionis dicti Luciferi fuerit Ecclesia, sed patet fuisse cemeterium, non solum ex cadauerū notabili quantitate, sed & ex qualitate structuræ, sine aliqua delineatione, vel forma Ecclesiæ, sed dumtaxat paruo muro, siuè macerie sufficiente tamē altitudine ad terræ separationem composito, circundato ad instar cemeteriorum omnium.

Debet, etiā cessare adoratio Luciferi, & eius reliquiarū ex eo, quod de

illorum idemtitate nõ constat, cum duæ dentur, vt supradictum fuit, sui cadaueris inuentiones, & nisi duo corpora ei tribuerentur impossibile redderetur scire, quod ex duobus exponendum, adorandumvé esset ad notata in summario *num. 9*.

Et quod magis dignum est considerratione ad remouẽdum cultum dicti Luciferi, consistit in eo, quod claré cõstat ipsum Luciferum Episcopum Calaritanum Scismaticum, & caput sectæ Luciferianorum fuisse, vt in *num.* 10.

Quodque non solum errauerit, sed quod & in suo errore decesserit summario *num. 11.*

Nec ab ista veritate recedendum ex quo nonnulli dixerunt caput sectæ Luciferianorũ fuisse Luciferum Episcopum Smirnen. moti forsan ex Gratiano in decreto veteri, & minimè correcto, nã in correcto, par. 2. causa 24. quæst. 3. Can. quidam autẽ hęretici §. Luciferiani. Expresse habetur fuisse Luciferũ Episcopum Sardiniæ, & multò melius comprobatum, & indubitatum efficitur ex deductis in summario *num. 12.*

Obuiandum est omninò errori huiusmodi adhoc, vt Calaritani recedant ab adoratione, & veneratione aliorum Sanctorum non approbatorum ab Ecclesia, etenim vltra Luciferum, colunt Ianuarium quẽdam, qui licèt pręfuerit Ecclesię Calaritanæ, fuit tamen homo dignitate huiusmodi indignus, & publicus peccator, vt probatur in sum. *nu. 13.*

Et vlterius colũt, & venerãtur atque in Litanijs addiderunt Sanctos numero 93. quorum nomina impressa fuerunt de mandato Archiepiscopi Calaritani, vt ex eorum impressione consignata R.P.D. Assessori S. Inquisitionis, quamuis de eis nihil, vel boni habeatur, sed solum memoria reperta in quampluribus sepulturis effossis ex cemeterio cum suis inscriptionibus, in quibus cum adesset relatæ litteræ B. M. istos, & tanquam martyres colunt, & nomina eorũ dantur in summario *nu. 14.*

Cunctis pręmissis addendum est decretum factum die 20. Octobris 1625. à Sacra Congregatione vniuersalis Inquisitionis, in quo prohibetur adoratio eorũ siuè Imagines quorumuis hominũ cũ Sanctitatis, siuè martyrij fama defunctorum antequam ab Apostolica Sede Canonizentur, siuè Beati declarentur, & interim si quę apposita essent amoueri mandat, quod decretum præcipué comprehendit casum nostrum, non solum, quia Sancti, quos colunt Calaritani, non sunt approbati à communi Ecclesia, sed & quia ex SS. PP. scriptis constat fuisse homines reprobos, & decessisse impenitentes, & propterea neque ex tolerantia ordinarij, siué cursu longissimi temporis venerationẽ acquirere meruerunt.

Denique satis est dicere, ꝙ veneratio huiusmodi incepit paulo ante annum 1625. & ideò non concurrit in ea longinqui temporis cursus scien-

ſcientia Summi Pontificis, nec tollerantia Epiſcopi per tẽpus ſufficiens, & ideò benè applicantur omnia in decreto definita.

Et ne omittatur id quod prius eſt, & quod obſcandala imminentia, & gentium commotionem indiget celeri prouiſione. Sciant Eminentiſſimi Domini quod apud Turritanos maxima eſt in veneratione Sanctus Protus Archiepiſcopus Turritanus, & iure meritò cùm iſte Sanctus notus ſit in Eccleſia Dei, & de eo fit mentio in Martyrologio ſub die 25. Octobris, quodq; Turritani reſidentes in Ciuitate Calaris quolibet anno ſolemni pompa, maximaque populi frequentia eius feſtiuitatem celebrant in Altari, & Sacello eidem Sancto dicato in Eccleſia Conuentuali B. Marię de Monte Carmelo in quo eius imago collocata erat.

Vicarius Generalis Calaritanus aſſociatus ab alijs tàm Secularibus, quàm Eccleſiaſticis perſonis in die celebrationis feſtiuitatis huiuſmodi proximè elapſo, Populo iam coadunato ad ſolemnizandum de more feſtum dicti Sãcti acceſſit ad Eccleſiam præfatam, & de facto amouit illius imaginem ab Altari, & ſacello, illamque recõdidit, prohibens illius adorationem.

Ad remouendum nationi Turritanæ, & aliorum, erga dictum Sanctum deuotarum ſubleuationes, & ne maiora exinde ſcandala oriantur ſupplicatur ordinari repoſitionem dictę imaginis cum ſolemni pompa in ſuum priſtinum locum, ſtatum, & venerationem cum de facto non liceat procedere, & geſta de facto sũt etiam de facto tollenda, & præcipuè in hoc caſu in quo factũ, & ſpolium non minus attentatum, & violentum, quam iniuſtum, & iniquum fuit, ſicque ſupplicatur contra delinquentes procedi, prout de iure.

Summarium Archiepiſcopi Turritani Contra S. Luciferum, & alios Sanctos.

1 SVlp. in lib. 2. Hiſtor. cap. 25. & lib. 9. & 14. Nicefor. lib. 10. cap. 19. Platin. in vita Liberij. S. Hieron. in Cathal. ad ſcript. Marian. in ſcol. ſupra dialog. eiuſdẽ Hieron. aduerſus Luciferianos. Franciſ. Balduin. contra Donatiſt. Sozomen. lib. 5. Hiſt. Eccleſ. cap. 12. Socrat. lib. 3. cap. 2. Sanctus Aguſtinus tom. 6. in princip. Caſtor. lib. 2. aduerſus hæreſ. verb. anima arti. 2. Guido Carmelitanus relatus à Prateolo lib. de hæret. littera L. fol. 254. Nicolaus Aimerich in ſuo directorio, Inquiſitorùm fol. 108. Genebrard. in ſua Cronic. Reatin. in annot. Diui Hieronymi, & Grat. 2. parte decretal. cauſ. 24. fol. 1344. & Bellarm. in lib de ſcript. Eccleſ. fol. 65. & Frater Antiochus Brondo Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Capt. in ſuo Comment. ſuper Apocalypſ. fol. 563. Auctor Calaritanus natus, & educatus, cui maximè eſt credẽdũ, & eius auctoritas nimium per-

perpendenda, & omnes moderni qui de Lucifero loquũtur eum Episcopum nominant.

2 Anno 650. in Concil. Lateran. primo sub Martino I. in plusquam decem sessionibus prædicti Concilij nominatur, & asseritur Deusdedit Sãctissimus vir Episcopus Calaritanus,& ex reuolutione Conciliorum Eucumenicorum tàm Summorum Pontificum quam Episcoporum totius Occidentis, non inuenitur huiusmodi titulus Archiepiscopi, nisi ab eodẽ anno 560 & Præsules Toletani Bracaren. Tarraconẽ. & Aquileien.qui modo sunt Primates, tunc & etiam annis 200. post mortem huius Luciferi erant Episcopi tantũ.

3 Antonius de Parragues Archiepiscopus Calaritanus, qui interfuit Concilio Triden. ausus fuit, propria auctoritate, sibi arrogare titulum Primatis,sed in eodem Concilio, nõ obstante sua præcedenti arrogantia huiusmodi, sedit inter Archiepiscopos Pauli IIII. & anteà ac postea nullus aliter fuit nominatus quam Episcopus siuè Archiepiscopus à certo tempore citra. Nam Iuuenalis vt patet ex vita Sancti Efisij, Quintus, in Concil. Arelaten. sub Marcel.II. Lucifer ex tot auctor. relatis, Brumasius in vita Sancti Fulgentij, Ianuarius in Epistola Sancti Gregorij, Deusdedit, & Iustinus in Concilio Lateranen. sub Martino I. Citonatus in 6. Synodo Constantinopolitana. Petrus in suis diplomatibus sibi ab Honorio II. tributo sub Episcopi dignitate,& Episcopi titulo tãtum fuerunt nominati; & sub Honorio III. capitulũ Calaritanum per confirmationẽ electionis ab ipso factæ de Episcopo Sutrien. in Archiepiscopum Ecclesiæ Calaritanæ, & dictus Pontifex electionem irritauit ex quo postulandus non eligendus esset,cap. . . . . 6. extra de post. prælatorum, & in eisdẽ titulis Episcopi,& Archiepiscopi tãtum, numquã,Primatis, vsi fuerunt; Nicolaus de anno 1207. Leonardus 1239. Gondisaluus 1232. Petrus 1350. Fr.Ioannes 1331.Bernardus 1386. Antonius 1409. & alij successiue in eorum diplomatibus, hoc idem apparet ex promotionibus Ioannis Fabij anno 6. Martini V. Matthęi Decani Calaritani anno 9. Eugenij Quarti Frãcisci Episcopi Sulcitan. anno 3. Pij II. Ludouici Canonici Iuanen. anno 3. Pauli II. Gabrielis Abbatis de Derulo an 1. Sixti IIII. Petri Pilares anno 13. eius Pontificij,Ioãnis de Villanoua anno 1. Leonis X Dominici Pastorilli anno 2. Pauli III. Balthassaris de Heredia anno 14. eiusdẽ Pauli. Antonij Parragues anno 4. Pauli IIII. Francisci Peres anno 2. Gregorij XIII. Vincẽtij Nouella anno 6. dicti Pontificis, Francisci del Vall anno 3. Sixti V. & ita sequitur vsque ad nostra tempora.

4 Vrbanus II. qui fuit creatus Papa de anno 1088. vixit vsque ad annum 1099. vniuit in Spiritualibus Insulas Corsicæ, & Sardiniæ, & idẽ Pon-

Pontifex concessit Episcopo Pisano Primatialé dignitatem super ambas Insulas Archiepiscopo Pisano, ergo dũ vnionis huiusmodi habemus initium per annos 700. post mortem Luciferi, impossibile est, quod ipse vtrique Insulæ præfuerit.

5 In Concilio Tridentino interfuerunt Patriarchæ, & Primates, & si talis, Archiepiscopus Calaritanus fuisset, qui pariter in eo fuit, inter istos sedisset, & esset descriptus, non autem inter Archiepiscopos, vt in fine voluminis eiusdem Concilij videri potest.

6 Palmæ, & rosæ sunt symbola martyrij; S. Ambrosius lib. de Spiritu sancto tom. 3. fol. 146. relatus à Cornelio à Lapide super Apocalypsi fol. 153. & sequenti. Idem Ambrosius tom. 5. in Dom. 2. Quadragesimæ. Tertul. ad gentes cap. 49. Apolog. 7. August. ser. 15. de Sanct. Claud. in laudem Helluonij Vego, quem refert Cornelius à lapide idé Tertul. aduersus, & Eccl. casus in imag martyr, quos semper cum palmis depingit.

Et quãuis iste Lucifer iussu Constantij Imperatoris simul cum Eusebio Episcopo Vercellen. exulauerit pro fide, tamen martyr non decessit, quinimò reuersus ab exilio, interfuit siquidem Cõcilio Alexandrino, sed suis decretis non paruit, & Calarim reuersus, factoq; scismate, & relictis Luciferianis suæ sectæ, & erroris discipulis, obijt anno 10. circiter post exilium, nulla existente persecutione, & extra Ecclesiæ communionem, vt ait Baronius, & melius infra suo loco comprobabitur.

7 Dũ Baronius suos Annales impressioni mãdauit, Calaritani apponi voluerunt Ecclesiam dicatam dicto Lucifero, quod promisit Baronius pro secũda impressione si quod ei ostenderetur circa huiusmodi rei veritatem, & Ioannes Arca auctor Sardus de defendendo Lucifero curam assumpsit. Verum Baronius inuehitur in istum Arcam, & respuit informationes factas Calari, eo quod non essent alicuius momenti.

8 Corpus Luciferi fuit primo inuentũ de anno 1618. vnde aut supponitur Ecclesiam ei fuisse dicatam per inuentionem huiusmodi; siue antea, siuè post, de huiusmodi dedicatione adesset memoria, vel posset dari probatio per scripturas recentes, aut alias legitimas probationes omni cum facilitate, si verò antea; & hoc incredibile redditur. Nam Frater Antiochus Brũdo auctor Calaritanus, & in patria educatus, etiã & mortuus, dum in suis commentis super Apocalyps. facit mentionem de Lucifero suo Episcopo, per dedicationem Ecclesiæ, aliquam defensionem pro illo fecisset, & tamen assentitur sententiæ Sanctorum Patrum qui eũ tanquam Scismaticum, & Hæreticum narrant.

At esto, nõ tamen admisso, quod corpus Luciferi fuerit inuentum in Ecclesia, & ibi sepultum, aliud esset fa-

faciendum dilema; aut ista Ecclesia fuit dicata Lucifero ante illius obitũ, vel post, si antea, absurdum, quia viuentibus Ecclesiæ nõ dedicabantur, si post, in Ecclesia fuit humatũ, ergo per prius aderat Ecclesiã alteri Sancto dicata.

9 Duo corpora Luciferi supponẽdum est, fuisse adinuenta, patet; De primo ex relatione facta per Don Franciscum Esquiphelium Archiepiscopum Calaritanũ. Regi Catholico anno 1615. impressa Neapoli Apud Constantinum Vitalem anno 1617. *La inuencion de S. Lucifero*, & ex eo quod tẽpore eodẽ prodit imago dicti Luciferi, qui migrauit anno 371. Calari, & sepultus est propẽ Ecclesiã Sãcti Saturnini in Ecclesia sibi dicata, vbi eius corpus inuẽtum est anno 1615. die 18. Ianuarij, & in hac inuentione nulla fit mentio de titulo Primatis, neque de Palmis, & Rosis, sicuti nec de Cruce Primatiali. De secundo constat ex illius inuentione secuta de anno 1623. cum inscriptione tituli, & Hieroglyphicis supra impugnatis, cum & istud esse corpus Luciferi de quo agitur asserat Frater Seraphinus Schirrus Capucinus autor Calaritanus in suo libro inscripto *Santuario di Caghari*, dirigendo à Don Francisco Desquiuel impresso in Ciuitate Calaritana fol. 83.

10 Lucifer Episcopus Calaritanus caput Hæreticorum Luciferianorum asseritur à Sancto Augustino tom. 6. in principio dicens Luciferianos à Lucifero Calaritano Episcopo exortos; nec Philaster inter hæreticos posuit, credo tamẽ scisma non hæresim condidisse, & lib. de Agone Christiano cap. 30. cum Lucifero qui mane oriebatur cadere meruerunt; & in epistola ad Bonifacium Comitem propẽ finem. Hoc displicuit Lucifero quia factum est in eis suscipiẽdis, atque sanandis, qui veneno perierant Arriano, & quia displicuit in tenebras cecidit, amisso lumine veritatis. Idem asseritur à S. Hieronymo aduersus Luciferianos tom. 2. in dialog. cogor de Beato Lucifero secus quicquam, & illius meritum, & mea humanitas posit existimare, sed quid faciam? veritas os reserat, & inuitam linguam, conscium pectus ad loquẽdum impellit, in tali articulo Ecclesiæ, in tanta rabie luporum, segregatis paucis ouibus, reliquum gregem deseruit, bonus quidem pastor, sed multã prædam bestijs relinquens. Inuitus dictus Hieron. casum Luciferi declarabat, veritas enim os ei reserabat; nec facit ad rem quod eum appellet Beatum, eo enim titulo, illis temporibus insigniebãtur Ecclesiæ Præsules, sicuti modo Illustrissimi, & Reuerendissimi, licet hodie huiusmodi titulus Beati, siuè Beatissimi, Summo Pontifici tribuatur.

Idem Sãctus Hieronymus in dicto dialogo cõtra Luciferianos multoties meminit erroris huius Episcopi, præcipuè in illis verbis, vt quidam Luciferi sectator cũ alio Eccle-

siæ

ſiæ alumno, odioſa loquacitate contendens caninam facundiam exercuerit. & alibi poſt quam retulit Catholicorum ſententiam, quæ Luciferum impugnant, eo quod Lucifer eis non adhærebat.

Hoc ipſum aſſerit S. Ambroſius oratio. funebri in obitu Satiri fratris to. 4. fol. 306. Lucifer enim ſe à noſtra tunc temporis communione diuiſerat, quamqũam pro fide exulaſſet. Eandem ſententiam ſequutus Diuus Antoninus 2. par. Hiſt. tit. 9. cap. 5. §. 20. qui incipit Lucifero hæreſiarca, cuius verba inferius referã.

Idem Eccleſiaſtici Doctores cenſuerunt, vt Caſtro. lib. 2. ad hæreſes verbo Arianorum, errore 2. qui ad ſuam ſententiam confirmandam affert Guidum Calaritanum his verbis. Eſt error, quem tenent Luciferiani à Lucifero quodam Calaritano Epiſcopo, eorũ Principe, ſic nominato. Idem aſſerit Prateolus fol. 254. Luciferiani à Lucifero quodã Epiſcopo Calaritano, qui ſola ambitione motus, ſuam hæreſim populo extruit.

Et Gratianus in decreto correcto 2. par. decretal. cauſa 24. fol. 344. verſi. Luciferiani, à Lucifero Sardiniȩ Epiſcopo, ab Eccleſiȩ cõmunione receſſerũt, & cũ Lucifero auctore ſuo, qui manè oriebatur, cadere meruerunt; & Bellarm. lib. de ſcript. Eccleſiæ fol. 65. Lucifer Epiſcopus Calaritanus Athanaſij æqualis, ita zelo fidei Catholicæ ardens erat, vt à Sanctis Patribus etiam poſt ſciſma factum, & ſectam Luciferianorum poſt ſe relictam.

Huic ſententiȩ addidit calculum Frater Antiochus Brũdo auctor Calaritanus in commenta. ſuper Apocalypſ. fol. 563. & 564. qui poſt quã retulit ſententiam Sãcti Ambroſij, & aliorum Sanctorum, qui Luciferum damnant, ſic ait quibus omnibus ego maximé aſſentior, & credo, tùm quia hi omnes ſcriptores tempore Luciferi Calaritani Epiſcopi, floruerunt (vno dempto Baronio) & huius auctoris ſentẽtia eſt notatu digna, cum ſit Calaritanus auctor.

Hoc ipſum affirmant Pataurus in croni. anno 362. Lucifer Calaritanus Luciferianorũ ſchiſmati initiũ dedit. Affirmãt prȩtereà Ruffinus lib. 1. cap. 20. & 3. Socrates lib. 3. cap. 7. Seuerus lib. 2. Theodoretus lib. 3. cap. 5. Sozomenus lib. 3. cap. 11. & 12. lib. 6. cap. 7. Hiſtor. Triparti. c. 23. Aimerich. in directorio Inquiſitorum fol. 180. Peña in annotat. eiuſdem directorij folio 85. Genebrard. in ſua cronica an. 369. Marcelinus, Fauſtinus, & Euſebius allati à Reatino in annot. Hieronymi, tom. 3. fol. 362. Sulpit. lib. 2. Nicefor. Calixtus in ſua Hiſtoria Eccleſ. lib. 10. c. 12. Adon. Vienen. in ſua Cronica Vienen. Belluacen. in ſpecul. hiſtoriar. lib. 4. cap. 24. Michael. Buchingur in Hiſtoria Leonien. lib. 7. de Victib. Monarchiæ Gennad. de inſcript. Eccleſ. qui allegat Marcellinum, & Fauſtinum cap. 26. Ioannes Baptiſta Poça Societatis

B Ieſu,

Iesu, Marian.in schol. operis Sancti Hieronymi, Franciscus Baldoin.lib. contra donatis. & Ferdinandus Hugaldeus, & quotquot sunt auctores, qui aduersus hęreses scripserunt, Luciferum damnāt,& nullus, qui contrarium asserere voluerit, effugiet temeritatis notam, ex sententia Antiochi Brondo Calaritani.loco supra citato.

11 Et quod Lucifer non solum errauit, sed etiam in errore mortuus sit,asseritur à Sāctis, PP. DD.Ecclesiæ, nam cum redierit ex Antiochia Calarim,Romam petijt,vt Sūmum Pontificem alloqueretur,non pœnitentiam, & dolorē sui erroris ostendit, immò nouiter reclamauit contra decretum Concilij Alexandrini, vt affirmant Marcellinus, & Faustinus, eiusdem Luciferi discipuli in lib. de scismate Vrcisini,à Mariano, Victorio, Reatino,in argumēto dialogorum Sancti Hieronymi,contra Luciferianos to.2.fol.91. his verbis, vt ex Marcellino,& Faust. eius sectatoribus Historicis in lib. de scismate Vrcicini, qui nondum est æditus, in Biblioteca Vaticana extat, & Baronius loquitur de eodem Marcellino tom.4.annal. anno 362. fol.88. sic, ex his autem, qui de eo scribit Marcellinus Presbyter, & ipse scismaticus sectæ Luciferianæ, planè intelligitur eum venisse Romam,loquitur de Lucifero,execratumque esse, qui aliquando coniuncti fuissent Arianis,quod fuit scisma;nam Cōcilium dicebat admittendos esse ad Ecclesię gremium, & non spoliandos suis dignitatibus,qui dolore,& lachrymis, pristinum errorem abiurassent, & ille pertinaciter contradicebat non esse admittendos, & ideó se à communione aliorum Episcoporum Catholicorum segregauit, & sic sequitur,idem Baronius, & cum Neapoli fuit, facto demonstrauit, vitans communionem Maximi,qui in Zozimi locū fuerat suffectus, & sic colligitur,eū scismaticum Calarim redijsse,& quod peius,reclamauit Romę coram Pontifice,& deinde Neapoli communionem Maximi vitauit, quod asserunt eius discipuli, & confirmat Baronius.

12 Postquam Calarim venit aliquot annis vixit in suo errore, & tādem in eo mortuus est, vt colligitur ex Sanctis August.Hieron.& Amb. cęterisq; Doctoribus,qui de ipso Lucifero tractant.

Ex August. colligitur apertè; nā si errorem suum Lucifer abiurasset, eo modo,quo asseruit culpam, pœnitentiam nō tacuisset; qualem cum Sancto Cypriano lib. Epist. fecerat, in quo dicit Cyprianum errasse, tamen ante mortem errorem abiurasse.

Ex Sancto Ambrosio colligitur manifestè quoque, qui de scismate Luciferi scripsit in illa Oratione funebri, de obitu Satyri fratris, cuius obitus fuit anno 383.vt ait Bonfant, auctor Calaritanus fol. 204. vndecim annis post mortem Luciferi, & ideò cum scipserit post mortem Luci-

ciferi, & sui erroris meminerit, si pœnitentiā egisset, quis dubitat non declarasse Ambrosium.

Idem colligitur ex auctoritate Hieronymi, qui dialog. contra Luciferianos scripsit anno 14. Imperij Theodosij, est annus Christi 393. 22.annis post mortem Luciferi, quę fuit anno Christi 371. quod asserūt omnes historici, & præcipuè Calaritani affirmant; Ex quo concluditur, Doctorem maximum, si pœnitentiam egisset Lucifer pro suo errore, nequaquā tacuisset: & licet, vt apparet ex eius verbis, quantum potuit conabatur defendere Luciferum, veritas tamen os reserabat.

Nec credēdū est, tot viros Sanctissimos, qui tot annis, post eius mortem scripserunt errorem Luciferi, siluissent eius pœnitentiam, ex quo deducitur mortuum fuisse in errore, & extra gremium Sanctę Romanæ Matris Ecclesiæ.

Viget argumentū Theologicum fundamento valde notabili, nam nō dicitur aliquis habere sui peccati dolorem, & contritionem debitam, si dum necesse est alteri satisfacere, & potest, satisfactionē non exhibet, vt apparet in furto bonorū temporalium, honoris, & famæ; ad rem ergo, cum peccato Luciferi tantum in Ecclesia Dei scandalum causatum sit, si eum pœniteret de tali peccato, certé Ecclesiæ satisfactionem præberet, & pœnitentiam pro suo peccato à Summo Pontifice exposceret cùm nullū istius pœnitentiæ sit argumentum, non est dicendum eum de errore pœnituisse. Nā si suæ pœnitentiæ aliquod signum exhibuisset, tot viri Sancti, Sanctissimique Ecclesiæ Doctores, plenis bucis reclamarent, & suum ad Ecclesiæ gremium accessum propalarent.

Hoc argumentū conuincit Abulen. ad dicendum Salomonem fuisse damnatum, eo quod de publico suo peccato non satisfecerit, destruendo altaria, & idola, quę erexerat adoranda; & propter hanc rationem, & quia pœnitentiam non egit, aut non constat egisse, damnabatur à Sancto Gregorio lib. 2. moral. cap. 2. Prosper. 2. parte cap. 27 Basil. psalm. 71. Eucher. Beda. Angil. glos. Raban. Sotom. Theod. Adon. Capis Cantapren. Vega in Triden. Bellarminio, Benedicto Pereyra, & Maldonat. Societatis Iesū, hoc ipsum isti Doctores assererēt de Lucifero, cum militet eadem ratio de Salamone.

Verum expresè affirmant mortuum esse impœnitentem, Prę̨ter citatos Doctores, Ruffinus lib. 2. cap. 30. Euseb. lib. 10. histor. Ecclesię Reatin. in argumento dialogi contra Luciferianos Diui Hieronymi, obijsse autē hæreticum Luciferum sui animi obstinatione, seu ꝙ morte præuentus, sententiam mutare nequiuerit, testis est in Christiana Ecclesiastica histor. Euseb. & Sanctus Antoninus parte secunda histor. tit. 9. cap. 5. §. 2. qui incipit de Lucifero hæresiarca ita ait: interim Lucifer iniuriā dolens, quod Episcopum

à se ordinatum, Eusebius non recepisset, nec ipse recipere cogitur Alexandrini decreta Concilij; sed constringebatur legati sui vinculo, qđ in Concilio ipsius auctoritate conscripserat, elegitque, vt legato suo recepto, erga cæteros sententiam suam disparem, sed sibi placitam custodiret; ita regressus ad Sardiniæ partes, siuè quod cita morte præuētus, tempus sententiæ mutandæ non habuit, etenim temeré cœpta corrigi spacio lo.ēt, siuè hoc animo immobiliter tenens, obijt.

Verum, qui pre omnibus euidenter asserit mortem eius in errore, & eam lamentatus, est Eminentissimus Baronius tom. 4. Annal. anno 364. fol. 9. sic asserit: in Sardiniam redijt, sub Valentiniano, qui post sequentem annum, Imperator creatus est, ex hac vita discessit absque pace Ecclesiæ in scismate perseuerans, quod Catholicis magnum intulit luctum, & timorem incussit luxeruntque fideles, & pij, accerbissimū tanti viri casum, cum viderent hominem, honestissimis, magna gloria, perfunctum legationibus, tot confessionibus insigniter nobilitatum, quod apices in Constantium scripserat pro Athanasio, & fide Catholica, totque martyria propemodum exilio latum, quot annis exul, in diuisa loca fuerat deportatus, hominem coruscum, & antesignanū Catholicorum, in tam diuturno, & difficillimo prelio Arianorum positum, instar Hieremie, in columnam ferream, & murum æneum pro domo Dei, & Ecclesia Christi, hūc ipsum, inquam (prho dolor) post tot victorias, & erecta, de perfidia debellata trophea, sub ipso triumpho tàm infæliciter, & discensionum auctore Diabolo, superatum, & separatum ab Ecclesia esse, ac plane postratum, quém tunc optimis quibuscunque timorem casus incussit, vt illud Zacariæ meritò vsurparent *Vlula quia cecidit cedrus*; vtinam Lucifer, qui zelo æstuabat Ecclesiæ, dictum audiuisset, non in spiritu vehementi, Dominus, sed in sibilo auræ breuis nempe in mansuetudine, benignitate, & misericordia, vere inerat Deus: hucusque Baronius, auctor, omni exceptione maior.

Dicens caput Luciferianorum fuisse Episcopum Smirnæ, manifestè à veritate errauit, omnes enim dicunt illum esse Calaritanum Episcopum, & quia Erasmus voluit reprehendere Augusti. & Hieronym. eo quod, faciant Luciferum Episcopum Calaritanum auctorem secte Luciferianorum, cum huiusmodi error debeatur Lucifero Episcopo Smirnēsi tribui, meritò ab omnibus Doctoribus Catholicis reprehenditur, tanquam Hæreticus, qui Sanctis Ecclesiæ Doctoribus contradicere in omnibus audet: quod facit, Reatin. in schol. ad Sanctum Hierony. tom. 3. fol. 362. vbi ait Erasmus suo more audax, numquam in Sanctos Ecclesiæ Doctores benè animatus, ac sibi nimium semper tribuens, dū

hic

hic in argumento plus coniecturis, quæ tàm plerumque à veritate discedunt, quam bonorum auctorum lectione vestigat, Augusti. quo reprehenderit, inuenit; quis autem fuerit Lucifer, inueniri minimè poterit, cum tamẽ, nec Diuus Augusti. errauerit, Luciferum Calaritanum Episcopum inter Hæreticos connumerando, & Luciferianorum hæresis, non à Lucifero Smirnen. vt ipse putat, sed à Calaritano exorta sit.

Inuehitur etiam in Erasmũ Doctissimus Cornelius à Lapide Societatis Iesu, cap. 2. Apocalyps. fol. 52. & sic Erasmus in not. Diui Hieron. contra Luciferianos censet Luciferum, non Calaris, sed Smirnensem Episcopũ, fuisse auctorem Luciferianorum, sed errat; & Paulo post, dùm Luciferi Episcopi Calaritani, inuictam constantiam in resistendo Canstantio Imperatori hæretico commemorat, dũ erat Catholicus, tãdem scisma fecit in Ecclesia; huius auctoris, hæc sunt verba: qui cum Sancto Athanasio, & Hilario generosissime restitit Constantio Imperatori, & Arianis, sed tãdem scisma fecit in Ecclesia, quo circa ei conuenit: nomẽ habes quod viuas, & mortuus es; ex quo manifestè liquet, auctorem Luciferianorum fuisse Luciferum Calaritanum Episcopum, & non Smirnensem, vt falsò asseruit hæreticus Erasmus.

Nec dicat aliquis Sanctum Isidorum fuisse in eadem sententia, quia in antiquis Codicibus non inuenitur, & Gratianus, qui verba Sancti Isidori refert, expresse affirmat Luciferum Calaritanum Episcopum, non autem Smirnensem, fuisse auctorem Luciferianorum, & sic potest præsumi fuisse corruptũ ab hæreticis codicem Isidori; & ratio patet clarissima, quandoquidem Lucifer Smirnensis Episcopus fuit hæreticus Arianus, nec potuit Luciferianorũ auctor esse, quia Arianorum dogmata minimè sequebantur: & cum Luciferianorum error fuit diuersus ab errore Arianorum, Lucifero Episcopo Calaritano, qui huiusmodi errorem docuit, tamquam auctori tribuendus est; & sic clarius cõstat quisnam fuerit Luciferianorum auctor, vt supra dictum est.

13 Præterea adorant, & venerantur Ianuarium Episcopum Calaritanum hominem indignum non tantum adoratione, sed etiam, & dignitate, quam habuit, etenim homo senio confectus tanta in sua vita, & moribus excedebat arrogantia, vt miraretur Sanctus Gregorius de suis defectibus, & quærelis datis contra ipsum, apparet hoc in registro libro primo cap. 10. & epist. 34. Miramur cur aduersus fraternitatẽ tuam tanta querimoniarum moles exorta sit, & lib. 7 in distinc. 2. epist. 1. hortamur, vt aliquando resipiscas miser senex; vtque à tanta te leuitate morum, & operum peruersitate compescas, quanto morti vicinior efficeris, solicitior, & timidior debes, & quidem pœna sententię in te fuerat

rat iaculáda; sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus.

Digna notatu sunt omnia verba, præcipuè illa, vt aliquando resipiscas miser senex, atque à tanta te læuitate morum, & operum peruersitate compescas; quibus manifestè apparet; eum pessimam vitam, etiam in senectute degere; & alibi reprehendit eum de auaritia sua lib. 7. indict. 2. epist. 55. eo. lib. indict. 15. epist. 2. & lib. 11. epist. 52. reprehendit eum, eo quod sit detentor aliorum bonorum, & libro primo indict. 20. epist. 34. arguit eum de vindicta, & dicit nil esse sollicitum de rebus cœlestibus in omnibus, & per omnia, nil te ostendis de cœlestibus cogitare, sed terrenam te conuersationem habere significas; dum pro vindicta propriæ iniuriæ, quod sacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis, inuenisti. Si taliter viuebat Ianuarius in vltimis suæ vitæ annis, si nil de cœlestibus cogitabat, quomodo meretur adorari, vt Sanctus? & vt magis appareat eum non esse adoratione dignum, inspiciatur, idē Gregorius in lib. 3. indict. 12. epist. 24. & 26. & lib. 11. indict. 6. epist. 56. reprehendit eum de negligétia, & desidia in suo officio administrando, & lib. 7. indict. 2. epist. 66. arguit eum, quod nesciat præesse suo Clero, & lib. 3. indict. 22. epist. 26. admonet eū quod contemnitur à suis ministris; Cognouimus, quod fraternitatem tuam ministri despiciunt, dumque solum à vobis simplicitati studetur quātum videmus, disciplina negligitur, & lib. 3. indictio. 22. cap. 9. reprehendit eū, eo quod deficiat in zelo, & charitate, erga subditos; satis quidem te ipsum pastoralis zelus inuestigare debuerat, vt gregem, quem susceperas, etiam sine nostro solatio salubriter, ac prouidé tuereris; & à callidis inimicorū subiectionibus, cum diligenti circumspectione seruares; sed quia charitatem tuam, pro suæ infirmitatis argumēto, nostra quoque pagina indigere comperimus, necessariū nobis fuit titubantes animos suos ad religiosi vigoris studiū fraternæ dilectionis exhortatione firmare. Alibi quoque Sanctus Gregorius plura dicit de Ianuario Episcopo Calaritano, sed quia sufficiunt ad probationem eum nō esse virum adoratione dignum, sufficiant superius allata, quæ omnia ostēdunt manifestè hunc Ianuarium immeritò appellari Sanctum à Dionysio Bonfant in suo libro inscripto *Triumpho de los Santos del Reyno de Cerdeña*, impressum Calari anno 1635. qui eius vitam refert cum hoc titulo, in libro 13. capite 31. *La vida de San Ianuario Arçobispo de Caller*, qui pro suo libito tribuit Sanctitatem huic Ianuario, & eo ipso Calaritani illum adorant, & venerātur sine Ecclesiæ auctoritate.

14 Verum nō solum Luciferum, & Ianuarium inter Sanctos referre, propria auctoritate, ausi sunt, sed ma-

magnum Sanctorum numerum insuper addiderunt, ac in Litanijs æditos, adorandos produxerunt, reperto enim quodam effoso cæmeterio, in quo plurima erant sepulcra, & inscriptiones eorum qui in ipsis iacebant, omnes, vt Sanctos colunt, cum tamen, præter nomen, nihil de ipsis boni, vel mali referri possit, cum verò in quàplurimis sculptæ essent litteræ B.M. hoc est bon.me. ipsi interpretati sūt Beati Martyres, & hoc pacto se ipsos decipiétes loco Martyrum colunt, quorum nomina sunt.


S. Aemilij.	S. Pancratij.	S. Bincema.
S. Priami.	S. Elia.	S. Aelia.
S. Luciani.	S. Eusebi.	S. Rosula.
S. Efisij.	S. Nedia.	S. Pisana.
S. Potite.	S. Olimpia.	S. Bonifacia.
S. Luxorij.	S. Susinea.	S. Ecumenij.
S. Cesselle.	S. Erasma.	S. Acay.
S. Camerine.	S. Numida.	S. Rebustiane.
S. Iuliane.	S. Emerita.	S. Marcelle.
S. Sisine.	S. Brenina.	S. Eugeni.
S. Petre.	S. Maxime.	S. Maure.
S. Pupachi.	S. Victoriane.	S. Edissi.
S. Emiliane.	S. Pontiane.	S. Prouidens.
S. Pilemy.	S. Horenti.	S. Eliane.
S. Bonifacij.	S. Pompayane.	S. Simache.
S. Restitutæ.	S. Gerini.	S. Brumati.
S. Victor.	S. Suine.	S. Guafride.
S. Bonifacij.	S. Moqueri.	S. Auendres.
S. Nicolatiane.	S. Ferdinande.	S. Ludiuia.
S. Vientili.	S. Hilare.	S. Gumane.
S. Ado.	S. Seuere.	S. Pauline.
S. Sille.	S. Protogenes.	S. Marine.
S. Gratiane.	S. Squadrate.	S. Felix.
S. Amatile.	S. Euodi.	S. Suinia.
S. Gessine.	S. Salustiane.	S. Sinia.
S. Antere.	S. Simplici.	S. Florentia.
S. Optatem.	S. Ianuarij.	S. Ioanna.
S. Apiane.	S. Franc.	S. Aquila.
S. Rudis.	S. Cæcilia.	S. Seuera.
S. Egidiane.	S. Iusta.	S. Nupina.
S. Lucifer.	S. Greca.	

Quæ omnia impræssa sunt iussu Archiopiscopi Calaritani, vt videri possunt, quæ præ manibus habet, huius Sanctæ Inquisitionis Secretarius, siuè Assessor, &c.

Discu-

Discutitur Sanctitas Beati Luciferi Archiepiscopi Calaritani, vt prædictis obiectis plenè respondeatur.


NTEAQVAM ad diluẽda prędicta obiecta accedamus, prius sunt examinãda fundamenta Sanctitatis Beati Luciferi, sicut, & illorum auctorum antiquorum, qui ipsam criminati sunt, vt ex eis magis eluceat imbecillitas eorũ, quæ obiecta sunt, & tãtus Ecclesiæ Lucifer, à garrulis malignãtium linguis, tueatur; quæ vt facilius, & distinctius, proponantur, opere præcium duximus, hanc defensionem in quatuor partes diuidere, in quarum prima agemus de vita, & Sanctitate Beati Luciferi, vsque ad annum 361. vel, secundum alios 362. in quo fuit celebrata Alexandrina Synodus à Sancto Eusebio Vercellẽsi, altero Ecclesię luminari, legato Sedis Apostolicæ in Oriẽte, & Beati Luciferi compatriota, cuius occasione finxerunt antiqui hęretici, Beatum Luciferum in scisma incidisse; eo quod contradixerit decreto illius Cõcilij, in quo statutum fuit, vt Episcopi in hęresim Arianam lapsi, posteà pœnitentes, in suas sedes reciperentur. In secunda parte, discutietur, quid de scismate tributo Lucifero, & authoritate antiquorum authorum, qui illud finxerunt, sentiendum sit. In tertia parte ostendemus authoritates Sanctorum Patrum, & aliorum, probãtes Beatum Luciferum à scismate fuisse immunem, & quid de eius Sãctitate in morte, & post mortem sentiendum. In quarta denique respondebitur obiectionibus factis à Turritano.



PARS

PARS PRIMA DE SANCTITATE, VITA, ET MERITIS B. LVCIFERI CALARITANI

vſque ad tempus Synodi Alexandrinæ:

Beati Luciferi Calaritani ortus, & vita, quo vſque Romam venit ad ſuccurrendum afflictæ Eccleſiæ, perſecutione Conſtantij. Caput I.

1 EATVS Lucifer Archiepiſcopus Calaritanus, ſplẽdidiſſimis natalibus ortus fuit an. Domini 290 (idq; deducitur ex annis, quibus vixit, qui fuerunt 81. vt liquet ex inſcriptione marmoris in eius ſepulcro inuenti, & ex anno 371. mortis eius, vt ait Hierony. in chron.) ex Nobili, & priſca Cæſiorum familia, vt ex Fonteio, refert Bonfant, lib. 13. Triumphi Sanctorum Sardiniæ cap. 22. in Vrbe Calaris Sardiniæ Inſulæ Mediterranei maris, Italiæ, & Aphricæ vicinæ, ad meridiem ſita, vt teſtatur Primus Epiſcopus Cabilonenſis in Typographia, verbo *Calaris*, & Nicolaus German. in regiſtro alphabeti, ſuper octo libros Ptholomæi, in verbo *Calaris*, ſeu *Carados*, vbi ait: *Hic Sanctus Lucifer Illuſtris, &c. Hic Sãctus Priamus, Aemilius, & Lucianus Martyr, Hic Euſebius Vercellenſis naſcitur.* Quos cũ alijs authoribus, etiam refert, & ſequitur Bonfant, vbi ſupra.

2 Hæc autem vrbs, inter omnes Sardiniæ, Principem locum obtinet, non ſolum in politia tẽporali; quare Sanctus Athanaſius,

apologia contra Arianos, *Primariam*; Lucius Florus *lib. 2. c. 6. Vrbem Vrbiũ Sardiniæ*, & innumeri alij authores, *metropolim, & caput* eiusdem Insulæ appellarunt; sed etiam in Politia Sacra, quia Calaritanæ Ecclesiæ Præsules, ab initio nascentis Ecclesiæ, Primatis, & Metropolitani muneribus fũcti sunt; in illa etiam, inter alios egregios Antistites (vt attestatur Athanasius, & qui de rebus Sardois scripserunt) propè annum 348. vel vt alij 350. præfuit, à Sãcto Iulio PP. creatus Archiepiscopus, Beatus Lucifer, & ipse Calaritanus, qui, qualis, quantusue fuerit, qualibusque virtutũ prærogatiuis insignitus; ex his, quæ mox dicemus, perspicuum fiet.

3 Constãtius Imperator Magni Constantini filius, Arianorũ hæresim, cuius ab exordio sui principatus patrocinium susceperat, adeò excoluit, vt nihil apud eum antiquius fuerit, quam de ipsa benemereri, & lõgé, lateque in vniuersum Romanum Imperium propagare, quod dum vixit pro viribus præstitit. Huic, eiusque erroris socijs, ac sectatoribus, inuicta animi constantia, & libero ore, restiterunt, Liberius Romanæ Ecclesiæ Pontifex, Magnus Athanasius, Eusebius Vercellensis, Hilarius Pictauiensis, Lucifer Calaritanus, alijque complures Sanctæ Ecclesiæ Patres, Catholicæ fidei zelo feruentes. Cum igitur audisset Constantius præter Arianorum sententiam euenisse, vt non modo ipsi à Liberio Papa in communionem non reciperentur, sed nec ipse Athanasius, damnaretur, in furorẽ exarsit; & vt ab omnibus Episcopis, Athanasius condemnaretur (vti Sulpicius Seuerus, *hist. lib. 2. pag. 405. edit. Bonon.* ait, & Sanctus Athanasius *epist. ad solitar.* de ipso) publico mandauit edicto.

4 His ita se habentibus, Liberius Papa ex Romano ad hoc collecto Concilio, ad Imperatorem legationem mittit, quo, ipsum ab eo concepto furore, placare posset. Igitur Arelate cum esset Cõstantius *A.C. 353.* conuenerunt cum Apostolicæ Sedis legati, qui de cogendo Concilio ipsum interpellarunt. Eo enim remedio anteuertere conatus est idem Liberius Papa imminentem, non tam aduersus Athanasium, quã vniuersam Ecclesiam Catholicam, persecutionem. Sed post hæc illud lugubre accidit, vt Vincẽtius Episcopus Capuanus, Primarius Apostolicę Sedis Legatus, importunitate Arianorum, & Constãtij violentia expugnatus, tandem sic deceptus, atque coactus subscripserit Athanasij damnationi: quod præstiterunt etiam, & alij nonnulli Episcopi. Hæc amaro animo audiens Lucifer Calaritanus Episcopus, non diu differre potuit, quin statim ad Liberium

Papam

Papam Romam se conferret, vt Sacrosanctæ Dei Ecclesiæ, prudēti studio, & opera, prçsto esset.

Luciferi Calaritani pro Sede Apostolica, ad Constantium legatio, & Liberij, de Sanctitate Luciferi præconia.

Cap. II.

1 LIBERIVS itaque Papa auditis ijs, quæ prioribus à se missis Legatis, ad Cōstantium Imperatorem cōtigissent, aliam rursus legationem ad eūdem Imperatorem, anno sequenti, mittere fæstinauit. Legatus autem ad tantum opus plané difficillimum delectus fuit, Lucifer Episcopus Calaritanus in Sardinia, qui, vt dicebam, Romā opportunè, his diebus, aduenerat: quem fide integrum, Constantia infractum, zelo pietatis æstuantem, Liberius Papa cognouerat. Huic coniuncti collegç, Pancratius Romanæ Ecclesiæ Præsbyter, & Hilarius eiusdem Ecclesiæ Diaconus. Missi fuerunt hi ad Constātium Imperatorē, in Gallia tunc agentem. Extant de hac legatione litterç, quæ datç sunt ab eodem Romano Pontifice, ad eumdem Imperatorem, in quarum fine Liberius Papa, quid de Lucifero Episcopo Calaritano sentiat, hisce verbis declarat. *litt. in Append. ad opusc. Luciferi Calarit. Ad exorandam igitur mansuetudinem tuam, vt beneuolo animo allegationes nostras audire digneris, fratrem, & Coepiscopum meum, Sanctū virum Luciferū, cū Pancratio compræsbytero meo, & Hilario Diacono placuit proficisci: quos credimus de clementia tua, ad pacem omnium Ecclesiarum, non difficulter posse Concilium impetrare.*

2 Eiusdē Luciferi Episcopi virtutum præstantiam, ac Sanctitatem, idem Papa Liberius in vna ex epistolis, quam scripsit ad Eusebium Episcopum Vercellēsem, sic atestatam, reliquit: *litt. in Act. vit. S. Euseb. Ep. Vercellen. Cum igitur post legationem, Vincentius in illā ductus est simulationem; & reliqui per Italiam Episcopi, publica conuentione, coacti fuissent sentētijs Orientalium obedire, Deò cooperāte, frater, & Coepiscopus noster Lucifer de Sardinia superuenit. Qui cum latebras causæ interioris cognouisset, & peruenisset ad eius conscientiam, sub occasione nominis Athanasij, hæreticos hoc velle tentare: pro deuotione fidei Dei suæ, subire voluit iustum laborem; & ad comitatum Religiosi Principis pergere: vt tandem exposito ordine totius causæ, impetraret, vt omnia, quæ in medium venerunt, incatu possent Sacerdotum Dei tractari. Idcò quia scio Sanctum fidei tuæ calorem, cum eius animo concordare, prudentiam tuam peto, vt si, procurāte Deo, habuerit te præsentem, per quoscunq; potueris, solicitè excubare contendas, vt possitis vniuersa, quæ fides Ca-*

apologia contra Arianos, *Primariam;* Lucius Florus *lib. 2. c. 6. Vrbem Vrbiũ Sardiniæ*, & innumeri alij authores, *metropolim, & caput* eiuſdem Inſulæ appellarunt; ſed etiam in Politia Sacra, quia Calaritanæ Eccleſiæ Præſules, ab initio naſcentis Eccleſiæ, Primatis, & Metropolitani muneribus ſũcti ſunt; in illa etiam, inter alios egregios Antiſtites (vt atteſtatur Athanaſius, & qui de rebus Sardois ſcripſerunt) propè annum 348. vel vt alij 350. præfuit, à Sãcto Iulio PP. creatus Archiepiſcopus, Beatus Lucifer, & ipſe Calaritanus, qui, qualis, quantuſue fuerit, qualibuſque virtutũ prærogatiuis inſignitus; ex his, quæ mox dicemus, perſpicuum fiet.

3 Conſtãtius Imperator Magni Conſtantini filius, Arianorũ hæreſim, cuius ab exordio ſui principatus patrocinium ſuſceperat, adeò excoluit, vt nihil apud eum antiquius fuerit, quam de ipſa benemereri, & lõgè, lateque in vniuerſum Romanum Imperium propagare, quod dum vixit pro viribus præſtitit. Huic, eiuſque erroris ſocijs, ac ſectatoribus, inuicta animi conſtantia, & libero ore, reſtiterunt, Liberius Romanæ Eccleſiæ Pontifex, Magnus Athanaſius, Euſebius Vercellenſis, Hilarius Pictauienſis, Lucifer Calaritanus, alijque complures Sanctæ Eccleſiæ Patres, Catholicæ fidei zelo ferventes. Cum igitur audiſſet Conſtantius præter Arianorum ſententiam euenisse, vt non modo ipſi à Liberio Papa in communionem non reciperentur, ſed nec ipſe Athanaſius, damnaretur, in furorẽ exarſit; & vt ab omnibus Epiſcopis, Athanaſius condemnaretur (vti Sulpicius Seuerus, *hiſt. lib. 2. pag. 405. edit. Bonon.* ait, & Sanctus Athanaſius *epiſt. ad ſolitar.* de ipſo) publico mandauit edicto.

4 His ita ſe habentibus, Liberius Papa ex Romano ad hoc collecto Concilio, ad Imperatorem legationem mittit, quo, ipſum ab eo concepto furore, placare poſſet. Igitur Arelate cum eſſet Cõſtantius *A. C. 353.* conuenerunt eum Apoſtolicæ Sedis legati, qui de cogendo Concilio ipſum interpellarunt. Eo enim remedio anteuertere conatus eſt idem Liberius Papa imminentem, non tam aduerſus Athanaſium, quã vniuerſam Eccleſiam Catholicam, perſecutionem. Sed poſt hæc illud lugubre accidit, vt Vincẽtius Epiſcopus Capuanus, Primarius Apoſtolicę Sedis Legatus, importunitate Arianorum, & Conſtãtij violentia expugnatus, tandem ſic deceptus, atque coactus ſubſcripſerit Athanaſij damnationi: quod præſtiterunt etiam, & alij nonnulli Epiſcopi. Hæc amaro animo audiens Lucifer Calaritanus Epiſcopus, non diu differre potuit, quin ſtatim ad Liberium

Papam

Papam Romam se conferret, vt Sacrosanctæ Dei Ecclesiæ, prudēti studio, & opera, prǫsto esset.

Luciferi Calaritani pro Sede Apostolica, ad Constantium legatio, & Liberij, de Sanctitate Luciferi præconia.

Cap. II.

1 LIBERIVS itaque Papa auditis ijs, quæ prioribus à se missis Legatis, ad Cōstantium Imperatorem cōtigissent, aliam rursus legationem ad eūdem Imperatorem, anno sequenti, mittere fæstinauit. Legatus autem ad tantum opus planè difficillimum delectus fuit, Lucifer Episcopus Calaritanus in Sardinia, qui, vt dicebam, Romā opportunè, his diebus, aduenerat: quem fide integrum, Constantia infractum, zelo pietatis æstuantem, Liberius Papa cognouerat. Huic coniuncti collegę, Pancratius Romanæ Ecclesiæ Præsbyter, & Hilarius eiusdem Ecclesiæ Diaconus. Missi fuerunt hi ad Constātium Imperatorē, in Gallia tunc agentem. Extant de hac legatione litterę, quæ datę sunt ab eodem Romano Pontifice, ad eumdem Imperatorem, in quarum fine Liberius Papa, quid de Lucifero Episcopo Calaritano sentiat, hisce verbis declarat. *litt. in Append. ad opusc. Luciferi Calarit. Ad exorandam igitur mansuetudinem tuam, vt beneuolo animo allegationes nostras audire digneris, fratrem, & Coepiscopum meum, Sanctū virum Luciferū, cū Pancratio compræsbytero meo, & Hilario Diacono placuit proficisci: quos credimus de elementia tua, ad pacem omnium Ecclesiarum, non difficulter posse Concilium impetrare.*


2 Eiusdē Luciferi Episcopi virtutum præstantiam, ac Sanctitatem, idem Papa Liberius in vna ex epistolis, quam scripsit ad Eusebium Episcopum Vercellēsem, sic atestatam, reliquit: *litt. in Act. vit. S. Euseb. Ep. Vercellen. Cum igitur post legationem, Vincentius in illā ductus est simulationem; & reliqui per Italiam Episcopi, publica conuentione, coacti fuissent sentētijs Orientalium obedire, Deò cooperāte, frater, & Coepiscopus noster Lucifer de Sardinia superuenit. Qui cum latebras causæ interioris cognouisset, & peruenisset ad eius conscientiam, sub occasione nominis Athanasij, hæreticos hoc velle tentare: pro deuotione fidei Dei suæ, subire voluit iustum laborem; & ad comitatum Religiosi Principis pergere: vt tandem exposito ordine totius causæ, impetraret, vt omnia, quæ in medium venerunt, incætu possent Sacerdotum Dei tractari. Ideò quia scio Sanctum fidei tuæ calorem, eum eius animo concordare, prudentiam tuam peto, vt si, procurāte Deo, habuerit te præsentem, per quoscunq; potueris, solicitè excubare contendas, vt possitis vniuersa, quæ fides Ca-*

 tholica

Discutitur Sanctitas Beati Luciferi Archiepiscopi Calaritani, vt prædictis obiectis plenè respondeatur.



NTEAQVAM ad diluẽda prędicta obiecta accedamus, prius sunt examinãda fundamenta Sanctitatis Beati Luciferi, sicut, & illorum auctorum antiquorum, qui ipsam criminati sunt, vt ex eis magis cluceat imbecillitas eorũ, quæ obiecta sunt, & tãtus Ecclesiæ Lucifer, à garrulis malignãtium linguis, tueatur; quæ vt facilius, & distinctius, proponantur, opere præcium duximus, hanc defensionem in quatuor partes diuidere, in quarum prima agemus de vita, & Sanctitate Beati Luciferi, vsque ad annum 361. vel, secundum alios 362. in quo fuit celebrata Alexandrina Synodus à Sancto Eusebio Vercellẽsi, altero Ecclesię luminari, legato Sedis Apostolicæ in Oriẽte, & Beati Luciferi compatriota, cuius occasione finxerunt antiqui hęretici, Beatum Luciferum in scisma incidisse; eo quod contradixerit decreto illius Cõcilij, in quo statutum fuit, vt Episcopi in hęresim Arianam lapsi, posteà pœnitentes, in suas sedes reciperentur. In secunda parte, discutietur, quid de scismate tributo Lucifero, & authoritate antiquorum authorum, qui illud finxerunt, sentiendum sit. In tertia parte ostendemus authoritates Sanctorum Patrum, & aliorum, probãtes Beatum Luciferum à scismate fuisse immunem, & quid de eius Sãctitate in morte, & post mortem sentiendum. In quarta denique respondebitur obiectionibus factis à Turritano.



PARS

PARS PRIMA
DE SANCTITATE, VITA, ET MERITIS B. LVCIFERI CALARITANI
vſque ad tempus Synodi Alexandrinæ:

Beati Luciferi Calaritani ortus, & vita, quo vſque Romam venit ad ſuccurrendum afflictæ Eccleſiæ, perſecutione Conſtantij. *Caput I.*

1 EATVS Lucifer Archiepiſcopus Calaritanus, ſplẽdidiſſimis natalibus ortus fuit an. Domini 290 (idq; deducitur ex annis, quibus vixit, qui fuerunt 81. vt liquet ex inſcriptione marmoris in eius ſepulcro inuenti, & ex anno 371. mortis eius, vt ait Hierony. in chron.) ex Nobili, & priſca Cæſiorum familia, vt ex Fonteio, refert Bonfant, lib. 13. Triumphi Sanctorum Sardiniæ cap. 22. in Vrbe Calaris Sardiniæ Inſulæ Mediterranei maris, Italiæ, & Aphricæ vicinæ, ad meridiem ſita, vt teſtatur Primus Epiſcopus Cabilonenſis in Typographia, verbo *Calaris*, & Nicolaus German. in regiſtro alphabeti, ſuper octo libros Ptholomæi, in verbo *Calaris*, ſeu *Carados*, vbi ait: *Hic Sanctus Lucifer Illuſtris, &c. Hic Sãctus Priamus, Aemilius, & Lucianus Martyr, Hic Euſebius Vercellenſis naſcitur*. Quos cũ alijs authoribus, etiam refert, & ſequitur Bonfant, vbi ſupra.

2 Hæc autem vrbs, inter omnes Sardiniæ, Principem locum obtinet, non ſolum in politia tẽporali; quare Sanctus Athanaſius,

apologia contra Arianos, *Primariam*; Lucius Florus *lib. 2. c. 6. Vrbem Vrbiũ Sardiniæ*, & innumeri alij authores, *metropolim, & caput* eiusdem Insulæ appellarunt; sed etiam in Politia Sacra, quia Calaritanæ Ecclesiæ Præsules, ab initio nascentis Ecclesiæ, Primatis, & Metropolitani muneribus fũcti sunt; in illa etiam, inter alios egregios Antistites (vt attestatur Athanasius, & qui de rebus Sardois scripserunt) propè annum 348. vel vt alij 350. præfuit, à Sãcto Iulio PP. creatus Archiepiscopus, Beatus Lucifer, & ipse Calaritanus, qui, qualis, quantusue fuerit, qualibusque virtutũ prærogatiuis insignitus; ex his, quæ mox dicemus, perspicuum fiet.

3 Constãtius Imperator Magni Constantini filius, Arianorũ hæresim, cuius ab exordio sui principatus patrocinium susceperat, adeò excoluit, vt nihil apud eum antiquius fuerit, quam de ipsa benemereri, & lõgé, latèque in vniuersum Romanum Imperium propagare, quod dum vixit pro viribus præstitit. Huic, eiusque erroris socijs, ac sectatoribus, inuicta animi constantia, & libero ore, restiterunt, Liberius Romanæ Ecclesiæ Pontifex, Magnus Athanasius, Eusebius Vercellensis, Hilarius Pictauiensis, Lucifer Calaritanus, alijque complures Sanctæ Ecclesiæ Patres, Catholicæ fidei zelo feruentes. Cum igitur audisset Constantius præter Arianorum sententiam euenisse, vt non modo ipsi à Liberio Papa in communionem non reciperentur, sed nec ipse Athanasius, damnaretur, in furorẽ exarsit; & vt ab omnibus Episcopis, Athanasius condemnaretur (vti Sulpicius Seuerus, *hist. lib. 2. pag. 405. edit. Bonon.* ait, & Sanctus Athanasius *epist. ad solitar.* de ipso) publico mandauit edicto.

4 His ita se habentibus, Liberius Papa ex Romano ad hoc collecto Concilio, ad Imperatorem legationem mittit, quo, ipsum ab eo concepto furore, placare posset. Igitur Arelate cum esset Cõstantius *A. C. 353.* conuenerunt eum Apostolicæ Sedis legati, qui de cogendo Concilio ipsum interpellarunt. Eo enim remedio anteuertere conatus est idem Liberius Papa imminentem, non tam aduersus Athanasium, quã vniuersam Ecclesiam Catholicam, persecutionem. Sed post hæc illud lugubre accidit, vt Vincẽtius Episcopus Capuanus, Primarius Apostolicę Sedis Legatus, importunitate Arianorum, & Constãtij violentia expugnatus, tandem sic deceptus, atque coactus subscripserit Athanasij damnationi: quod præstiterunt etiam, & alij nonnulli Episcopi. Hæc amaro animo audiens Lucifer Calaritanus Episcopus, non diu differre potuit, quin statim ad Liberium

Papam

Papam Romam se conferret, vt Sacrosanctæ Dei Ecclesiæ, prudēti studio, & opera, prȩsto esset.

Luciferi Calaritani pro Sede Apostolica, ad Constantium legatio, & Liberij, de Sanctitate Luciferi præconia.
Cap. II.

1 LIBERIVS itaque Papa auditis ijs, quæ prioribus à se missis Legatis, ad Cōstantium Imperatorem cōtigissent, aliam rursus legationem ad eūdem Imperatorem, anno sequenti, mittere fæstinauit. Legatus autem ad tantum opus planè difficillimum delectus fuit, Lucifer Episcopus Calaritanus in Sardinia, qui, vt dicebam, Romā opportunè, his diebus, aduenerat: quem fide integrum, Constantia infractum, zelo pietatis æstuantem, Liberius Papa cognouerat. Huic coniuncti collegȩ, Pancratius Romanæ Ecclesiæ Præsbyter, & Hilarius eiusdem Ecclesiæ Diaconus. Missi fuerunt hi ad Constātium Imperatorē, in Gallia tunc agentem. Extant de hac legatione litterȩ, quæ datȩ sunt ab eodem Romano Pontifice, ad eumdem Imperatorem, in quarum fine Liberius Papa, quid de Lucifero Episcopo Calaritano sentiat, hisce verbis declarat. *litt. in Append. ad opusc. Luciferi Calarit. Ad exorandam igitur mansuetudinem tuam, vt beneuolo animo allegationes nostras audire digneris, fratrem, & Coepiscopum meum, Sanctū virum Luciferū, cū Pancratio compræsbytero meo, & Hilario Diacono placuit proficisci: quos credimus de clementia tua, ad pacem omnium Ecclesiarum, non difficulter posse Concilium impetrare.*

2 Eiusdē Luciferi Episcopi virtutum præstantiam, ac Sanctitatem, idem Papa Liberius in vna ex epistolis, quam scripsit ad Eusebium Episcopum Vercellēsem, sic atestatam, reliquit: *litt. in Act. vit. S. Euseb. Ep. Vercellen. Cum igitur post legationem, Vincentius in illā ductus est simulationem; & reliqui per Italiam Episcopi, publica conuentione, coacti fuissent sentētijs Orientalium obedire, Deò cooperāte, frater, & Coepiscopus noster Lucifer de Sardinia superuenit. Qui cum latebras causæ interioris cognouisset, & peruenisset ad eius conscientiam, sub occasione nominis Athanasij, hæreticos hoc velle tentare: pro deuotione fidei Dei suæ, subire voluit iustum laborem; & ad comitatum Religiosi Principis pergere: vt tandem exposito ordine totius causæ, impetraret, vt omnia, quæ in medium venerunt, incatu possent Sacerdotum Dei tractari. Ideò quia scio Sanctum fidei tuæ calorem, eum eius animo concordare, prudentiam tuam peto, vt si, procurāte Deo, habuerit te præsentem, per quoscunq; potueris, solicitè excubare contendas, vt possitis vniuersa, quæ fides Ca-*

 tholica

tholica exigit, Clementissimo Imperatori insinuare: vt, tandē aliquando, deposita animi indignatione, faciat quod, & quieti nostræ, & saluti tuæ possit in omnibus conuenire.

3 Adhuc de Luciferi Episcopi Calaritani persancta, & Catholica fide habentur, & alia non inferioris momenti testimonia; quę idem Liberius Papa protulit ad eundem Eusebium Vercellēsem Episcopum paulò post scribens; *litt. vbi. sup. Sanè quia scio, inuictū animum tuū fideliter agere, quæ Deus præcepit: commendo tibi fratrem, & Coepiscopum nostrum Luciferum, sed & carissimos filios meos, Pācratium Præsbyterum, & Hilarium Diaconum, qui pro statu Ecclesiæ, animo virili, & virtute deifica, tempore tempestiuo, aggressi sunt pugnare contra inimicos Ecclesiæ, quos Deus, spiritu oris sui destruet. Scio enim, feruentem spiritum Dei esse in te, vt simul cum ijsdem aggrediaris, vt fides, quæ ab Apostolis tradita est Ecclesiæ Catholicæ, nullo modo irrumpi possit.*

4 Et Paulo inferius: *Sciebam, Domine frater carissime, quod Spiritu Dei feruens in causa fidei, quæ nos potest Domino commendare; fratri, & Coepiscopo nostro Lucifero, & Pancratio Præsbytero nostro, qui simul erat profectus, cum filio meo Hilario Diacono, fida digneris solatia exhibere: nec te posse ijs denegare, quos sciebas, pro deuotione fidei, tanti laboris itinera suscepisse.*

Mediolanense, Pseudoconcilium; & littera Luciferi ad Sanctum Eusebium suadentis, vt interesset illi Concilio.

Cap. III.

1 POST hæc *A. C. 355.* Mediolani indicitur, ac celebratur Concilium, quod, missa, à Liberio Papa ad Constantium Imperatorē, legatione publica, fuerat expetitum. Verum quantunlibet istiusmodi Episcoporum conuentus, Ecclesiastici Concilij nomen, præfetulerit, verius tamē dicenda fuit coniuratio Ariana, & tiranica consultatio, vbi Arianis totum cōcessum, Catholicis Episcopis, denegata omnia. Isthæc anteà odorati Apostolicæ sedis legati, Lucifer Episcopus Calaritanus, atque collegæ, miro studio, ac Catholica libertate succensi, contendebant, vt Sacrosanctæ Ecclesiæ membra ab omni hæreseos labe intacta, redderentur: tum in primis, vt id obtinere possent, inter alios vocandum censuerunt S. Eusebiū Episcopum Vercellēsem, quem fortissimum esse sciebant veritatis Catholicæ defensorem: sed quia huiusmodi litteræ, adhuc extant, quæ Luciferi Episcopi Calaritani inuictam fidei constantiam, & erga Christi Ecclesiam, miram solicitudinem, ac studium singulare demonstrant, huc transferre libuit: *in Act. vit. S. Euseb. Vercel.* 1

2 Do-

2 *Domino honorificentissimo Eusebio Episcopo, Lucifer Episcopus, Pancratius Præsbyter, & Hilarius. Calcato capite diaboli, & sugestionibus prauis, Domine Sancte, gratiam tibi à Domino nostro concessam noli negligere, sed vt quanto citius, te inuadente, effugetur Arianorum dogma, iam accelerare digneris. Scit enim Dominus, & Christus eius, quia sicut in aduentu Beatissimorum Apostolorum glorificatur Dei nomen, in ruina Simonis: ita valente expulso, in aduentu tuo, dissoluta blasfemantium Arianorum machina, pænitus destruetur. Nos Domine Sanctissime, à prima die, qua Vercellas venimus, religionem tuam, vsque in hodiernum cupimus: & Dominum rogamus, vt in hac Ecclesia restaurationem perpetuam laudent Sancti omnes, tuamque spiritualem virtutem, debita laude prosequantur. Quod credimus prouenturum, quia passionem Saluatoris superari non posse, confidimus: Christus Dominus te gloriosum conseruet, Sanctissime, ac Beatissime.* Hactenus Lucifer.

3 Eusebius igitur Episcopus Vercellensis, cum Mediolanensi Cõcilio primum interesse, ne Arianorum fraudibus circunueniretur, detrectaret; venire tamen postea, vt rebus Ecclesiæ, consuleret, coactus est; Attestatur Hilarius Episcopus Pictauiensis; in vno ex libellis, quos scripsit ad Constantium Imperatorem, Luciferum Sardiniæ Episcopum, vna cum Romanis Clericis (ita appellat Pancratium, & Hilariũ, eiusdem Luciferi, in legatione collegas) necnon ipsum Eusebiũ Vercellensem, ac Dionysiũ Mediolanensem, eidem Cõcilio, interfuisse; sed & hæc ita se habere colligitur, ex eodem S. Hilario, cum de Eusebio Vercellensi mẽtionem faciens, sic ait. *lib. ad Constantiũ Imper. Eusebius Vercellensis Episcopus vir est omni vita Deo seruiens: Iste post Arelatensem Synodum (cum Paulinus Episcopus, tantis istorum sceleribus contraisset) venire Mediolanum præcipitur; collecta illic malignantium sinagoga; decem diebus ad Ecclesiam vetitus est accedere, tum aduersus tam Sanctum virum, malitia se peruersa, consumit. Soporatis deinde concilijs omnibus, vbi libitum est, aduocatur, adest vna cum Romanis Clericis, & Lucifero Sardiniæ Episcopo. Conuentus, vt in Athanasium subscriberet, ait de Sacerdotali fide, prius oportere constare, compertos sibi quosdam ex ijs, qui adessent, hæretica labe pollutos. Expositam fidem apud Nicæam posuit in medio, spondens omnia, quæ postularent, esse facturum, si pro fidei professione scripsissent.* Hæc nõ modo de Eusebio Vercellensi, Hilarium Pictauiensem affirmasse, fatendum est: sed etiam de Lucifero Calaritano, alijsq, duobus Sedis Apostolicæ legatis, cui, quia non assenserunt; ab Imperatore sunt exulati.

Luciferi Calaritani, & aliorum Episcoporum exilium, ob fidei defensionē, ex Athanasij, & Hieronymi, & aliorum attestatione.

Cap. IV.

1 LVCIFERI Calaritani, propter fidē Catholicam, exilium testatus est Athanasius, *epistola ad solitarios*, vbi sic ait. *Siquidem* (Constantius Imperator) *Iam denuò in locum Ecclesiastica cognitionis, suum Palatium Tribunal earum causarum constituit: seq. earum litium summum Principem, & auctorem, facit. Et quod mireris, si quando viderit criminatores hærere, & perplexos esse, ipse eorum vices subijt, vt nihil, ob eius vim contradicere liceat falso accusatis. Quod apertè, in causa Athanasij ostendit. Ibi enim cognita Paulini, Luciferi, Eusebij, Dionysij Episcoporum libertate, docentium, ex pœnitentia vrsatij, & valentis, qua ipsi, sua pœnitentia reuocauerant, è vestigio assurgens, ita locutus est: ego sum Athanasij accusator: meo nomine illis credite. Hic illis vicissim respōdentibus; quonam modo accusator esse possis, non præsente reo? esto, vt accusator sis, absentia tamen rei facit, vt in causa iudicari non liceat. Non enim de re Romana iudicium est, quo tibi, vt Imperatori, fides adhibeatur; sed de Episcopo agitur; & oportet, in hoc iuditio pari iure cum reo, & accusatore agi. Quomodo autem accusabis eum, qui, ob longinquitatem loci, adesse non potuit? quod, si qua obijcis, ex auditu habes; æquum est, vt ijs, quæ pro se dicit Athanasius, fidem quoq; habeas. Quod si illi non credis, credideris autē istis: videbuntur isti, ea, quæ dicunt, propter te, & in gratiam tuam dicere, & Athanasium accusare. Hæc cū audisset, & recte dicta, pro contumelia accepisset; illos quidem in exilium, eiecit; concitatior autē, in Athanasium factus, atrocius in eum edictum promulgat: nimirum, & eum debere suas pœnas luere, & Ecclesias Arianis tradi, ijsque se liberum facere, vt agant, quod velint.* Hęc Sanctus Athanasius.

2 At, cum in alios omnes Arianis resistentes, Constantij Imperatoris furor exarserit, in Luciferum Calaritanum Apostolicę Sedis legatum, præcipue conuersa est eius indignatio, de quo hæc habet Sanctus Hieronymus, *de script. Eccles. in Lucifer. Lucifer Calaritanus Episcopus, cum Pancratio, & Hilario, Romanæ Ecclesiæ Clericis, ad Constantium Imp. à Liberio Episcopo, pro fide legatus missus, cum nollet sub nomine Athanasij, Nicænā damnare fidem, Palæstinam relegatus, mira constantia, & præparati animi ad martyrium, cōtra Cōstantium Imp. scripsit librum, eique legendum misit.* Hæc ait Hieronymus, quod tanti momenti existimaretur Athanasij causa, vt qui in eum subscriberent, in Nicænā pariter fidem, ferre calculum viderén-

derentur; quo circa de Lucifero quoq; nunc scribit, quod noluisset, sub nomine Athanasij, Nicænam fidem damnare, cum, prætextu Athanasij, aduersus Nicænæ fidei decreta, Ariani bellum inferrent.

3 Alibi quoque, idem Sanctus Hieronymus de eiusd. ē Luciferi, & aliorum Sāctorum Coepiscoporum exilio, sic testatus est, *in Chron. ad Euseb. Cæsarien. Eusebius Vercellensis Episcopus, & Lucifer, ac Dionysius, Calaritanæ, & Mediolanensis Ecclesiæ Episcopi: Pancratius quoque Romanus Præsbyter, & Hilarius Diaconus, distantibus inter se, ab Arianis, & Constantio, damnantur exilijs.* Hactenus Hieronymus.

4 Ruffinus etiam, dum de exilio eorundem, agit, ipsius Luciferi pietatem, ac in detengendis hæreticorū fraudibus, vigilantiam, his verbis ostendit. *hist. lib. 1. cap. 19. Ob hoc, apud Mediolanum Episcopum Concilium conuocatur, plures decepti, Dionysius vero Eusebius, Paulinus, Rhodanius, & Lucifer, dolum in negotio esse proclamantes, asserentesq; quod subscriptio in Athanasium, non ob aliam causam, quam destruendæ fidei, moliretur, in exiliū trusi sunt. His, & Hilarius iungitur, cæteris vel ignorantibus, vel nō credentibus fraudem.* Huc vsque Ruffinus.

5 Sulpitius Seuerus, Bituricensis Episcopus, hos Apostolicos Christi Athletas, vult in exilium pulsos, Arbetione, & Lolliano Coss. sunt eius verba, *hist. lib 2. pag. 407. Tum Eusebius Vercellēsium, Lucifer Caranalis Sardiniæ. Episcopi relegati.* & infra *pag. 409. Sed Arianis optimū visum, est præstātissimos viros, à certamine submouere. Ita pulsis in exilium, quos supra memorauimus, abhinc annos quinque, & quadraginta, Arbetione, & Lolliano Consulibus.* Ita Sulpitius Seuerus. His porrò Coss. conuentus Mediolanensis, est actus, quibus in factis Onufrij, ac; vt ex alijs multis colligitur, respondet *A.C. 355.* & Constantij Imp. 19.

6 Quis autem fuerit, tunc temporis, Ecclesiæ status, tum ex aliorum, tum ex Ruffini præsertim descriptione, luce clarius innotescit. Is igitur sic ait *lib. 1. cap. 20. Ea tempestate facies Ecclesiæ fæda, & admodum turpis erat; non enim sicut prius, ab externis, sed à proprijs, vastabatur. Fugabat alius, alius fugabatur, & vterque de Ecclesia erat. Ara nusquam, nec immolatio, nec libamina, præuaricatio tamen, & lapsus erat, ac ruina multorum. Similis pœna, sed impar victoria: similiter cruciabantur, sed non similiter glorificabantur, quia dolebat Ecclesia, etiam illius casum, qui impellebat ad lapsum.* Ex his Ruffini verbis, iure optimo, affirmare possumus, egregiā Luciferi virtutem, & in propugnanda Catholica fide, constantiam, velut cla-

clarissimum sidus, inter funestas Ecclesiæ procellas, enituisse.

De Luciferi, & sociorum constantia, & exilio. Cap. V.

1 PRÆTEREA de Luciferi Calaritani, & Coepiscoporum, Sanctitatis titulis, & exilio, quam insigne proferat testimonium, Magnũ Athanasium, audiamus *epist. ad solitar. Sed cum se arbitrantur, plurimis insidiari, non animaduertunt, se plurimos facere confessores: ex quorum numero clarissimæ sunt confessionis, viri religiosi, & Episcopi boni, Paulinus Episcopus Treuerorum, quæ Galliarum Metropolis est* (hic enim ex consiliabulo Arelatensi anno superiore exulauerat) *Lucifer Metropolitanus Episcopus Sardiniæ, Eusebius Vercellensis Ciuitatis Italiæ, Dionysius Mediolani, quod; & ipsum est Italiæ Metropolis*. Hoc est, Insubriæ Italiæ Prouintiæ, & Paulo post: *Hic igitur ad se vocatis Episcopis iussit Imperator, vt cõtra Athanasium subscriberent, & cum hæreticis communionem inirent. Quibus admirantibus, nouum eius studium, dicentibusque id non esse Ecclesiastici Canonis, statim subiecit. Quod ego volo, pro Canone sit, ita enim me loquentem, Syriæ Episcopi substinent; aut igitur obtemperate, aut vos quoque exules estote. Id cum audissent Episcopi, magnoperè admirantes, & ad Deum manus tendentes, multa cũ libertate illi suas rationes proposuerũt; dicentes, Regnum non ipsius esse, sed Dei, à quo acceperat; eumque metuendum, ne illud, quod dederat, de repente adimeret. Denunciabant illi diem iuditij, suadebantque, ne Ecclesiastica corrumperet, neue Romanum Imperium, Ecclesiasticis constitutionibus, immisceret, neue Arianam hæresim, introduceret in Ecclesiam Dei. Verum nec ille audijt, nec eos plura dicere, permisit: Quin ob hoc, ipsum acriter minabundus, & gladium intentans, quosquam ex eis adduci iussit sententiã suã, quã ante professus erat, vti Pharao reuocans. Execusso igitur Sancti puluere, & oculis in Deũ coniectis, nec Cæsaris minas verebãtur, neque obstrictos enses, veritatem prodiderunt, & exilium, veluti ministerium sui officij acceptarunt; pergentes de loco in locum, & de Ciuitate in Ciuitatem: & nihilominus, quamquam in vinculis essent, euangelizabant, piam quidem fidem prædicantes, Arianam autem hæresim, anathemate, damnantes, & pænitentiam Vrsatij, & Valentis, multa infamia, traducentes: resque illa, insidiatoribus planè in cõtrarium abijt; quanto enim, longioris interualli, exilium erat, tanto magis odium aduersus insidiatores accumulabatur; iterque Sanctorum, non nisi prædicatio erat, contra Arianam hæresim; Quis enim eos in itinere conspectos, non vt Confessores admiratus est? & istos; non vt impios, cũ abominatione, vel potius carnifices, & homicidas auersatus*

satus est? & quiduis potius, quã Christianos nominauit? meliusque à principio fuisset prorsus non attigisset Constantius hanc hæresim; aut vbi attigerat, non tantoperè indulgere impietati, aut si ijs indulgere vellet, hic saltem vestigium sistere. Hæc Athanasius.

Liberij Papæ, ad Luciferum, & alios Episcopos exules, epistola laudatoria. Cap. VI.

1 INTERIM Liberius Papa, cũ, quæ in SS. Dei Episcopos, ac Sacerdotes, gesta fuissent, accepisset, Lucifero Calaritano, & alijs iã, in exilio constitutis, hanc dedit epistolam, quæ extat *in miss. Vatic. & act. S. Euseb. Vercellen.*

2 *Quamuis, sub imagine pacis humani generis inimicus, vehementer in membra Ecclesiæ videbatur esse grassatus, vos tamen, acceptissimi in Domino Sacerdotes, egregia, & singularis fides, & hic probabiles Deo ostendit, & etiam ad futuram gloriam, martyres designauit. Quo itaque præconio laudis, qua vocis exaltatione, merita virtutis vestræ proferam, positus inter mærorem absentiæ vestræ, & gaudium gloriæ? Prorsus inuenire non possum: nisi quod scio, hinc me probabiliora vobis solatia exhibere, si credatis me vobiscum, in exilium esse detrusum. Denique, me in ipsa nunc expectatione pendentem, quia consortio vestro, dura necessitas interim distrahit, satis cõtristor. Optarem enim, fratres carissimi, prior pro omnibus vobis impendi, vt exempla gloriæ per me, magis vestra dilectio, cõsequeretur. Sed fuit hæc palma meritorum vestrorum, vt priores de perseuerãtia fidei, ad confessionis illustrem gloriam veniretis. Quæso igitur dilectionem vestram, vt me præsentem vobiscum esse credatis: vt intelligatis dolere satis, quod sim interim à vestro consortio separatus. Quantã denique fueritis gloriam cõsecuti, hinc magis scire potestis; quod, qui in persecutione coronati sunt, solius persecutionis cruẽtos gladios, sentire potuerũt, cõtra vos deuoti per omnia Dei milites, etiã falsos fratres inimicos experti victoriã de perfidis pertulistis: quorum, quantò violentia in sæculo crescere potuit, tantò, Sanctis Sacerdotibus, præmia laudis inueniũtur conferre. Estote itaque de promissione cœlesti securi. Et quia proximiores estis Deo affecti, orationibus, me vestrum cõsacerdotem, famulum Dei, ad Dominum sublcuate; vt superuenientes impetus, qui, de die in diem, cum annunciantur, grauiora vulnera infligunt, tollerabiliter ferre possimus: vt inuiolata fide, saluo statu Ecclesiæ Catholicæ, præmia nobis, Dominus dignetur afferre. Et quia cupio, quæ gesta sunt, in ipsa congregatione fidelius scire: obsecro Sanctitatem vestram, vt vniuersa, litteris intimare dignemini; vt additamẽtum maius, vel ipse animus, qui diuersis morbis, vel vires corporis ipsius, quæ iã extenuatæ sunt, de vestra exhortatione*

possint sentire. Et alia manu: *Deus vos incolumes custodiat.*

3 Hactenus Liberij Papæ Epistola ad Luciferũ Calaritanum, & ad alios exules Episcopos: & quidem (ait *Annal. tom. 3. ad A.C. 355. pag. 616. edit. Rom.* Cardinalis Baronius) ad confessores omnes Encyclica, pluribus exemplaribus, diuersis in locis, exulantes, conscripta. Nam apud acta Eusebij Vercellensis, ad Eusebium ipsum, tantum habetur inscripta: in codice autem Vaticano, tum ad ipsum, tum ad reliquos Episcopos exules, Dionysium, Luciferum, & alios omnes, data legitur. Ita Baronius. Excepere inde hæc superius dicta, & in historias retulere *Ruffinus lib. 1. cap. 20. Socrates lib. 2. cap. 29. Theodoretus lib. 15. Sozomenus lib. 4. cap. 8. Nicephorus lib. 9. cap. 33.* alijque nonnulli, rerum Ecclesiasticarũ scriptores: sed in quibus insit aliquid, quod corrigatur, de quo paulò inferius dicemus.

Inuicta Luciferi constantia, & quæ, in exilio contra Constantij impietatem scripsit. Cap. VII.

1 AT, qui Athanasij tuendæ innocentiæ causa (Baronij Card. *Annal. tom. 3. ad A.C. 356. pag. 642.* sunt verba) Episcopi iã anteà proscripti fuerant, qui, inquam, ne in illum, latæ ab Arianis sententiæ, subscriberent, in exilium ex Mediolanensi conciliabulo, in diuersa loca, fuerant deportati; quantumlibet inter hostes, tamen non desiere eiusdem Athanasij innocentiã prædicare: atque, cum liceret, etiam litteris cõtestari: quod inter primos egregiè pręstitit Lucifer Episcopus Calaritanus.

2 Hic enim, cũ exul ageret, pro Athanasio, in primis aduersus Cõstantium, duos libros cõscripsit, tertium contra eundem de non communicando cum hæreticis; rursus alterum de Regibus apostatis. Erat enim illud frequens in ore impij Imperatoris (quod testatur *de Reg. Apostat. in princ.* idem Lucifer Calaritanus) atque gloriosé iactabat: probatam, diuino calculo, suam fidem, cum sibi, secundum Arium, credenti, tot, tantaque Deus præstitisset, & ea maioribus in dies accessionibus, cumularet; cuius blasphemię causa, posteà permotus est ipse Lucifer, vt librum ad eum scriberet, *de Regibus Apostatis:* quorũ exemplis, omnẽ illam ipsius inanem, de probatione verę fidei, ex fœlicitate præsentis vitæ, iactantiam reprimit, atque falsum inde argumentum deductum pœnitus confutat; ostendens nimirum sæpè accidisse, vt impij, ac scelestissimi Principes, & Deo, in omnibus aduersarij, ab ipso nihilominus fuerint diutius tolerati; imò, & rebus prosperis, atque fœlici-

licibus sæpius munerati. In quibus libris, sicut, & in alijs mirum est, qua animi fortitudine, ardēti Eliæ zelo, & Apostolica libertate ad Cōstantium scripserit: siquidem eum vocat Serpentem, Belluam, & immanissimam feram, latronem, sacrilegum, carnificē, homicidam, idololatram, Templum Dæmonū, religionis euersorem, hæreticum, Apostatam, Antichristi præcursorem, atque adeò ipsum Antichristū. Et plura alia, quæ in prædictis opusculis passim occurrunt. Hos autem libros, Lucifer nequaquam apud se retinuit edendos post mortèm Imperatoris, quem vehementer ijsdem exagitasset: sed certo homini dedit, qui eos ipsi deferret Imperatori. Accepit illos Constantius, & cum videret se, ex eis grauiter contumelijs perstringi, Florentio Magistro officiorum illos dedit, ad Luciferum perferēdos; quod si reuera ab ipso fuissent scripti, cognosceret. Florentius igitur ijs acceptis, atque ad eum missis, hasce illis litteras, alligauit, quæ habentur *in append. ad opusc. Lucif. Calarit.*

3 *Domino benignissimo Lucifero, Florentius. Nomine tuo codicem, quidam, domino, & Augusto nostro obtulit; hunc ad Sanctitatem tuam perferri mandauit, & cognoscere desiderat, si idem codex à te destinatus sit: Id ergo quod in fide veri est, perscribere debebis, & codicē remittere, vt possit Æternitati eius denuò offerri.* His acceptis Lucifer à Florētio litteris, magna animi constantia, ad eundem rescripsit, vbi supra.

4 *Florentio magistro officiorum, Lucifer Episcopus. Codicis perlatorem, quem memorat honorificētia tua, nomine meo, adijsse Imperatorē, à mea fuisse destinatum mediocritate, ipsum quoque codicem, vt es admonere dignatus, solicitè inspectum, atque Bonoso, in rebus agenti, perferēdum traditum; his informanda fuit religiosa prudentia tua, fili carissime. Iam tuæ erit generositatis, agnitum à me, sine vlla cunctatione defendere: nos etenim, propitio Deo, contra ea quæ in nostram parantur necem, stare lætos, cum causas, cur, tali scripserim modo, discutere cæperit, inueniet.* Hæc Lucifer Calaritanus.

5 Cæterum aduersus repræhensorem suum, excanduisse Constātium, illis lectis libris, ipse Lucifer eo cōmētario, quem posteà, in eundem iterato conscripsit, *de non parcendo in Deum delinquentibus*, demonstrat ipsius exordio, cum ait: *Superatum te, Imperator, à Dei seruis, ex omni, cum conspexisses, parte, dixisti, passum te, ac pati, contra monita scripturarum, cōtumelia: dicis, nos insolentes extitisse circa te, quem honorari decuerit. Si quisquam Dei cultorū pepercit apostatis, sint vera, quæ dicis de nobis, &c.* Porrò grauioribus eū, illo libro, exagitat inuectiuis.

6 Hęc quidem sunt, & alia plura

his similia, quæ Lucifer Episcopus Calaritanus, Apostolicę Sedis legatus, Apostolico pectore, in Constantium Imp. ab exilio tela coniecit. Sed quod idem Lucifer, omnibus suis scriptis ageret Athanasij causã, cuius studio, exilium prætulerit, gratiæ Imperatoris: istud, inquam, cum perlatum esset ad eundem Athanasiũ in eremo latitantem, non parum gauisus est, ac ad ipsum Luciferũ mittens Diaconum suum Eutichetem, hanc epistolam dedit, *litt. vbi sup.*

Epistola Athanasij ad Luciferum, in qua eius Sanctitas, & virtus celebratur. Cap. VIII.

1 DOMINO *dilectissimo fratri Lucifero Episcopo, & Cõfessori, Athanasius in Domino salutẽ.*

2 *Deo fauente, corpore valentes, misimus etiam nunc carissimum nostrũ Eutichetem Diaconũ, vt, tua quoque Religiosa Sanctitas, quod est nobis optandum, & desiderabile, de tua incolumitate, tuorumq́ omnium, certiores nos efficere, dignetur. vobis nãq́ confessoribus, ac seruis Dei viuentibus, credimus statum Ecclesiæ Catholicæ renouari: & quod hæretici conscindere tentauerunt, hoc Dominum nostrum Iesum Christum, per vos ad integrum restituere. Quamquam enim persecutores Antichristi, per potentiam huius mũdi, omnia egerint, vt extinguerẽt lucernam veritatis; tamen diuinitas, per vestram confessionem, clariorem lucem eius ostendet; vt neminem latere possit, eorum fallacia. Ante hac vel simulare poterant; nunc Antichristi nominantur. Quis enim non execretur, qui eorum communionem, tanquam maculam, ac virus anguis, non fugiat? omnis vbique Ecclesia luget, omnis Ciuitas gemit, senes Episcopi in exilio laborant, & hæretici dissimulant; qui dũ negant Christum, publicanos se effecerunt, sedentes in Ecclesijs, & exigentes vectigalia. O nouum genus hominum, & persecutionis, quod adinuenit Diabolus, vt ipsis ministris ad malè faciendum, & hi tanta crudelitate vterentur: sed, & si hæc tanta agant, & superbias, & blasphemias extenderunt; confessio tamen, & religio, & sapientia vestra, non modicum, sed maximum solatium, & magna cõsolatio est fraternitati. Peruenit enim ad nos, scripsisse Sanctitatem tuam Augusto Constantio: & magis, magisque miramur, quia in medio, tanquã scorpionum habitans, animi tamẽ libertate vteris, vt vel monendo, vel docẽdo, vel emendando, errantes ad lumen veritatis adducas. Rogo igitur, rogant mecum, etiam omnes confessores, vt digneris nobis exemplum destinare, vt non tantum auditu, sed etiam ex litteris perspicere possint omnes, animæ tuæ virtutem, fidciá fiduciã, & libertatem. Salutant Sãctitatem tuam, qui mecum sunt. Saluto omnes, qui tecum sunt. Diuinitas te incolumem, vegetum,*

tum, memoremq́ nostri semper tueatur Domine dilectissime, & verè homo Dei. Hucusque Athanasius.

Lucifer Calaritanus mittit sua scripta ad Athanasium, à quo per aliam epistolam, miris encomijs, celebratur. Cap. IX.

1 HIS Lucifer acceptis litteris, exēplar omniū scriptionum, quas ad Constantium dederat, libenter impertitus est: quas, cum Athanasius, magna animi admiratione, atque lætitia perlegisset; alias ad eundem litteras misit, quibus, & quo statu res suæ essent, reddidit certiorem, nēpè de grassatione facta in Sanctos Monachos, in odium Athanasij, quasi ipsum recepissent, & occultassent: deque fuga iterum ab ipso captata, & in occultioribus latebris, quæsito perfugio. *Hic eam describemus integram, nefas putantes* (Card. Baronij *annal. tom. 3. ad A. C. 356. pag. 645.* hæc sunt verba) *vel apicem vnum prætermisse tanti confessoris, ad confessorem talem scribentis, eo præsertim tempore, quo arctioribus angustijs premeretur.*

2 *Domino* (Athan. litt. in append. ad Lucif. Calar.) *Gloriosissimo, ac merito desideratissimo Coepiscopo Lucifero, Athanasius in Domino salutē.*

3 *Et si credo peruenisse etiā ad Sanctitatem tuam, de persecutione, quam etiam, nunc aduersus fraternitatem, facere conati sunt inimici Christi, quærentes sanguinem nostrum; possunt tamē carissimi nostri referre quoque religioni tuæ. In tantum enim, rabiem, per milites, extendere ausi sunt, vt non solum Ciuitatis Clericos effugarent, sed etiam ad Eremitas exirent, & funestas suas manus aduersus μονάζοντας immitterent. Inde factum est, vt etiam ego, me longius abducerem; ne etiam, qui nos susceperunt, negotium ab eisdem paterētur. Cui enim parcerent Ariani, qui nec animis suis pepercerunt? Quando autem possunt recedere à suis nefandis actibus, dum permanent, negando Dominum Christum vnicum filium Dei? Hæc est radix eorum prauitatis, hoc suo arenoso fundamento, ædificāt, peruersas suas vias, sicut scriptum inuenimus in tertio decimo Psalmo: dixit insipiens in corde suo, non est Deus; & mox sequitur: corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in operibus suis. Vnde Iudæi negantes filium Dei, digni fuerunt audire,* Esa. 1. *Væh genti peccatrici, populo pleno delictis, semini maligno, filijs sine lege. Vnde sine lege? quippe quia dereliquisti dominū. Inde Beatissimus Paulus, cum cæpisset, non tantum credere filium Dei, verum etiam prædicare deitatē ipsius, scribebat* 1. Cor. 4. *In nullo mihi mali conscius sum. Ita iuxta vestram confessionem, etiā nos optamus, tenentes Apostolicam traditionem, viuere, iuxta diuina legis mādata; vt possimus vobiscū inueniri in choro illo, in quo nūc exultāt Patriarchæ, Apostoli, & Martyres.*

4 *Li-*

4 *Licet igitur Ariana insania, cum extranea potentia, ita se mouebat, vt non liceret, nec fratres, nec (quantum illi sæuiebant) liberè aerem videre: tamen, iuxta orationes tuas, Deo fauente, & si cum labore, & periculo videre potui fratrem, qui solet, tàm necessaria, quàm epistolas, tàm Sanctitatis tuæ, quàm aliorum, destinare. Accepimus itaque epistolas, & libros religiosissimæ animæ tuæ, in quibus perspeximus imaginē Apostolicam, fiduciam propheticam, magisterium veritatis, doctrinam veræ fidei, viā Cælestem, martyrij gloriam, triumphos aduersus hæresim Arianā, traditionem integram Patrum nostrorum, regulam rectam Ecclesiastici Ordinis. O verè Lucifer, qui iuxta nomen, lumen veritatis ferens, posuisti super candelabrum, vt luceat omnibus. Quis enim, exceptis Arianis, nō peruidet, ex tua doctrina, veram quidem fidem, maculam autē Arianorum valde, & admirabiliter? vt est lumen à tenebris, ita separasti veritatem, à calliditate, & ab hypocrisi hæreticorum defendisti Catholicam Ecclesiam; probasti nihil esse, sed tantum phātasiam, Arianorum verba; docuisti callidos esse frendores diabolicos. Quam bona, & iucunda hortamenta tua ad martyrium? quam desideratissimum ostendisti, moriendum esse pro Christo filio Dei? quam futuri sæculi, & vitæ cælestis amorem manifestasti? videris, esse verū Templum Saluatoris: qui in te habitans, hæc ipse per te, loquitur, ipse, qui tantā gratiā præbuit sermonibus tuis: quippe, qui ante erās apud omnes amabilis; nunc autem tantus est amor affectionis tuæ in animis omnium collocatus, vt Heliam te, nostris temporibus, nominent, Et non mirum; si enim, qui Deo placere videntur, filij Dei nominantur; tanto magis participes Prophetarum, cōfeßores, & maximè te appellare dignum est.*

5 *Crede mihi, Lucifer, non tu solus hæc locutus es, sed Spiritus sanctus tecum. Vnde hæc tanta memoria scripturarū? vnde sensus, & intellectus earumdem integer? Vnde talis ordo sermonis compositus? Vnde tanta hortamenta ad viam cælestem. Vnde fiducia contra diabolum, & probationes aduersus hæreticos, nisi Spiritus sanctus collocatus esset in te? Gaude igitur in eo te esse, iam peruidens, in quo etiam prædecessores tui, nunc sunt martyres; hoc est, in choro Angelorū. Gaudemus etiam nos habentes, & exemplum virtutis, & patientiæ, & libertatis. Nam de his, quæ scripsisti de nomine meo, erubesco aliquid proferre, ne videar adulator: sed scio, & credo, ipsum dominum, qui Sancto, & religioso animo tuo reuelauit omnem notitiam, redditurum tibi etiā, pro hoc labore, præmiū in Regno Cælorum. Quia ergo talis es, precatorem te esse pro nobis, per orationem, dominum petimus, vt iam inspicere dignetur (vt est misericors) Ecclesiam Catholicam, & eripiat omnes famulos suos de manibus persecutorum: quo etiam hi omnes, qui propter metum tem-*

temporalem exciderunt, leuare se tãdem possint, & reuerti ad viã iustitiæ, à qua seducti vagantur, nescientes, in qua fouea sint miseri. Specialiter autem ego peto; si aliquid minus à me dictum est, ignoscere digneris, à tanto enim fonte, quod potuit imperitia, ea vix haurire valuit.

6 *De fratribus autem nostris, sin minus potui videre eosdem; iterum ignoscas, peto; est enim ipsa veritas testis, optasse me, & desideraße hoc impetrare, & tantum habuisse dolorem, quod non potui. Nam nec lachrymæ cessauerunt ab oculis, nec gemitus ab animo; quia nec fratres permittimur videre. Testis est autem Dominus, quia nec parentes, quos habeo, potui videre, ex quo persequũtur nos. Quid enim nõ faciunt Ariani? itinera obseruant: curas agunt de proficiscentibus, & exeuntibus de Ciuitate, naues quærũt, heremos circuunt, domos perturbant, concutiunt fratres, singulis negotijs concinnant. Sed Deo gratias. Dum hæc agũt, tanto magis, & plus execrantur ab omnibus, & cognoscuntur verè (vt dicit Sanctitas tua) mancipia esse Antichristi: & ipsi miseri, dum odio habentur, durant in malignitate sua: donec morte cũ suo Pharaone, & ipsi damnentur. Salutant religionem tuã, qui mecum sunt. Dignare salutare qui tecum sunt. Diuina Dei gratia incolumem te, memorem nostri, semper Beatum conseruet, meritò homo Dei: famule Christi, particeps Apostolorum, solatium fraternitatis, magister veritatis, & in omnibus desideratissime.* Hactenus Athanasius ad Luciferum.

7 Acceptos autem ab eo scriptos libros, idem Athanasius in græcũ sermonem conuertit, quo orientalibus omnibus, ijdem communiores essent: testatur id quidem Marcellinus Præsbyter *lib. ms. in Bibliot. vat. in libello ad Theodosium Imp. de schismate Vrsicini.*

Constantij fraudem in conciliabulo Sirmiensi, detegit Lucifer, cuius minas parui pendens, scripsit librum, quod moriendum sit pro filio Dei. Cap. X.

1 SEQVENTI *annò Christi 357.* Sirmy, dum Constantius Imp. ageret, cogẽdum curauit, Concilium Sirmiense, dicendum potius conuenticulum Sathanæ: in quo Ariani; cum iam, se hæreticos dici non amplius paterentur, affectantes (quod ait S. Epiphanius *hæres. 31.*) Catholicum nomẽ, itidem, quod Catholicorum partium esset, explere in omnibus student: atque ob eam causam bellum suscipiunt aduersus hæreticos, qui de filio Dei humiliter, & abiectè nimis sentirẽt; ac propterea Anciræ in Galatia, aduersus Ætium decreuerunt, Concilium Anciranium, & aduersus Photinũ Episcopum Sirmiensem, pariter negantem diuinam, in filio cum patre, substãstantiam, & omnimodam, cum eo similitudinem; Synodum indicen-

dicentes, contra hæreticos diuinitatis filij Dei hostes, sese rectæ fidei vindices, præsetulerunt. Cõstantius igitur, quantumlibet Photino non esset impietate secundus, tamen, quo, se ipsum, Catholicumque, & hæreticis aduersarium ostentaret, Photinum adduxit in medium, & contra eum Episcopos Arianos, licet reuera haud multum inter se differrent. Nam cum ijdem diceret Filium, creaturam, hac ex parte, æqué ac Photinus, filio diuinitatẽ amputabant, licet iste alia ratione.

2 Huiusmodi laruã Arianorum, atque Constantij, detexit Lucifer Episcopus Calaritanus, dum aduersus eum hæc ait, *lib. de non parcendo in Deum delinquent. pag. 264. edit Paris. Interea oro te, respondeas, quid sit inter te, & conscotinum tuum, quem, verso ordine, Sirmienses vocant Photinum? quid intersit, quid distet, rogaris distinguas. Ecce si tunc dixerunt ad Apostolos, Principes, & Põtifex, & omne Concilium Iudæorum* Act. 5. *vultis introducere super nos sanguinem hominis illius; etiam Photinus, hominem tantum profitetur Dei filium. Dicit illum non fuisse, ante Mariam; tua quoque hæc est professio. Quod enim ante omnia quidem, hoc est ante cælos, terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, Dei sit filius, sed quod constiterit, ex nihilo, sed quod creatura sit, quid interesse arbitraris inter te, & Paulum Samosatenum, vel eũ, tum eius discipulum tuum conscotinum; nisi quia tu, ante omnia dicas; ille verò post omnia? ceterum vna vobis crudelitatis, atq; credulitatis mens est, vt diceretis, non habere Deum verum filium, &c.*

3 Rursum verò, idẽ ipse Lucifer Episcopus Calaritanus, quod autumaret Constantium; atque ministros eius, in necem suam conspiraturos, alium addidit cõmentarium, cuius est titulus, & argumentum: *Moriendum pro filio Dei*. Sed hos scriptos esse constat *A.C. 359.* vel potius 360. post Conciliabolum Sirmiense, scilicet, & Constantinopolitanum, in quo Eudoxius Episcopus Antiochenus; cuius mentionem habet, suffectus est in locum Macedonij Constantinopolitani. Videas hominem, maiore semper animi libertate, atque Apostolica cõstantia, insurgere in Constantium; quod ex hac vna, vel altera eiusdem libelli scripta sententia (vt innumeras alias prętereamus) datur inspicere, cum ipsum Imperatorem hisce verbis compellat, *lib. Moriendũ pro filio Dei pag. 367. Mactasti quãplurimos in Alexandria, laniasti certos toto in orbe, disperdidisti resistentes tibi, varijs in locis: sed hi omnes (quod tu audire minimè vis) martyres sunt: illos omnes beatissimos, tuo mactatos gladio, in Paradiso esse, quidem credimus. Crede mihi, quod à te statuerimus interfici: quia, & melius esse viderimus,*

mus,

mus, in omnia æua Deũ habere amatorem, quam te, cum Iuda Scarioth. Iudæorum imitatore, puniri. Hinc, est deniq; Constanti, quod frendores colubri, per te illatos non timentes, subire parati sumus omne exitiũ; numquam nos, consiliorum nostrorum, pœnitere potest, si per te mactati, qui adhuc tuis crudelibus, restitisse videmur, manibus fuerimus. Mors etenim, quam nobis tu minitaris inferre, omnibus est parata. Tantam verò Beatitudinem, quantam Sancti sunt martyres adepti, nemo, vt videmus, est consequutus; nisi hi, qui mortem, propter vnicum Dei filium moriẽdo, vicerunt. Dicatos Deo homines torques, interficis, exterminas: & cur hæc geras, causas odiorũ reddere non vales; quia tu erras, etiã nobis irasceris, cur veram teneamus viam: & cum, nostra salubri admonitione corrigere te possis; errores tuos insuper crudelibus factis, coaceruas: dicatas Deo mentes, euisceratis corporibus extorques eorum, qui statuerimus Deo fidem, vsque ad extrema vitæ seruare curricula. Perspicis, ita hæc esse, & quidem non sine maximo dolore tuo, cum non valere te aduertis, nos ab hac, quæ sola est, religione deflectere, ab isto cursu, in quo ad brauium rursum vocationis tendimus, retrahere; nõ cum, te, ex aperto facis inimicum, non, cum te simulas amicum. Videris etenim, quod sit in te, qui decepit Euã, non cũ, verbum tuum, per quod serpis vt cancer, falsò fucato scientiæ tumore, componis astruẽdo te omnibus flagitijs tuis, maculato edicto tuo rescissore, messe omnium errorum: cum sis ipse, totius erroris, fons, affirmas te luminis portitorẽ, cum sis tenebris obsessus omnibus. Nullis ergo modis posse nos à via veritatis deflecti, licet intellectu omni careas: tamen ex parte contemni te inspiciens, potes tandem videre, Constanti, Imperator immanissime: Hoc enim fidei propriũ esse negotium, nouimus Christiani: nec prosperis, nec aduersis de gradu demoueri, non à proposito semel, vigore deduci. Cernimus, vna hac voce religiosa: Christianus sum; nolo eße, vt tu es, Constantius, apostata, omne crimen excludi, hac vnà voce tribui præsidium salutis, vinculum libertatis, & honoris. Conspicimus hac confessione, tribui nobis perfectionis clypeum, telum contra, per te, in nos; sæuientem Diabolum; Et tu inquis, negate vos Christianos, vt cõtra aduersans discrimen, duremus stabiles; nec sæuitiam tuam, torquẽtis, horreamus; animemur, magis quam doleamus. Ipsa efficit conscientia, quæ reminiscitur vnicum Dei filium, ad protegendos, victoresque efficiendos suos, suæ diuinitatis præbere præsentiam: hinc efficitur: vt qua nos credis, extingui pœna, viuificemur. Id etenim nobis, qui eum, propter quem patimur, eße nobiscum credimus, in augmentum virtutis, assumimus, quod tu cruciatui sperasti prodeße, punitor. Hinc est, quod malis tuis quatientibus, non frangamur, quantòque variè continua crudelitate vexamur;

tantò firmiter roboremur. Est enim nobiscum ille, qui adolescētes Hebræos credentes in se: in camino ignis tutatus est; ipse firmat nostras mentes, ipse sensum regit nostrum, ipse diuino incendit amore suo, corda nostra, & ad tolerātiam Sanctæ passionis animat: vnde, & nemo nostrum, mortem, quam inferre minitaris, cogitat, sed immortalitatem; nec temporariam, per te illatam, sed gloriam sempiternam. Tormentis namque, martyres Dei consecrari, & ipsa passionis probatione coronari, aperiunt ita, Sacræ Scripturæ; Pratiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. Et post alia eiusmodi sępius repetita, subdit in ipsum Cōstantium *vbi sup. fol. 313.*

4 *Indignè fers, Arij vermis, cur defendamus, quod claritas, potestas, magnitudo, æternitas, diuinitas, quæ vna sit Patris, & vnici eius Filij. Nō esse nouum, quod nos, legati, asseuerabamus in tuo Palatio, & firmando non desumus, semper sic fuisse, & esse creditum à Christianis, sicut apud Nicæam, contra hæresim tuam Arianam, & omnes errores, videtur esse Sacra fides conscripta: si tandem oculos, serpentis morsibus confossos, cordis tui aperias, inuenies, quod hāc habet, hanc defendit Ecclesia fidem, quā sibi traditā cognoscit, per Beatos Apostolos. Omnes momentò peragrare, si posses gentes, inuenisses, stolidissime Imperator, vbique Christianos, sicuti nos, credere, in hac defensione nostra perstantes, pro Dei filio, vt nos mori cupere. At tua nouella prædicatio, & recens religio, sub prætextu fidei, blasphemia, in perniciem salutis tuæ per te prolata; non solum adhuc limitem Romanum peragrare nō valuit, & vtiq. te satis agente: sed, & vbi radices figere tentauerat, arguit, recedentibus scilicet omnibus Dei famulis à te, atque paucis, quos lolium esse super frumentum seminatos, Dominus prædixerit, tecum manentibus: quæ omnia tibi præstitit, atque est præstans artifex fraudis, ac mortis, qui per te, plurimos blanditijs obliquis illicit, ac decipit: qui cum sit reus totius sceleris, suggerit cordi illi tuo amarissimo, vt nos, tanquam reos alicuius criminis punias. Sed perspice tādem; aperi cordis oculos; in quibus tibi nihil luminis est, sed omnis caligo, & ingētes tenebræ versantur, & inuenies, quod mors tua, fragili illata potestate, integriorem reparet vitam: quod hæc magis, nos deducat ad gloriam, per ignes, per gladios, per catenas, ac feras, per quidquid denique talis tua * pijssimi Imperatoris, in nostrā censuerit ingerere necem: Tutante Deo non modo non extinguimur, sed magis, atq. magis viuificamur, qui meminerimus, nihil esse super nos, præter Deum: vnde erubescit animus deuotus, atque mancipatus Deo, tibi, per tuam, mortuo, blasphemiam: cani latranti contra veritatem: vermibus Arij scatenti, succumbere seruorum Christi animæ, quoties vim diligēter veram, examinant tormentorum: considerāt, nullum esse maius tormentum,*

** Impijssimi.*

tum,

tum, quam à te aduerſarij noſtri, ſeruum vinci Chriſti. Et Paulò poſt multa id genus. Sic rurſum, in eumdem Conſtantium Imperatorem *vbi ſup pag. 3 1 5.*

1 *Martyrij cogit dignitas, vt vitam Chriſtiani, morte cōtemnamus. Siquidem, nouum ſalutis genus, per Dei filium, fuerit tributum interire, ne pereamus, nouimus, hanc eſſe nobis traditam diuinitus diſciplinam, vt ſine vllo terrore malitiæ, vim tueamur tanti nominis: quippe, quos iampridē æternæ memoriæ cupiditas abſtraxerit à deſiderio iſtius lucis, quoſq; ad calcanda omnia terrena, Chriſti ſocietas ſegregarit. Creſcit Conſtanti, crudelitatis tuæ pugna: ſed creſcere, aduerte, & Chriſti militibus gloriā. Nec retardamur deniq; ab acie, tormentorum metu, ſed ipſi magis tuis tormētis ad aciem prouocamur.* Hæc modo ſatis ſint, quæ ex multis alijs afferri poterāt, ad oſtendendam Luciferi Epiſcopi Calaritani, Sanctam Catholici nominis libertatem, fidei ſinceritatem, ac zelum Chriſtiani animi, inuictā conſtantiam, & Apoſtolicum pectus.

Hæretici, Lucifero martyrium inuiderunt, licet quater fuerit ab illis exulatus, eius ardens deſiderium martyrij demonſtratur. Cap. XI.

1 QVOD rurſum ad eūdem Luciferū ſpectat, planè cōſtat, quod dignum animaduerſione cenſet Card. Baronius *Annal. tom. 3. ad A.C. 356. pag. 647.* tum Conſtantium ipſum, tum Arianos cęteros, illi gloriam martyrij inuidiſſe, cuius ſe, adeò cupidum eſſe, tot, tātisq; ſcriptis, editis præſeferebat: cū alioqui in alios, mille modis, vt vidimus, mortis ſupplicia irrogare pro nihilo ducerent. Cęterum haud eſt permiſſus quieté agere. Nam auctor eſt, *lib. de ſciſmate vrſicini*, Marcelinus Præsbyter, Luciferū nequaquam in vno loco exilium duxiſſe, ſed ab Arianis, iam quarto, in diuerſa loca mutatum; de eodemq; teſtatur, cum Eleutheropoli exularet, apud Eutychiū, eius loci Epiſcopum Arianum, Dira ab eo paſſum eſſe; ſed, & eo defūcto, ab illius ſucceſſore, Turbone nomine, grauius exagitatū: accidiſſeque ſæpé, ait, vt cum idē, omnes, qui Catholicæ communionis eſſent, grauiter inſectaretur, inuentos eos apud Luciferū, ſacros conuētus agentes, occideret; ac Sacra vaſa, Sacroſq; codices, diriperet. Sed, quod vni ipſi pepercerit, planè apparet, expreſſam iuſſionem fuiſſe Conſtantij, ne idem Lucifer, quam auidè cupiebat, dignaretur corona martyrij. Quod autem, eodem auctore, conſtet, ipſum ſæpè coactum exilij loca mutare. Ex his conciliandi ſunt, qui de loco, vbi Lucifer exulauerit, diuerſa inter ſe,

ſcripſere; dum ſcilicet S. Hieronymus *de ſcript. Eccleſ. in Lucifero;* eum in Palæſtinam à mandatum, tradit. Ruffinus verò lib. 1. cap. 27. Socrat. lib. 3. c. 4. Theodor. lib. 3. cap. 4. Sozom. lib. 5. cap. 11. dicunt, miſſum eſſe in Ægyptum ad ſuperiores Thebas.

2 Verum quam ardens, ad martyrij lauream, deſiderium, & paratum animum habuerit, idem ipſe Lucifer Epiſcopus Calaritanus teſtatur, & ad maiorē tāti viri Sāctitatis demonſtrationem, ore ſuo, ad Conſtantiū Imp. iterum audiamus loquentem: *lib. 1. pro Athanaſ. pag. 7. Hinc ad gladium putaſti, tendendam carnificem dexteram tuam, tanquam poſſis gladio vincere, quos videres, propter Dei filium, nec præſentem dubitare amittere vitam, nec perhorreſcere mortem.* Et Paulo poſt vbi ſup. pag. 8. *Non timemus gladium tuum, Chriſtiani, qui præſumamus, proſtratis vobis, Dei religionis inimicis, venturos nos ad conuiuium Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, ac Martyrum. Non metuimus virtutem caduci Regni tui, milites diuini. Non ſumus ex illis diffidētiæ filijs, qui plus inimicos tuos, quam Deum fuerant arbitrati, potuiſſe, vt tuam fragilem vereamur potentiam.* Et poſt innumera eiuſmodi alia; ſic rurſus eundem Conſtant. Imp. affatur, *lib. moriēdum pro Filio Dei. p. 306. Itaque Filium Dei confitemur, tēpla Dei eſſe oſtendimus; non milites Dei, tuæ carnificinæ ſuccumbere potuiſſe: crudelis, atque ſacrilega mens tua, ſuggeſtionibus fauens cohæreticorum tuorum præſumpſerat, nos, quos templa ſua dicit eſſe Deus; ſic 1. Cor. 6. Quoniam inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo; & ero illorū Deus; & ipſi erunt mihi populus. Hos te, vincere potuiſſe iudicaueras, quos Apoſtolus 1. Cor. 6. Hortatur tollere Deum, & portare in corporibus ſuis? hos te, armis fictilibus Regni tui, ſubigere potuiſſe fueras quidem arbitratus? ſed perſpicis in tuo palatio, intra velum, licet ſtans, tuliſti reſponſum à me ad cōſeruandam ſalutem: omnes Dei ſeruos, calcata friuola auctoritate tua, mente, voluntate, ſtudio, virtute, voce conſentire. Aduertis, quo modo caduca dominatio tua, quantò coram nos ſæuire dignatur, quod tantò, ea indicetur eſſe infirma, contemtibilis, inanis, debilis, & abiecta; furore etenim, & ſcelere concitata manus tua ad perimendos nos, quoties præualuit, toties nos creuiſſe, & magis, atque magis victores extitiſſe, meminimus.* verum hæc in præſenti ſufficiant.

3 *Sed, quod argumenti ratio poſtulat* (ait Card. Baronius *Annal. tom. 3. ad A. C. 356. pag. 649.*) *& Chriſtiana pietas exigit, iam inuiſamus illos glorioſos cōfeſſores, Sanctos Epiſcopos, quos, vna cum Lucifero Calaritano, à Cōſtantio Auguſto in exilium miſſos, diximus. Hos enim ſicut Catholicorum charitas omnis generis officijs proſecuta eſt; ita Ariana* crude-

crudelitas, quibus valuit malis, exagitare, non destitit. De obsequio autem in eos, fidelium, hęc Sulpitius Seuerus habet *lib. 2. pag. 409. Cæterum exules, satis constat, totius orbis studijs celebratos, pecuniasque eis, in sumptum affatim congestas, legationibus quoque, eos plebis Catholicæ, ex omnibus ferè prouincijs frequentatos.* Ista Seuerus. Sed de ipsis cõfessoribus hæc S. Ambrosius *epist. 82. ad Vercellenses. Errauerunt toto orbe, vt nihil habentes, & possidentes omnia: quocumque missi essent, locus delitiarum putabatur: neque enim illis quidquam deerat, quibus fides locuples abundabat. Denique locupletabant alios ipsi, inopes ad sumptum, opimi ad gratiam. Lætabantur, sed nõ mortificabantur, in ieiunijs, in laboribus, in custodijs, in vigilijs: Euaserunt de infirmitate fortes, non spectabant delitiarum illecebras, quos saginabat fames; non adurebat eos torrida æstas, quos refrigerabat æternæ spes gratiæ, non frangebat glacialis plagæ frigiditas, quibus, frequenti spiritu, vernabat deuotio: non verebantur vincula hominum, quos soluerat IESVS; non desiderabant redimi à morte, qui præsumebant à Christo resuscitari.* Hæc S. Ambrosius agens de Sãctis Episcopis, Eusebio Vercelési, & Dionysio Mediolanensi.

(∵)

In exilio, alios duos libros scripsit, in quibus mira Luciferi, & Sancta libertas ostenduntur.

Cap. XII.

1 PRÆTEREA illud plané accidit admirandum, vt inter tot Ecclesiarum naufragia, proscriptiones, & exilia Episcoporum, Lucifer Calaritanus, durissimi exilij ærumnis, licet oppressus, mente tamen liberior factus, quod scijsset Arianos fauore Constantij summa rerum potitos, suam ipsorum, perfidiæ professionem tradidisse, Catholicis subscribendam, additoque eiusdẽ Imperatoris pręcepto, quã plurimos eandem, sua ipsarum subscriptione corroborasse. Vti Sanctus Hieronymus innuit *Chr. ad Euseb. Omnes pœnè toto orbe Ecclesia, sub nomine pacis, & * Regis Arianorũ consortio polluuntur.* Summo dolore ęstuans, clamat ab exilio: dum circa *A. C. 360.* adhuc viuente Constantio, duos alios, pro veræ pietatis defensione elaborauit, atquè edidit libros; quibus Catholicæ fidei fundamenta stabiliret, & aduersariorum falsitates refelleret.

* *Legis.*

2 Extant illi, & sané tanto viro digni, quorum primus inscribitur: *De non conueniendo cum hæreticis.* Alter vero, *de non parcendo in Deum delinquentibus:* quo loco vir Dei zelo æstuans, præcipué inuehitur cõtra Cõstãtij edictum: idque

idque sacrilegiũ vocat. Eo enim, impius Imperator, inter Catholicos, & Arianos pacem statuere moliebatur. Verum ex ijs aliqua hìc adducemus, quibus intrepidi animi, Sacerdotalis roboris, & inuictæ constátiæ egregium specimen editur, vt cùm sic, orationem aggreditur in Cõstantium: *lib. de non conueniendo cum hæreticis, pag. 189. Cum omnibus pernitiosis tuis conatibus aduertisses itum obuiã: cumque omnia machinamenta, contra Dei Ecclesiam, tua, reperisses cũcto Dei populo reuelata: dixisti nos fuisse, atque esse inimicos pacis; hostes vnitatis, aduersarios etiam fraternæ charitatis*; Et pauló post in eũdem Constantium inuectus: vbi sup. *pag. 197. Quid nobis dici posset, si te, destructorem domus Dei, te, Catholicæ fidei persecutorem, amicum Dei, Sacerdotes haberemus? si illius (Iosaphat 2. Paral. 18. & 19.) operã confregit, cur iniquo fuisset iunctus; verò nos, iam ipsi fulmine fuissemus, credo, dissipati, cur tibi blasphemo, nosmet iunxissemus? Quomodò poteramus, nos cum simus serui Dei, vos verò serui diaboli, in vnum conuenire? quandò sic inter nos, & vos separatum esse voluerit Deus? quomodò inter lumen, & tenebras; inter vitam, & mortem; inter dulce, & amarũ? quomodò inter Sanctos Angelos Dei, qui sunt semper clemẽtiam eius magnificantes, & inter illos apostatas, quos in æternum, tecum visurus eris torqueri, nisi temet eripueris ab eis? Quomodò, inquam, nos vobiscum esse poteramus Dei serui, cum seruis Antichristi?* Sed, & post hæc vbi sup. *pag. 202. Cum sitis iniqui, quippe negatores vnici filij Dei, cum odiri vos oporteat à nobis, propterea, quod viam veritatis relinquentes, comprehenderitis omnium errorum: propterea quod relinquentes lumen, ire delegeritis in exteriores tenebras: quomodo tibi capiti nefando, tibi Dei domus destructori, omniũ iniquitatẽ operantium fomiti, poteramus esse carissimi? quomodo familiares amici, vt sunt Valens, Vrsaceus, Epictetus, Saturninus, & cæteri, è quo numero tamen, & si viderint, in quam inciderint foueam, certi tamen tecum diligerent interire; dummodo, regni tui inanem pulcritudinem, vnà perfruantur tecũ. Nos quomodò tecum esse poteramus, qui ista, quæ illi tecũ frui elegerunt, habemus exosa, homines, qui ad illa consequenda tendãt, quæ sunt in perpetuũ mansura? qua de re nobis, ac vobis non conuenit: nempè, quia noluerimus suscipere hæresim tuam, nempè quia Christiani noluerimus effici Ariani. Quis est autem, nisi qui sicut vos, estis Ariani, impos mentis, qui derelinquat domũ Dei, & eam dat Diaboli monumentum? Idcircò autem apud te odio laboramus, quia fuerimus metuentes, atque sumus.*

3 Rursus ad eundem Constantium hæc quoque adijcit. *lib. de non parcendo in Deũ delinquent. pag. 248. Quid aliud nos hodie facimus*

Dei

Dei serui, eius diuinæ magnitudinis Sacerdotes, nisi, quæ fecerunt illi, quorũ cupimus inueniri imitatores? Puto etenim dignum esse, nõ derelinquere populos nobis commissos, in tanta hac à te illata persecutione, sed eos hortari. Quod enim potens sit, cuius sumus, nos eripere de inimicorum suorum manibus, non esse te metuendum hostem Dei Domus. Aduertendum, quod sis nihil, quia videlicet noster Deus, ac Dominus omnia potens, ad nihilum redacturus sit omnia contra eius domum instituta impia tua conamina. Quæ hic tibi iniuria fit à nobis? Quæ ingeritur Imperatori Romano cõtumelia ab Antistitibus Dei viui, si, vt aut vitam æternam habeas, rogaris, aut dicatur tibi, præterea, quod contra Dei susceperis arma, domum, nisi te correxeris, ingenti exitio sis interiturus. Quæ etenim de re, tibi cunctorum Dei domus inimicorum proferimus interitũ, nisi vt, aut metu Dei territus, temet mutes, aut cum temet in æternum esse feceris punitum, nos securi, ex omni triumphemus parte, quia, & tuus sanguis, à nobis non possit à Deo requiri, & quia interitum aduersariorũ Ecclesiæ eius, viderimus? Perseuera deniq; in hac tua iniustitia, & inuenies, quæ te pro tantis consequitur meritis. Superbia inflatus est, inquis, Lucifer, quia vera tibi dicat. Quid me videbas facere tempore isto, quo tu, Antichristi præcursor, ad nos interficiendos, arma cõtra Dei leuasti domum? tempore, quo extitisti vnici Filij Dei negator? Tacerem, ne, & te lupum venĩẽtem ad Dei vastandum gregem sinerem? An dignum fuisse censes, obuiam pastores tibi iremus siccis parato faucibus, ad nobismet nobiscum commissos transuorandos?

4 Verum hæc satis in Constantium Imperatorem dicta sunt: reliqua id genus prolixius perorata, quæ non modo Arianorum prauitatem, ac perfidiam; sed etiam Luciferi Episcopi Calaritani Apostolicum, Orthodoxę fidei zelum, & pręclaros Sanctitatis titulos latè demõstrant, ab eodem facillime peti poterunt.

Luciferi, & aliorum Sanctorum, post mortem Constantij, exilia relaxata, & legatio Luciferi in Oriente, à quo, Paulinus, Anthiochenæ præficitur Ecclesiæ. Cap. XIII.

1 Constantium *A.C. 361.* è vita excedentem, in Imperio secutus est Iulianus Apostata, qui magnam inde, sibi laudem comparauit, apud optimos quosque, quod exulem diu pacem, Catholicæ Ecclesiæ restituit, ab acerbissima illa, tot annis, per Arianos persecutione fugatam. Nam, quicũque fuerant à Constantio, Episcopi exilio condemnati, eosdem, abolitis, per Iulianum damnationis illorum tabulis, ad suas Ecclesias, postliminio redire permisit. Hæc enim de his S. Hieronymus testatur, cum ait, ad-

aduerſ. Lucifer. *to. 2. pag. 98. edit. Rom. Periclitabatur nauicula Apoſtolorum, vrgebant venti, fluctibus latera tundebantur, nihil iam ſupererat ſpei; Dominus excitabatur, imperat tempeſtati; beſtia moritur, tranquillitas redit. Manifeſtius dicam: Epiſcopi, qui de proprijs ſedibus, fuerant exterminati, per indulgentiam noui Principis, ad Eccleſias redeunt. Tunc triumphatorem ſuum Athanaſiū Ægyptus excepit:* & de Lucifero Calaritano, & Euſebio Vercellenſi, alibi idem Hieronymus aiebat, in Chron. *Euſebius, & Lucifer de exilio regrediuntur*. Eadem de Epiſcoporum reſtitutione habent Socrates, *lib. 3. cap. 4*. Theodoretus *lib. 3 cap. 4*. Sozomenus *lib. 5. cap. 2*. Nicephorus *lib. 10. cap. 14*. & alij. Verum, quod ab eodem Iuliano, nulla habita ratione exulum Epiſcoporum, reſtitutos eſſe apparet, tum Catholicos, tum Hæreticos etiam, certo veritatis argumento, præſtabitur: id quidem illum, haud Catholicæ fidei amore feciſſe, ſed, in odiū Conſtantij, & regiorum, quorum auctoritate, Catholici vexati fuerant, miniſtrorum.

2 His hoc pacto ſe habentibus, Liberius Papa rebus Eccleſiæ benè cōſulturus, illico audita morte Conſtantij, & poſt relaxata exilia à Iuliano, primum omnium ijs, qui in Italia lapſi erant, Epiſcopis errores pœnitentibus, ſubueniēdum putauit, vt ex Apoſtolicis eiuſdem litteris, quæ extant *apud Hilar. fragm.* aperte monſtratur, etiam in Orientem reſpiciens (bene, vſus occaſione illorum, qui erant illic fidei cauſa, exules, Occidentalium Epiſcoporum, ſubdit Card. Baronius *Annal. to. 4. ad A. C. 362. pag. 75.*) magni nominis Epiſcopos, Euſebium Vercellenſem, & Luciferum Calaritanum, Legatos Apoſtolicæ Sedis creat, quorum vni, nempe Lucifero, Eccleſiæ Antiochenæ ab Arianis diu poſſeſſæ, curam delegat; alteri, videlicet Euſebio; vt vnà cum Athanaſio haberi Synodū Alexandriæ ſtudeat. Lucifer itaque Calaritanus Epiſcopus, ac Sedis Apoſtolicæ Legatus, ſimul ac exilio ſolutus eſt, ſuppetias laturus Catholicis Antiochiæ cōmorātibus, iam ab exilij, Euſtachij tēpore, ab Arianis longa perſecutione cōcuſſis, illuc feſtinus acceſſit; miſſis interim Alexandriam, ad futuram Synodum, duobus ſuis Diaconis, Herennio, & Agapeto. Quid porro ipſe, Antiochiæ egerit, Socrates docet, rem ab exordio auſpicatus, hiſce verbis, *hiſt. lib. 3. cap. 4.*

3 *Lucifer Caralorum, vrbis Sardiniæ, fuit Epiſcopus: Euſebius autem Vercellarū, quæ eſt Ciuitas, vt ante dixi, Liguriæ in Italia. Ambo igitur ex ſuperioribus Thebis ab exilio reuerſi, cæpere cōſilium, qua ratione Eccleſiæ canonem violatum, non neglectum*

ctum cernerent. Itaque visum est, vt alter eorum, Luciferum dico, Antiochiam Syriæ contenderet; alter nimirum Eusebius, peteret Alexandriã, vti, Cõcilio, subsidio Athanasij conuocato, Ecclesiæ dogmata constabiliri possent. Lucifer vero eo mittit Diaconum, per quem significat, se rebus, quas cõcilium decerneret, assensurum, ipse Antiochiam profectus statum illius Ecclesiæ vehementer perturbatum offendit. Nam multitudo inuicem dissidebat. Quandoquidem, non hæresis solum ab Euzoio excogitata, Ecclesiam diremerat: verum etiam, sicut supra memoraui, sectatores Meletij; qui studio singulari, erga Doctorem suum affecti erãt, ipsi cum suis dissentiebant. Lucifer igitur, Paulino Episcopo ibi constituto, inde decedit. Hæc Socrates.

4 Sozomenus etiam, totidem ferè verbis, eidem assentitur, dum ait: *hist. lib. 11. cap. 11. Eusebius autem, quo res Ecclesiæ communi cõsensu corrigerentur, concessit Alexandriã: vt Concilium, vnà cum Athanasio ad decreta Concilij Nicæni stabilienda cogeret. Lucifer verò, Diacono, vnà cum Eusebio, qui pro se Concilio interesset, Antiochiam: quoniam Ecclesia illa, iam tumultibus perturbata erat (nã & Ariani, quorum antistes fuit Euzoius, inter se diuisi sunt: & fautores quoque Meletij, vt ante disseruimus, à sua opinionis, & doctrinæ hominibus dissenserunt) recta proficiscitur: ibique cum Meletius nondum reuertisset ab exilio, Paulinum designauit Episcopum:* Ita Sozomenus.

5 Quo loci animaduersione dignum est, quod eiusmodi tunc erat status Ecclesiæ Antiochenę, vt iã tres essent Episcopi, in vna Ciuitate; nempe Euzoius, qui Arianis præerat; Meletius, qui Orthodoxis, quo, cum haud omnes communicarent Catholici; quod aliquando ab Arianis electus, Arianis cõsensisset, licet postea ab eisdem recessiisset; Paulinus verò tertius habetur, à Lucifero sic institutus, quod reuerà esset omninò Catholicus, & Sanctus. At de Paulini ordinatione his, quæ dicta sunt à Socrate, & Sozomeno, suffragatur Ruffinus: qui rem quoque in hũc modum enarrat: *hist. lib. 1. cap. 27.*

6 *Lucifer autem, cũ exoraretur ab Eusebio (quia vterq; in partibus vicinis Ægypti fuerat relegatus) vt ad videndum Athanasium, Alexandriam pergeret: communique tractatu cum his, qui superfuerant Sacerdotibus, de statu Ecclesiæ decernerẽt, præsentiam sui abnegans; Legatum pro se Diaconum suum mittit: atque ipse intento animo Antiochiam pergit: ibique, dissidẽtibus adhuc partibus, sed in vnũ tamen reuocari posse sperantibus, si sibi talis eligeretur Episcopus, erga quem, non vna plebs, sed vtraq; gauderet, præproperus Catholicũ quidem, & Sãctum virũ, ac per omnia dignum Sacerdotio, Paulinũ Episcopum collocauit: sed tamen, in quem*

F acquie-

acquiescere plebs vtraque non posset. Hæc Ruffinus; qui cum affirmet, Luciferũ Calaritanum non duos, quos recensuimus, legatos, sed vnum, misisse ad consilium Alexãdrinum, ex ipsis eiusdem concilij Synodalibus litteris, quibus, supra memorati, Herennius, & Agapetus reperiuntur esse subscripti, errasse conuincitur. Ita etiam, & de Socrate, ac Sozomeno dicendũ. Theodoretus autem his omnibus, quæ affirmantur à Socrate, Sozomeno, & Ruffino, benè quidẽ consentiens est: *hist, lib. 3. cap. 5.* & ab eisdem discedit, dum malè, & inconsideraté, factam huiusmodi electionem de Paulino, à Lucifero fuisse, cõtendit. Non obstat, inquam, Luciferi Sanctitati, quod præter omnium opinionem, vnus tantum asserit Theodoretus.

7 Is enim licet verax in reliquis, historicus comprobetur, in his tamẽ, quibus priuato fauit, affectu, indigere censura, clarum fit. Nam quod post mortem Meletij, etiam ipsum conflatum schisma perseuerauerit in posteris, & Flauianus contra præstitũ iusiurandum, fuerit suffectus in locũ Meletij, ipseq; Theodoritus, vti Meletij, sic, & eiusdẽ Flauiani partes sectatus sit: hoc modo inuersa alea, res gestas, aliter quam se haberent, in gratiam, ac excusationẽ Meletij, & Flauiani narrauit: & contra aduersarium eius Paulinum, eiusque promotorem Luciferum malé congessit. Verum in re non adeò necessaria, ne sim longior, ad Paulini Antiocheni Episcopi tùm electionem, tùm Sanctitatem comprobandã præsto fiunt: non modo attestationes Patrum Concilij Alexandrini; ad quod idem ipse duos legatos misit, Maximum, & Calimerũ, qui subscripti habentur Synodalibus eiusdem concilij litteris, quas recitat S. Athanasius, vt mox dicemus, verum etiam Liberij, & qui ei successit, Damasi, Romanorũ Pontificum, Apostolica scripta. Sed, & Hieronymus quoque Doctor Sãctissimus, Theodoritum certi erroris arguit, dum ait: in Chron. *Lucifer accitis duobus alijs confessoribus, Paulinum Eustachij Episcopi Præsbyterum, qui se nunquã hæreticorum communione polluerat, in parte Catholica, Antiochiæ Episcopum facit*. At de his modo hactenus. Grȩcis adhuc scriptoribus cõnumerandus venerat Nicephorus Callixt. *hist. lib. 10. cap. 14.* verum quia, quæ ipse de Lucifero Calaritano in suam transtulit historiam, tàm ab eisdem, quàm etiam à Ruffino, à quorum ætate nongentis ferme annis distauit; hȩc desumpsisse visum est; illum hoc loco, ne in lõgũ protraheretur oratio, duximus ommittẽdũ.

8 Sed ex latinis etiam, qui antiquitate, & auctoritate præstant, Aurelius Cassiodorus supererat: at cum

at cum idem ipse à tribus iam dictis Græcis scriptoribus, Theodoreto nempe, Sozomeno, ac Socrate, suam historiam, quã, ideo Tripartitã ritè nuncupauit, conscripsisse *Præfat. hist. Trip* fateatur idcircò nos, quod ille asserebat de Lucifero Calaritano, hic repetẽdum, superuacaneum fore putauimus.

Alexandrina Synodus scribit ad Luciferum, & ad Anthiochenos, quæ in ea fuere decreta. Cap. XIIII.

1 ALexãdrina igitur Synodus SS. Confessorum consilio congregato, pauci numero, sed fidei integritate (inquit Ruffin. *lib. 1. c. 28.*) & meritis multi, quo pacto post hæreticorũ procellas, & perfidiæ turbines, tranquillitas reuocaretur Ecclesię, omni cura, & deliberatione discutiunt, scribuntque nomine Synodi ad Antiochenos, tum præcipuè ad Luciferum Episcopũ Calaritanum: qui ibidem Apostolicæ Sedis Legatus, agebat: ad quos Eusebium, atque Asterium Episcopos, legatos mittunt. Vnde factũ est, vt ipsemet cõsilij litteræ, Eusebij quoque, & Asterij nominibus (quia eidẽ Synodo interfuerint) & ederentur, & subscriberentur: sed, placuit etiam, ob certiorem legatorũ fidem, vt eædem litteræ eisdem Episcopis Eusebio, & Asterio, vna cũ alijs datæ, ac inscriptæ legerentur. Illas autem hoc loco à me referẽtur; vt semel, ac iterũ inuisamus virum Catholicum, Luciferum Episcopum Calaritanum, in Catholicæ fidei studijs se exercẽtem: deque Catholico nomine, ac Catholica Ecclesia benemerẽtem: ex eisdem quoque litteris Synodal. Alexandr. Conc. apud Athan. ad Antiochenos, alia habebimus, quæ ad declarandam rei nostræ veritatem, maxime pertinebunt, vt mox videbimus. Sunt autem huiusmodi.

2 *Carissimis, & optatissimis Sacrorum comministris, Eusebio, Lucifero, Asterio, Cymatio, & Anatolio, Athanasius; cæterique Episcopi qui Alexãdriæ, ex Italia, Arabia, Ægypto, & Libia hic adsunt: Eusebius, Asterius, Gaius, Agathus, Ammonius, Agathodæmon, Dracontius, Adelphius, Hermeõ, Marcius, Andreas, Paphnutius, Marcus, Zoilus, Georgius, Lucius, Macarius: reliqui deinceps, in Christo salutem plurimam.*

3 *Persuasum habemus, vos, cum sitis ministri Dei, ac Domini dispensatores, idoneos, aptosque esse ad Ecclesiæ negocia temperanda. Cæterum, quia ad nos allatum est, plurimos superiori tempore, per contentionem disgregatos à vobis, pacem iam optare; plurimos item à vecordi Arianorum secta, deficientes vobiscum communionẽ affectare: necessariũ visum est, ea, quæ à nobis, nostrisq; dilectis scripta essẽt, Eusebio, & Asterio, vestræ bonitati insinuare, qui, & ipsi estis dilecti, &*

vere nobis desideratissimi Sacrorum comministri: nimirum lætos quidem nos esse de hac fama; sed tã magnoperè, vt eos, qui adhuc in schismate hærent segregati à vobis, quiq; cũ Arianis cætus faciunt, resilire curetis ab istiusmodi insania, vt omnes omnibus in locis prædicẽt vnũ Dominum, vnam fidem. Quid enim est tã pulcrũ, prout Psalmographus. Psal. 132. inquit, aut quid ita delectabile, quam habitare fratres in vnum. Nam ita quoque fieri arbitror, vt Deus nobiscũ habitet, cuius hæc verba sunt Ezech. 43. Habitabo in eis, & versabor inter eos: & illic habitabo, quoniã elegi eam. Ita quoq; quodammodo fit, vbi vna fides, & religio prædicatur.

4 Vellemus equidem nos Ægyptij vna cũ dilectis fratribus nostris Eusebio, & Asterio, multis de causis istuc venire, & in primis, eius rei gratia, vt vestros affectus complecteremur, frueremurque in communione istiusmodi pace, & concordia. Verũ quia, vt in alia epistola indicauimus, & ex comministris nostris intelligere potestis, detinemur magnopere Ecclesiasticis necessitatibus; idque non sine dolore nostro: ideò voluimus comministros nostros in rebus Sacris, Asteriũ, & Eusebium, in vicem nostri istuc pergere, ac vos inuisere. Gratias igitur ago eorum pietati; quod cum ipsis liceret properare ad suas dioeceses; istã tamen perfectionem ad vos omnibus rebus suis ante posuerũt, idq; in vsum vrgentis Ecclesiastici negotij. Cum igitur istud inter nos decretum esset, memetipsum non parum consolatus sum, quasi illis istic præsentibus, ego quoque vna istic præsens interessem.

5 Omnes igitur, qui vobiscum pacificè agere volunt, inprimis autem illos, qui in veteris Ecclesiæ cõmunione fuerunt; deinde qui ab Arianis redierũt, allicite ad vos, eosque vt patres assumite, & vt magistros, & tutores recipite, coaptãtes vos interim dilecto nostro Paulino, eiusque socijs: nihilque amplius ab illis exigatis, quã vt execrentur Arianorum hæresim, confiteanturque Sanctorum Patrum in Nicæna, fidem. Execrentur item eos, qui dicunt, Spiritum sanctum esse creaturam, & diuisum, ex substãtia Christi. Id enim verè est resilire à scelerata factione Arianorum, si non diuidas Sãctam Trinitatem, nec dicas, aliquem eius esse creatum. Nam qui simulanter se iactitant de confessione Nicænæ fidei, atque interim audent blasphemias dicere contra Spiritum sanctum: nihil aliud præstant, quam quòd Arianam hæresim verbis inficientes, animo, sensuque retineant. Anathemate quoq; inuratur Sabellij, & Pauli Samosateni impietas; Valentini item, & Basilidis insania & Manichæorum stoliditas. Quod si fit, omnis apud omnes suspicio delebitur, & sola Catholicæ Ecclesiæ fides pura apparebit.

6 Quod autem hanc fidem tenemus nos, & qui perpetuo nobiscum cõmunionem vsurparunt; nec vos, vel alium quemquã latere arbitramur. Cæterum, quia cum volentibus volupe

lupe est coniungi; & quidem libenter cum omnibus: ita vero in primis ijs, qui in veteri Ecclesia conuentus agebant; & quia potissimum Dominum glorificamus, cum de omnibus, tum præcipuè de hoc eximio proposito; visum est nobis, vos cohortari, vt sub istis conditionibus ineatur concordia; ita vt nihil vlterius, quam dictum est, vel illi, qui ex veteri Ecclesia sūt à vobis flagitēt; vel illi, qui cū Paulino sunt, aliud præter quam, quod inter Nicæni Consilij decreta reperitur, adijciant, & tabellas, quas nonnulli iactant, quasi ex Sardicensi Synodo de fide conscriptas, ne legi quidem semel, aut proferri sinatis. Nihil enim tale consiliū definiuit. Quamuis enim certi homines nōnulla, quasi quæ deessent, Nicæno Consilio adscribere vellent, idque acriter contenderent: Sancta tamen Synodus, quæ Sardiniæ conuenit, indigne id tulit, decretoq; sanciuit, ne quid vlterius de fide scriberetur, & sese contentos esse Nicæna fide, declarauerunt: vt cui nihil deesset, & in qua, integra, & solida fides contineretur: neque edendam esse aliā professionē fidei; ne illa, quæ Nicææ scripta est, suos numeros non habere videretur; neue illis, quibus libido est semper noua statuere, occasio huiusmodi suppeditaretur, & iterum, atque iterum de fide definiant. Quapropter siquis hæc, aut aliud quidpiā cauillabitur, compescite illum, & ad studium pacis inducite; nihil enim est, quod in his agnoscere poßumus, nisi solam contentionem. Illis enim, qui nōnullos incusabant, vt trium hypostaseon affirmatores, cū huiusmodi voces in scriptura non reperirentur; ac proinde suspecti videri possent; auctores fuimus, ne amplius in Nicænā confessionem inquirerent. Sed tamen de istis ob peruicaciam rixandi quæstio est habita: interrogatique sunt, num pro Arianorum sententia alienas, peregrinasque, ac diuersæ à se inuicem substantiæ personas esse velint: & vnam quamque hypostasim per se, ac seorsim diuisam esse pro ratione cæterarum creaturarū, eorumq; qui ex hominibus nascuntur, existiment? An sic intelligant diuersas res, quale est aurum, argentum, æs? An, vt alij hæretici, sub istis vocibus tria principia, & tres maximos Deos cōstituāt? Cæterum illi affirmabant, se ita nec dixisse, nec sensisse. Percontantibus autem nobis, qua ratione ista dicerēt, aut cur omnino istiusmodi vocabulis vterentur? Responsum dederunt, sese in Trinitatem credere, non quæ nomine tenus, Trinitas; sed quæ verè Trinitas esset, & subsisteret: & Patrem, vt qui vere esset, & subsisteret: & Filium, vt existentem, & subsistentem: & Spiritum sanctum, vt subsistentem, & existentem, agnoscere. Non tamen se dixisse tres Deos, aut tria principia: imò, nec toleraturos quidem, si quis tale quidpiam, aut dicat, aut sentiat: sed se scire esse Sanctam Trinitatem, vt tamē vna sit Deitas, & vnum principium: & Filium se agnoscere esse coessentialem suo patri, vt dixerunt

runt Patres: & Spiritum sanctum nō creaturam, neque alienum sed proprium, & indisgregatum ab essentia Patris, & Filij.

7 *Approbata igitur istiusmodi, & interpratatione, & excusatione, vicissim quoque, & eos examinauimus; qui ab istis in culpam deuocabantur, quasi dicerent esse vnam hypostasim, sciscitantes ab illis; num pro Sabelliano dogmate, ea mente loquerentur, vt sublatos vellēt in Trinitate Filium, & Spiritum sanctum: quasi Filius essentia careat, aut Spiritus sanctus non subsisteret? Qui, & ipsi quoque affirmarunt, neque ita se dicere, neq; se ita sensisse vnquam, sed ὑπόςασιν eos intelligere, idē esse cū οὐσία: vnā autem ideò sese hypostasim intelligere, partim quia Filius ex essentia Patris sit, partim, quia in tribus sit idētitas naturæ: vnam enim sese deitatem, & vnam naturam credere; neque aliam Patris, aliam Filij, aliā Spiritus sancti, esse naturam. Quinimo, & illi, qui eo crimine postulati erant, quod tres hypostases inducerent, cum istis in eandem sententiā conuenerunt: vicissimque illi, qui vnam hypostasim asseuerarent, istorum interpratationi acquieuerunt: & ambæ factiones pariter Arium execratæ sunt, vt Christi hostem: Sabelliumque, & Paulum Samosatensem, vt impios; Valentinum item, & Basilidem, vt alienos à veritate; Manichæum quoque, vt malorum machinatorem. Omnes denique, Dei gratia, post huiusmodi verborum interpratationem, optimam, & exactissimam quæ Nicæ Patres instituissent, fidei esse approbarunt, eiusdemque fidei verba sufficere, ac ante omnia in vsum esse deducenda constituerunt.*

8 *Quinimo de negocio, dispensationeque carnis nostri Saluatoris: cum super ea quoque re, nonnulli cum alijs contentionem mouerent: & hos, & illos examinationi subiecimus, & quod isti profitebantur, hoc, & illi quoque suffragio, assensuque prosecuti sunt: nempe non ea ratione, qua ad Prophetas factum est verbum Domini, factum esse verbum, & aduenisse in Christum sub finem sæculorum, sed ipsum verbum carnem esse factum,* ad Philip. *cum esset in forma Dei, formam serui assumpsisse: & ex Maria (quantum ad carnem attinet) hominem esse genitum hominum gratia: eoque modo solide, & integrè humanum genus liberatum à peccatis, in ipso, & viuificatum amore, introduci in Regnu cælorum. Et hæc quoque itidem confitebantur, quod non corpus inanimatum, aut agitationis, aut mentis expers, Saluator habuerit. Nec enim possibile erat, vt Domino propter nos homine facto, corpus eius sine mente existeret. Non enim corpori dumtaxat, sed, & animæ quoque nostræ, per ipsum verbum salus est conciliata. Idemque cum verè esset Filius Dei, Filius hominis factus est: & cum esset vnigenitus Dei Filius, factus est,* Rom. 8. *Primogenitus in mul-*

multis fratribus. Quapropter non alius erat ante Abraham, alius post Abraham: neque alius, dum Lazarum excitaret, Ioan. 11. neque alius cum interrogaret de eo, vbi situs esset: sed idem ille ipse erat: corporaliter quidem vt homo expuens, diuinitus vero vt Dei Filius oculos aperiens eius, Ioan. 9. qui à Natiuitate cæcus fuerat: & carne quidem patiens, vt Petrus dixit 1. Pet. 4. diuinitus tamen monumenta aperiens, & mortuos excitans. Ex quibus, omnia, quæ in Euangelio sunt, intelligentes, affirmauerunt, se idem sentire de Incarnatione, & humana natura, à Dei verbo assumpta.


9 Cum igitur istiusmodi illorũ fuerit confessio; adhortamur vos, ne eos, qui ita confitentur, talemque interpretationem suæ cõfessioni accõmodant, temerè damnare, aut reijcere velitis; sed potius admissa illorum excusatione, recipiendos putetis. Eos, econtra, qui talem confessionem non edunt, neque tali interpretatione, in istis verbis, vtuntur, arcere vos vellemus, & aduersari, vt suspectæ mentis homines. Cæterum, cum istos tolerandos non censebitis, consuletis illis, qui rectè interpretantur, & rectè sentiunt: nec vlterior vlla inter vos adhibeatur disquisitio, neuè verborum pugnis studeatis; ad nullam prorsus vtilitatem, sed sensus, cogitationesque pietatis exhibete. Nam qui ita affecti non sunt, sed tantummodo super istiusmodi oculis contentiosè rixantur: & aliud quidpiam, præter quamquod Niceæ scriptum est, requirunt; hi profectò nihil aliud agunt, quam, quod proximis suis turbidam subuersionem propinant, vt inimici, & discordiarum, schismatumque æmulatores. Sed vos, ò boni, & fideles serui, & dispensatores Domini, eos, qui scandala, & peregrina inferunt, compescite, & arcete, & præomnibus anteponite istiusmodi pacẽ, quæ sanè fidei est. Forsitan Dominus misertus nostri, cooptabit quæ sunt hiulca, & diuisa, atque vnum ouile reformabit: quo vnum habeamus ducem Dominum nostrum Iesum Christum.

10 Hæc quidem nos, tùm, quia nefas est, quidquam vltra Nicænum Concilium requirere, aut contentiosas sententias recipere, tùm vel ob pacem solum: & ne, qui rectè sentiunt, pro reiectis habeantur, ad istum modum censuimus; & eorum confessionem, qualis fuerit: nos qui relicti sumus Alexandriæ, paucis indicauimus, idq; in commune vnà cum reliquis comministris Sacrorum, Asterio, & Eusebio: nam reliqui ex nostris quisque ad suas Prouincias abierũt. Vos rursus in commune vbi soletis conuentui agere, ista iubebitis peruulgari, eoq; omnes euocare. Æquum est enim, vt in eo loco primũ epistola recitaretur, ibidemque omnes, qui pacem amant, inter se concilientur: ac deindè vbi consiliati fuerint, vbicumque populis videbitur, præsente quoque vestra humanitate, Synaxis celebretur, & Dominus publicè ab omnibus glo-

glorificetur. Salutant vos fratres illi, qui mecum hic agunt. Benè valete, & nostri memoriam in Domino facite. Hactenus epistola Synodalis ad Luciferũ, & Episcopos alios, Antiochiæ commorantes primũ, inde ad alias Oriẽtis Ecclesias perferenda: cui inhæret subscriptio aliquot Episcoporum, atque in primis ipsius Athanasij his verbis.

11 *Ego Athanasius caterique Episcopi in hoc conuentu præsentes, epistolæ subscripsimus: idemque ab alijs factum est, qui huc legati venerant: inter quos à Lucifero Sardiniæ Insulæ Episcopo, Diaconi duo, Herennius, & Agapetus; à Paulino verò Maximus, & Calimerus, qui, & ipsi Diaconi sunt. Aderant, & aliquot Monachi Episcopi Apollinaris in hoc ipsũ missi. Episcoporum nomina, ad quos Epistola scripta est, sunt hi: Eusebius Vercellarum Ciuitatis Galliæ, Lucifer Sardiniæ Insulæ, Asterius Petræ Arabiæ, Cymatius Palati Calesyriæ, Anatolius Eubœa. Cæterum, qui Epistolã scripserunt sunt isti: Papa Athanasius, & qui cum illo Alexandriæ fuerunt: ipse quoque Eusebius inter eos est, Asterius item; reliqui, Gaius ex Parathonio proximo Libiæ, Pragonis, & partis alterius Elearchiæ Ægypti, Ammonius, Pacnemuneus, & ex reliqua Elearchia Ægypti Agathodemõ Schediæ, & Menelaiti Episcopus, Dracontius parua Hermopolis, Adelphius Nupheos, quæ est in Lychnorum, Hermiõ Taneos Marcus Zygrorum proximè ad Lybiam, Theodorus, Athrybeos, Andreas, Arsencote, Paphnutius Saos Marcus Pylorum, Zoilus Andromenæ Antiphon, &c.* Posteà quoque eisdem litteris Synodalibus, & ipsi subscripserunt absentes, inter quos habetur Paulinus Episcopus Antiochenus.

12 Hactenus B. Luciferi Calaritani, vita, & gesta vsque ad cælebrationem Synodi Alexandrinę. Cætera in 2. parte discutientur.



PARS

PARS SECVNDA.

In qua post Synodum Alexandrinam, quid sentiendum sit de scismate tributo Lucifero, & de Authoribus antiquis, qui illud finxerunt, statuitur.

1 
X dictis constat, quanti faciendũ putarunt, magnus Athanasius, Eusebius Vercellensis, aliiq; Patres Sanctissimi, Luciferum Calaritanum secum pariter ab exilio reuersum: dũ de ijs ipsis, quas in Alexandrino concilio petractarint, definierintq; Ecclesię rebus, eundem, quẽ optime sciebãt Orthodoxo nomini addictissimũ ac Liberij Pape, sedisque Apostolicæ, Antiochiæ, tũc vices obeuntem, quã primum redderent certiorem? nunc cętera tãti Confessoris vitæ gesta, in hac secunda parte, suo ordine prosequamur.

2 His ita peractis, Eusebius Vercellensis post Concilium, Alexãdria soluens, Antiochiam ad Luciferum accessit: vbi dum esset, ingentis momenti cõtentiones, & simultates inter eosdem exortas, scriptores Græci, & ex Latinis vnus tantũmodo Ruffinus, enarrant; itaut ab inuicẽ discesserint; qua de causa Luciferũ Calaritanũ Episcopũ, schismatis, ac hæreseos nota inurunt: quin etiã, & Luciferianos, sicut ab ipso nomen sibi desumpsisse cognoscũtur: ita, & errorũ suorum originẽ, ex eodẽ hausisse volunt. Sed iã de his omnibus, vt verius ratio, eo magis inspici possit, eiusmodi scriptores, proprio ore, loquẽtes audiamus.

Quid Socrates, Zozomenus, & Theodoritus Auctores Graeci, quidue Ruffinus ex latinis, de scismate Luciferi Calaritani scripserint, ostenditur, quidue Cassiodorus, & Nicephorus. Cap. X V.

1 IN primis Socrates *lib. 3. cap. 7. sic refert. Eusebius verò Vercellarum Episcopus, statim post concilium, Alexādria decedens, Antiochiā contendit: ac cum Paulinum à Lucifero Episcopum designatum, populumque in duas factiones partitum offenderet (nam Meletij fauctores separatim conuentus fecere) vehementer propterea animo conturbatus fuit, quod electioni Paulini ab omnibus minimè esset assensum. Nam intra suam ipsius cogitationem factum illud damnauit ille quidem, sed prae reuerencia aduersus Luciferum rem tacitam habuit: & vt primum promisserat, se Episcoporum concilio conuocato, illis rebus rectè prospecturum, indè recessit. Postea verò quamquam admodū laborabat, vt partes dissentientientes ad concordiam adduceret; tamen illud nullo modo poterat efficere. Nam Meletius ab exilio reuersus, vbi eos, qui cū illo consentiebant, conuentus seorsum agere reperiebat, se illis ipse praefecit. Quin omnibus ferè Ecclesijs, quae ibi erāt, Euzoius Arianae secta patronus praefuit; Paulinus autem vnam solam obtinuit Ecclesiarum paruarum, quae erant intra Vrbem: ex qua quidem ipsum, Euzoius propter reuertentiam, quā versus illum habuit, non eiecerat. Meletius autem extra portas Ciuitatis conuentus celebrauit.*

2 *Id temporis ad hunc modum Antiochia discedit Eusebius, Lucifer verò, vbi acceperat suam electionem ab Eusebio improbari, contumeliae duxit loco, iniquoque admodum animo passus est: Proindè recusauit cum Eusebio communicare; studioque contentionis adductus, cōcilij decreta reiecit. Ista quidem tristibus, & afflictis Ecclesiae temporibus obuenientia, multos ad deficiēdum ab Ecclesia impulere. Vndè noua secta, quae Luciferiana dicebatur, nata est. Caeterum Lucifer suam iracundiam propterea saturare non poterat, quia sui ipsius responsis, quibus per Diaconum missis pollicitus, se decretis cōcilij contentum fore, omninò tenebatur astrictus: qua propter fidei, & sententiae Ecclesiae assentiēs, in Sardiniam ad propriam sedem se recepit. Quorum autem animi non minus, quam illius erat exulcerati: hi adhuc etiam ab Ecclesia segregati manent.* Hæc Socrates.

3 Theodoritus autem de ijsdem quoq; rebus ita testatur *lib. 3. cap. 5. Lucifer igitur diu Antiochia commoratus, discordiam adauxit. Eusebius autem aduentans Antiochiam, simul ac morbum; mala iā adhibita curatione, vix, aut ne vix quidem posse sanari intellexit, consensa naue, in Occidētem reuertitur. Lucifer quoque redit Sardiniam; capitque nouam quandam doctrinā doctrinae Ecclesiasticae adijcere. Vndè qui eam sint ample-*

amplexati, ex eius nomine, nomen traxerunt, suntque ad longinquum temporis spatium Luciferiani appellati. Hæc ille.

4 Græcis hisce duobus auctoribus, tertio loco addamus, & Sozomenum, qui de rebus à Lucifero Antiochiæ gestis, ita pertractat. *lib. 5. cap. 12. Hoc dimisso Cõcilio, Eusebius profectus Antiochiã, populum dißentione distractum reperit. Nam qui fouebant Meletio, in vnum cum Paulino cõuenire noluere, sed separatim agere conuentus. Et quamquam Eusebius grauiter, & iniquo animo patiebatur, quod Paulinus contra quem oporteret, absque omnium consensu creatus fuerat Episcopus: nequaquam tamen, Luciferum apertè incusauit, nè quid de eius fama detraheret: sed se ab vtriusque partis communione temperans, pollicitus est, ea se in cõcilio correcturũ, quæ vtrisq; offensioni esse viderentur. Ac dum populum ad cõcordiam adducere studebat; Meletius ab exilio reuersus; cum suæ opinionis fauctores ab alijs segregatos offendisset, seorsum cũ his, extra Vrbem; Paulinus autem cum suis intra Vrbẽ conuentus egit. Nam hunc, vtpotè mansuetum, & ob piam vitæ institutionem, ætatemque prouectam planè venerãdam, Euzoius sectæ Arianæ antistes, minime ex urbe reiecerat: sed vnam ei tribuerat Ecclesiam.*

5 *Eusebius autem, cum, quod animo instituerat, ne vtiquam consecutus sit decessit Antiochia. Lucifer verò se ab eo propterea contumelia affectum ratus, quod Paulini ordinationem minimè approbauerat, grauiter succensuit; & cum eo se communicare recusauit, & decreta Concilij Alexãdrini, velut ex contentione nata, insimulare aggreditur, quæ res vna causa, & origo fuit sectæ eorum, qui ab eius nomine Luciferiani vocabantur. Nã, qui vnà cum illo, his de rebus, grauiter offendebantur, se ab Ecclesia separarunt. At ille ipse, licet animo alienato, & cum primis offenso esset: tamen cum per Diaconum, quem vnà cum Eusebio miserat, confessus fuisset se decretis Concilij Alexandrini editis staturum, Ecclesiæ Catholicæ consentiens, Sardiniã reuertitur,* Et Paulo post superius, idem Sozomenus, de Hilarij opusculis agens, asserebat, & ista *lib. 3. c. 14. Hilarij autem libros de fide, etiam ab his, qui contrariam tuebantur fidei Catholicæ opinionem, admodum commendatos eße prædicant: in eodem numero fuit Lucifer, quem hæresis cuiusdam suo nomine nuncupatæ inuentorem fuiße fama est.* Ita Sozomenus. Verum à Græcis ista decerpsisse sit satis.

6 Ex latinis autem, qui ea etiam, quæ, & Græci citati scriptores de Lucifero Calaritano modo dixerunt, vnus tantum superest Princeps auctor Ruffinus, & is sentẽtiam suam hoc sermone declarãs: *lib. 1. cap. 30. Sed Eusebius cum rediisset Antiochiam, & inuenisset ibi à Lucifero contra Pollicitanionem ordinatum Episcopum, pudore simul, &* indi-

indignatione compulsus abscessit, neutri parti cõmunionẽ suam relaxans: quia digrediens indè promiserat, se acturum in concilio, vt is ordinaretur Episcopus, à quo pars neutra desciseret. Ille namq; populus, qui Meletium dudum de Ecclesia pulsum, quasi pro fide recta fuerat secutus, non iunxerat se ad priores Catholicos, id est, qui cum Eustathio Episcopo fuerãt (ex quibus etiam Paulinus erat) sed suum principatum, suumque conuenticulum tenuit. Hos ergo cũ in vnũ vocare voluisset, nec tamẽ (præuentus à Lucifero) potuisset, abscessit. Tũc regressus Meletius de exilio, quia cũ eo numerosior populus erat, Ecclesias tenuit: & ex eo iam propriam Synodum cum cæteris Orientalibus Episcopis habuit, nec tamen Athanasio iunctus est. Interim Lucifer iniuriam dolens, quod Episcopũ à se ordinatum apud Antiochiam non recepisset Eusebius, nec ipse recipere cogitat Alexandrini decreta Concilij, sed constringebatur legati sui vinculo, qui in cõcilio ipsius auctoritate subscripserat. Abijcere namquè eum non poterat, qui auctoritatem eius tenebat; si verò recepisset, omne suum frustrandum videbat inceptũ. Diù ergò de hoc, multumque deliberans, cum ex vtraque parte concluderetur, elegit, vt legato suo recepto, erga cæteros sententiam disparem, sed sibi placitam custodiret. Ita regressus ad Sardiniæ partes, siuè quia cita morte præuentus, tempus sententiæ mutandæ non habuit. (Etenim temerè capta corrigi spacio solent) siuè hoc animo immobiliter sederat, parũ firmauerim. Ex ipso interim Luciferianorum schisma, quod licet per paucos adhuc voluitur exordium. Huc vsque Ruffinus.

7 In hunc eundem ordinem recensendi venerant scriptores de Lucifero Calaritano itẽ tractantes; Aurelius Cassiodorus in sua tripart. lib. 6. c. 23. & Nicephorus Calisti, lib. 10. cap. 17. quos tamen ea de causa, silentio præterire voluimus, quia tam Cassiodorus, quam etiam Nicephorus ab ijs modò allatis Auctoribus suas historias conflasse cognoscũtur: & ideò huius rei veritas ab vtroque, nullo modo, peti poteſt; sicut etiam, neq; ab Aug. & Ambr. quia, cum vnus Hipone, in Africa, alter Mediolani, in Italia, in Occidente ambo cõmorarint, & scripserint, ea, quæ gesta sunt in Oriente de Lucifero, necessariò, relatione, hauserunt, ab ea, quam Ruffinus, seu alij hæretici, & Meletiani sparserant fama; de quorũ calculo, sicut, & aliorum recentiorum, qui contra B. Luciferum scripserunt, quid sentiendum sit, inferius in quarta parte huius defensionis examinabitur, respondendo ad obiecta Turritani; nũc de Socrate Sozomeno, Theodoreto, & Ruffino, & eorum sententijs iudicium feramus.

(∴)

Luci-

Luciferum Smirnensem, non Calaritanum fuisse authorem scismatis Luciferianorum. probabilis opinio proponitur. Cap. XVI.

1 SED antequam ad eorum discussionē deueniamus; notādum duximus, ab hac difficultate scismatis B. Lucifero tributi, paucis, se expeditu rū, qui negligens horum historicorum dicta, & auctoritatem, sequutus fuerit probabilem opinionē, videlicet, B. Luciferum Calaritanum, non fuisse authorem scismatis Luciferianorum, sed Luciferum Smyrnensem: ita tenuit S. Isidorus Hispalensis *lib. 8. ethimolog. cap. 5.* quē secuti sūt Gratian. vt habetur 24. 9. 3. in aliquibus excussionibus. Nauclerus; in suo chro. volumine 2. Erasmus Roterodamus, *in not. D. Hieron. contra Luciferianos, Ioannes Montholonius Eduensis to. 2. sui promptuarij diuini iuris, & vtriusque humani Pōtificij, & Cæsarei excuso Parisijs anno 1520. fol. 28. pag. 2. in principio*; extat in Bibliotheca S. Augustini Romæ Honorius Augustodunēsis Præsbyter, *lib. de hæresibus*, qui habetur in Bibliotheca veterum Patrū *to. 12.* & quamuis ab Andrea Scoto Soc. IESV, à quo omnia illa opera recensita, & aucta fuerunt, in margine appositum sit nomen *Calaris*, sed nō ad mentem huius authoris, qui solum dixit Episcopum Smyrnæ Luciferum, non verò Calaritanum. Amb. Staibanus Ordinis Eremitarum S. Aug. in suo libro *inscripto, Tempio del Ordine Agustiniano, par. 1. cap. 18. fol. 63.* & Bernardus Lutzemburgus *lib. 2. de hæreticis in litera L.* vbi de Luciferianis ait, tenuisse varios errores; verbi gratia; quòd Deus in Luciferi deiectione peccauerit, quod laicus veniēs ab Arianis deberet recipi, non Clericus: Et quod anima de carnis substantia sit propagata; imò, & locum D. Augustini: *de Agone Christiano cap. 30.* vbi meminit scismatis Luciferianorum, hic author explicat de Lucifero Smyrnensi authore, & similiter locum Ambrosij *de obitu Satyri fratris*; nec refert, quod ibi Ambrosius meminerit exulationis Luciferi, propter fidē; cum hæc nota in Smyrnensem etiam potuerit cadere: potuit enim esse vnus ex Episcopis exulatis, propter fidem: nam præter Eusebium Vercellensem, Luciferum Calaritanum, & Athanasium, fuisse alios exulatos à Constantio, apertē testatur Baron. *ad annum 361.* cum ait. *Nulla habita ratione exulum, eum, & plures etiam hæreticos, sed qui Arianis haud in omnibus cōsentirent, Constantius proscripsisset, ex æquo omnes iussit exilio relaxari.*

2 Nequé est, cur hæc opinio erroris notetur à Domino Cōstantino Caietano Abb. Benedictino in disquisitione, & defensione Sanctitatis B. Luciferi Calaritani

pag.

pag.46. secuto Reatin. *in schol. ad S. Hieron. to. 3 f. 362.* & Cornel. à Lapide, *in cap. 2. Apocalyp. fol. 52.* eo ductus fundamento, quod in loco citato S. Isidori, notariorũ, & typographorũ vitio, loco Sardiniæ, *Syrmiæ*, vel *Smyrnæ* posuerit; probat autem suam coniecturã authoritate Nicolai Aimerich. *in direct. Inquisit. part. 2. quæst. 6. nu. 55.* qui, cum ipsum locũ Isidori, quem citat. Gratianus, afferret, Luciferum Sardiniæ Episcopum, non *Smyrnæ*, vel *Syrmiæ*, expressè legit. Item ex duobus. *M. SS. codicibus Vaticanis, signatis nu. 623. & 624.* alter *Syrmiæ:* alter verò *Syrmiæ*, nõ autem Smyrnæ scriptum habet; sicut, & in opusculis eiusdem B. Luciferi Calaritani *lib. de non parcẽdo in Deum delinq. pag. 264. & 290.* pro Photino Syrmientiũ pseudo Episcopo, *Smyrnientium* apposuerunt.

3 Cõfirmat suam coniecturam rursus, quia ea, quæ de Lucifero, & Luciferianis scripsit S. Isidorus, ab August. prçsertim, & Hieronymo accepit, qui Luciferianos à Lucifero Calaritano exortos, & celebriter nominatos fuisse affirmarũt, *dialog. aduersus Luciferianos, & lib. 6. de hæresibus, ad quod vult Deum*; quibus sufragãtur supra relati scriptores Græci antiqui, cum alijs.

4 Similiter ait fuisse deceptum Nauclerũ *in suo Chron. vol. 2.* qui cum ibidem afferat, eũdem esse Luciferum, qui cũ Eusebio Episcopo Vercellẽsi, exilio multatus. Sed manifestè aberrare ostenditur; cũ ait, Luciferianos à Lucifero Smyrnç Episcopo nomẽ sumpsisse; quia hoc solum de Lucifero Calaritano affirmari potest.

5 Tandem hoc confirmat; quia Luciferi Calaritani ætate, post Photinum, Germonius ex Episcopo Zyzicensi, factus est Syrmiensis. At veró Ecclesiæ Smyrniensi, quod eiusdem nominis Lucifer, eo tempore, præfuerit, nullibi cõmemoratur; sed qui Concilio Niceno subscripsit, Eutychius dictus est; hactenus Caietanus.

6 Sed reuerà hæ coniecturæ nõ tollũt probabilitatem huius opinionis, quæ nititur authoritati S. Isidori clarissimi Ecclesiç Patris, & Hispaniarũ Doctoris, & alijs multis relatis auctoribus; vt patebit discurrendo per singula; nam id quod ait de notariorum, & typographorum vitio, locum haberet, si aliqua firma ratione, vel authoritate niteretur, B. Isidorũ in contraria fuisse opinione, vel si, ex seruato originali Diui Isidori constaret contrarium: cum igitur, nihil ex his verificetur, huius authoris, circa hoc coniectura, est spernẽda, sicut, & quod noster aduersarius autumat, scilicet, in antiquis Codicibus Isidori contrarium reperiri, nam hoc somniat, sed non probat, & idem præstat; quando asserit in eodem

sum-

ſummario, Luciferum Smyrnē-ſem fuiſſe hæreticum Arianum ſine aliquo auctore, vel fundamento; nam licet multi auctores dixerint, hunc fuiſſe auctorem ſectæ Luciferianæ, Arrianæ hoſtis, tamē illum fuiſſe hæreticum Arianum, nemo dixit, & ita ea facilitate, qua aſſeritur, contemnitur, & reijcitur: ſimiliter, quod Caietanus affert de Nicolao Aimerich, ad ſummum probat, ipſum correxiſſe locū Iſidori, iuxta ſententiam D. Auguſtini, quam ipſe profitebatur, an verò Diuus Iſidorus idem ſenſerit, planè reticuit.

7 Inſuper illud quod affert ex codicibus Vaticanis, & opuſculo S. Luciferi optimè ſuadet, potuiſſe committi æquiuocationem in illis nominibus *Syrmiæ*, vel *Syrmiæ* ſcriptorum incuria, propter ſimilitudinem, cum Smyrna. At vox, *Sardinia*, longè diuerſa eſt, & diſſimilis, notaque in Occidēte; & ideò non eſt veriſimile in omnibus codicibus, amanuenſes erraſſe, vt ſemper pro *Sardinia* Smyrnam, ſeu *Syrmiam* ponerēt.

8 Item illud, quod addit, Iſidorū accepiſſe ab Auguſt. & Hieron. quę ſcripſit de Lucifero, & Luciferianis, probatione caret; potuit enim ex alijs codicibus, vel Eccleſiæ Calaritanæ, vel Smyrnēſis monimentis, vel aliundè, id haurire, imó ſi ab Auguſtino hauſiſſet, qui præceſſit fermè ducentis annis, Iſidorum, *Luciferum Calaritanū* dixiſſet: ſicut Auguſtinus *lib. 6. de hæreſibus, ad quod vult Deū*; non verò Sardiniæ, cuius nunquā meminit Auguſtinus, cum de Lucifero egit; ſicut B. Hieron. *in Chron. ad annum 71.* numquam autem illum Sardiniēſem appellauit: & ita D. Iſidorus, ſi eos ſecutus fuiſſet, Luciferum Calaritanum non Smyrnēſem dixiſſet, quod non præſtitit, quod ſit veriſimilius, quia D. Iſidorus eiſdem ferè prorſus verbis vſus eſt, quibus D. Auguſtin. de Agone Chriſtiano, & ſolū in Lucifero Smyrnenſi, ab eo recedit, quod non feciſſet, niſi alterius in hoc fuiſſet ſententiæ, firmo aliquo fundamēto aſtrictus. Illud etiam quod ſubiunxit de Nauclero, minus probat, cum nō repugnet, etiam Luciferum Smyrnenſem, exulaſſe cum Euſebio Epiſcopo Vercellenſi, ideſt, eodem tempore, quo Euſebius, & alij plures Epiſcopi Catholici, exularūt, vt probatum eſt; nec refert, quod in Conc. Nicæno ſubſcripſerit Eutychius Epiſcopus Smyrnēſis cui potuit ſuccedere Luccifer Smyrnenſis, de quo loquimur. Nam ab anno 325. celebrationis Conc. Nicæni, vſque ad annum 355. in quo incęperunt, exilia Epiſcoporum Catholicorū, propter fidem Catholicā, & cauſam Athanaſij 30. anni interceſſerunt; in quibus Eutychius, nō ſolum vnum,

ſed

ſed plures potuit habere ſucceſſores, & inter eos Luciferũ Smyrnenſem, quod ſi huius nominis antiſtes, eo tempore, nullibi cõmemoratur, hoc nihil refert, cũ ſufficiat commemoraſſe S. Iſidorum, quem ab alijs excerpſiſſe certiſſimum eſt; aliàs merũ figmentum ſui capitis fuiſſet, quod de tali, ac tanto viro, & Sancto Doctore minimè credẽdum eſt. Ex quibus eneruantur omnia dicta pro Conſtantino Caietano contra hanc opinionem.

9 Licet autẽ hæc opinio ſit probabilis, propter dicta; tamen, quia in contrariũ ſtat authoritas Diui Hieron. & Auguſtini, qui S. Iſidorum fermè 200. annis præceſſerunt, & in eadem tempora B. Luciferi inciderunt; quibus, ideò illius tẽpeſtatis geſta, veriſſimilius eſt, fuiſſe notiora, & illis ſuffragantur relati, veteris Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, ſcriptores, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, Caſſiodorus, Nicephorus, & alij: ideò contrariam opinionem ducimus præferendam, ſcilicet, Luciferianos à Lucifero Calaritano, ob celebritatem nominis fuiſſe exortos, ſiuẽ nomen ſumpſiſſe; quod an eius errori, & ſciſmati, an impoſtorum hereticorum calumniæ tribuendum ſit, oportet in ſequentibus ſub incudem reuocare.

(✠)

De Socrate, & eius hioſtria iuditium.
Cap. XVII.

1 VT ergo ad eos, noſtra regrediatur oratio, quos paulò ante recenſuimus, auctores, de Lucifero Calaritano differentes; in primis de eorum fide, vel certi veritate, num conſtet, diligenti ſtudio perſcrutemur. Quod igitur ad Socratem ſpectat: fuit ille ſcolaſticus, Cõſtantinopolitanus, ſcripſitq; hiſtoriã à Magno Conſtantino ad Theodoſium, & Valentinianum Imp. hoc eſt *ab anno Christi 306. ad 439.* eamque libris ſeptem complexus eſt: qui licet in multis verus probetur, fidusque rei geſtæ deſcriptor, multis etiam, hiſtoriam ſuam erroribus fœdaſſe; ac tũ in primis erga Eccleſiam Occidentalem ſatis infenſum ſe demõſtraſſe, omnibus, qui eiuſdem ſcripta percurrent, clariſſimum fiet. Ne tamen id, quod aduerſus illum aſſerimus, parum ſincerè, & circumſpectẽ dictum videatur, per multos, hoc loco, ex ipſius libris, decerptos, adnotaremus errores, niſi Card. Baronius, in ſuorum annalium *tomis 3. 4. 5.* compluribus locis, eoſdem redarguiſſet, ideoque nos conſultò eos referre prætermus.

2 Porrò Socratẽ ipſum Nouatianis hæreticis adſcribendũ eſſe, ipſomet aſtruente, *lib. 4. cap. 9. lib. 5. cap. 14. 20. & 21. lib. 7. cap. 17.* non eſt cur dubitemus: erga Origeni-

geniſtas,etiam procliuiorē fuiſſe, idem ipſe demonſtrat *lib. 6. cap. 7. & lib. 7. cap. 27. &c.* Siquidem ille Nouatianorū laudes nō modo deſcribit; ſed etiam ab eiſdem decreta commēta mordicus tuetur: tum præcipuè, dum, Theodoſio vna cum Valētiniano Imperante, vt Patrū Catholicorum opera, coercerentur hæretici cuiuſcūque ſectæ, Conſtantinopoli *A. C. 383.* coacto concilio (addit idem Socrates) ob rem inibi præclaré geſtam, concilio Syſinnij Nouatiani, Theodoſium ipſum, eiſdē Nouatianis fauiſſe, paſſumquè eſſe; Eccleſiam Conſtantinopoli habere: conuentus agere: fruique priuilegijs, quæ Catholicis impertita fuiſſent. Hoc inquā redditur falſiſſimum, ſi leges à Theodoſio *l. 2. de Apoſt. l. 11, 12, & 20. de hæret. cod. Theod.* mox Sanctitatem, quibus iure optimo, pelli iuſſit hæreticos omnes, inſpiciamus.

3 Eiuſdē farinæ ſunt, quæ paulò poſt, idem Socrates, falſā quadam aſſumptione, autumabat, *lib. 5. c. 20.* licuiſſe nēpé cuilibet, abſque diſpendio Catholicę veritatis, celebrare, qua die, Paſcha vellet. Hęc ſané ille, vt ex eo, ipſe Nouatianus, ſuos Nouatianos excuſet Epiſcopos, vnius occaſione Sabbatij in tranſuectum acti. Atque, dum etiam ſubdit, quod ad ritus ſpectat Eccleſiaſticos, peculiares licere ſuos cuique vendicare, magnopere quidem errore labitur.

4 Sed, & illud perperam proſequitur Socrates, *lib. 6. cap. 12.* dum inter alios Sāctiſſimos viros, Methodium Epiſcopū, & martyrij gloria inſignem ſugillans ait, illū ante vituperaſſe Originem, poſteà verò commētario edito prædicaſſe; cum, auctore Euſebio Origenis patrono, contrarium proſus acciderit; nempè, vt cum eum primum laudaſſet, mox cōtra ipſum, librū elaborarit. Eiuſmodi lucubrationes Methodij, meminit, *de ſcript. Eccleſ. in Methodio;* S. Hieronymus, dum ab eo edita recenſet ſcripta: ex quo libro quamplurima citat, S. Epiphanius *hæreſ. 68.* dū errores confutat origenis.

5 Alia demū huiuſmodi multa à Socrate præpoſterè dictata, omittentes, illud vnum ſilentio præterire; haud quidē potuimus, quod ab eodem Socrat. *lib. 7. cap. 13. 14. & 15.* Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus, vir Apoſtolicus, ac Sanctiſſimus, ſæpè ſæpius perſtringitur, ac in crimen vocatur ſcelerum patratorum. Quid profectò de Cyrillo abſurdius dici poteſt? cuius prȩconia non vnius tantum, vel alterius inueniūtur teſtimonio comprobata, ſed duorum Oecumenicorū Cōciliorū Epheſini, & Chalcedonenſis actibus celebrata, atque firmata. At Nouatianæ ſectæ addictus homo, erga Cyrillum parū

æquus fuit, quod ille statim, vt est creatus Episcopus, acre bellum aduersus Nauatianos excitauit, qui tolerati ad eam diem fuerãt; prout idem auctor vbi *sup. cap. 8.* queritur. Hæc contra rei veritatem à Socrate recensita, ex multis alijs, quæ afferri possent, notasse sufficiat, vt quale de eo, iuditium fieri debeat, cuius facilius pateat. Vndè in eo quod ait de nostro Lucifero, scilicet, quod fidei, & sententię Ecclesiæ assentiens, in Sardiniam ad propriam sedem se recepit; accipimus quod dat; in eo verò quod ait, suam electionem fuisse improbatam ab Eusebio; & ideò inter eos ortam dissensionem, cap. 23. falsum esse ostendetur. Nũc ad Theodoretum accedamus.

De Theodorito, & eius historia iuditium. Cap. XVIII.

1 Commentarios suos Theodoretus, alijs Theodoritus, & ipse Græcus, Cyrensis Episcopus, libris quinque partitus est, descripsitque ea, quę ab obitu Licinij Imper. & anno ferè Christi 328. ad Theodosium, & Valentinianum Imp. propè *A.C. 427.* contigere. Cæterum Theodoritus, licét à parẽtibus Deo dicatus, numeros, magna cum laude monasticæ institutionis; absolue rit; consuetudine tamen Theodoriti Mopsuesteni, ac Diodori Tarsẽsis Pseudo Episcoporum, tantam gloriam obumbrauit; obnubilauit verò ex Nestorij hæresiarchæ amicitia, obscurauitque pœnitus, ex suscepto, aduersus S. Cyrillum Episcopum Alexandrinum, eiusdẽ hæresiarchæ, patrocinio. Sed aspirante deindè Dei benignitate, diuini spiritus aura, effulgentibus rursus in cor eius diuinæ gratiæ radijs, iterum ad Ecclesiæ gremium reuersus est. Plura de his habeas ex Concilijs generalibus, Ephesino, & Chalcedonensi. Iustinianus autem Imperator in eo edicto, quod fidei confessionẽ continet, *ad Ioannem II. Papam* inter alia sic ait; *To. 1. concil. pag. 1062. edit Colonien. Si quis defendit cõscripta Theodoriti, quæ exposuit pro Nestorio heretico, aduersus rectam fidem, & Ephesinam primam Sanctam Synodum, & S. Cyrillũ, duodecim eius capitula: in quibus sceleratis conscriptis, idem Theodoritus, affectualem dixit vnitatẽ Dei verbi ad hominem quendã, de quo blasphemans dixit: quod palpauit Thomas eum, qui resurrexit, & adorauit eum, qui resuscitauit, & propter hoc impios vocat Doctores Ecclesiæ, qui vnitatem secundum subsistentiam Dei verbi ad carnem confitentur: & super hæc Dei Genitricẽ abnegat Sãctam, & Gloriosam semper Virginem Mariam. Si quis igitur memorata conscripta Theodoriti defendit, & non anathematizat ea, talis anathema sit. Propter tales eius blasphemias*

mias ab Episcopatu deiectus est, & postea in Sancto Chalcedonensi Concilio compulsus est omnia cantraria, memoratis suis conscriptis, facere, & rectam fidem confiteri. Hactenus de Theodorito Iustinianus Imp.

2 Esto, Catholicis adnumeremus Theodoritum: nihilominus in conscribenda historia, nec ille Socrate fœlicior censeri debet, in veritate perscrutanda, vel sectanda falsitate. Etenim in rebus, quas calamo congerendas accepit, nō simplicem, ac sincerū in omnibus, sed fucatum, ac dissimulantem sæpenumerò se manifestat: sed exemplis rem declaremus.

3 Scripta fuit Synodalis Epistola à Damaso, ex Romano Concilio, ad Paulinum Episcopum Antiochenum, quæ continet anathematismos aduersus omnes adhuc oblatrantes hæreses: eam cum intexuit Theodoritus, loco non suo, in historia, pro Paulino Antiocheno, posuit Paulinum Thessalonicensem, ne videlicet ex illis saltem litteris cōmunicatio Damasi cum Paulino Antiocheno conuinci posset (Fuit enim Theodoritus nimis addictus Meletio, & ideò Paulino Antiocheno, & nostro Lucifero infensus) latina omnia exemplaria, quæuis consulantur antiquitus scripta, atque etiam typis excussa, habēt Paulinum Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum: Theodoritus autem ita disertis verbis eius, epistolæ titulum ponit *lib. 5. cap. 11. Confessio fidei Catholicæ, quā Damasus Papa misit; ad Paulinū Thesalonicæ Vrbis Macidiæ, siuè Macedoniæ*; ita ibi, & perperam quidem, quisnam, quęsò, dixerit textum vnū Græci auctoris præferendum sexcentis latinis, in rebus præsertim primū latinè cōscriptis, in Ecclesia ipsa latina? Manifestus etiam in nomine conuincitur error: nam tempore, quo Damasus Summus Pontifex erat, & Paulinus Antiochiæ Episcopus, Acholius, Sāctitate clarissimus, erat Episcopus Thessalonicensis, qui vnà cum Paulino, Epiphanio, & alijs compluribus Orientis Episcopis, Romam ad Synodum se contulit: & apud Theodoritū vbi *sup. cap. 9.* inuenies idem nomen Acholij, in Epistola Synodali Cōcilij Cōstantinopolitani, eadem ætate, coacti.

4 Paulino, in Ecclesia Antiochena, successit Euagrius; cuius electionem, vt latè probat Card. Baronius *Annal. tom. 4. ad A.C. 389. pag. 604.* ratam habuit Syricius Papa, ac pro eo Imperatorem Theodosium appellauit. Porrò, quid de his Theodoritus, propensior nimis, erga Flauianum, conscribat, audiamus *lib. 5. cap. 23. Ne Paulino quidem iam mortuo, simultas compressa est: Sed, cum Euagrius sedem post illum obtinuisset, non destiterunt inimicitias cum magno Flauiano exercere: idque cum Euagrius*

contra legem Ecclesiæ designatus esset: quippe solus Paulinus eum ordinauerat: in qua re complures simul canones violauit. Hęc quidem, quæ dicit, de ordinatione Euagrij facta, viuente Paulino, Theodoritus; repugnāt omninò his, quæ à Socrate *lib. 5. cap. 15.* & à Sozomeno *lib. 7. cap. 15.* dicuntur: affirmantibus, non nisi post Paulini obitū tentasse auditores eius, subrogare in locum ipsius Euagrium: per multa in super eiusdem errata enumerat, exploditque Card. Baronius *Tomis præcipuè 3. 4. & 5. suorum Annal.*

5 Hic solum addimus in his, quę de nostro Lucifero asserit, manifesté conuinci falsitatis; nam hęc dotrina noua, quam ait fuisse excogitatam à Lucifero post reditum eius in Sardiniam, vel fuit aliquis error, ex his, qui Luciferianis tribuūtur; vel alius, vel doctrina non continens errorem, sed tantum nouitate suspecta, aut superflua; Primum dici non potest, quia Theodoretus ait, illam doctrinam posteà in obliuionem deuenisse; quod indicat, ipsum loqui de aliqua doctrina, quæ in hominum manus nō deuenerit: non de his erroribus Luciferianorū, quorum plures meminere, & quos scriptis reliquerunt; nec potuerūt esse alij errores Luciferi, quia Sancti Patres, qui Luciferianorū errores insectati sunt eos connumerassent, vel indicassent, vt S. Hieron. S. Aug. & alij: ergo superest vt Theodoretus dicat, à Lucifero fuisse editas post reditum suum in Sardiniam, aliquas commētationes Theologicas, quæ ab ipso dicūtur esse, præter doctrinam Ecclesiæ: sed cum Theodoretus ipse nō fuerit semper tutæ doctrinæ; Lucifer verò sēper habitus sit auctor doctrinę tutissimæ, & saluberrimæ, vt ex Athanasij Epistola apparet, non est dubium, quia, si quæ comentationes editę fuissent à Lucifero, quæ Theodoreto displicerent, illi, quam huic fidendum esset, ac pro illo contra hūc accusatorem ferenda sententia: pręcipué cum, constet ex Augustino lib. de hæresi: ad quod vult Deum, Luciferum ab Epiphanio, & Philastro, qui omnium hæresum sui tēporis meminere, nullo modo fuisse numeratum inter hæreticos.

6 Nec est prætereundum cōtra hoc testimoniū Theodoreti aduersus Luciferum, eius dictum aduersari alijs Historicis Græcis, imò, & latinis, qui causam schismatis Luciferi, non nouā doctrinam ab eo excogitatam, post reditum in Sardiniam, sed dissensionem cum Eusebio Antiochię, propter electionem Paulini, esse astruunt; vel sensisse cōtra decretum Concillij Alexandrini quo fuit statutū esse restituēdos Episcopos lapsos ad sedes suas; quæ etiam falsó fuisse illi imposita, inferius

ferius ostendemus. Nunc ad Sozomenum veniamus,

De Sozomeno, & eius historia iuditium, Cap. XVIIII.

1 HErmias Sozomenus, Græcus etiam, Salaminius, historiam suã ab Imperio Magni Constantini, ad Theodosium, & Valentinianum Imp. annorũ fermè 130. resgestas continentẽ, quam, & libris nouem distinxit, exorsus est. In ijs, vt de Socrate dicebamus, hæreticorum Nouatianorum errores explicat, ac sectatur, *lib. 2. cap. 30. lib. 6. c. 9. &c.* immò eorumdem laudes, vtpotè eidem sectæ addictus, prædicat, & extollit. Ad hæc, erga Origenistas procliuiorem, quam par est, etiam se fuisse ostendit *lib. 8. cap. 11. & ix.* Exquibus reuera licebit inferre in Sozomeni scriptis, multa quoque haberi posse, quæ mendatij, ac falsitatis redarguantur. Isthæc tamẽ exemplis comprobemus.

2 Sozomenus *lib. 3. cap. 5.* itaq; inter alia, Eusebio Episcopo Emiseno, Arianis addictissimo, piam tribuit vitam, atque miracula, hæcq; omnia testificatione Georgij Laodiceni, de eo plura scribentis, nimis facilè rem tantam, tali teste, dignam putauit, quæ suis scriptis commẽdaretur posteriorum memoriç, & Ariano homini existimauit esse credẽdum; Ariano itidem miracula tribuẽti, in re tam graui tam leuiter? Nonnè hic ille est Georgius Præsb. Alexãdrinus, qui ab Alexandro Episcopo Alexandrino, tùm ob Arianam hæresim, tùm etiam ob nefanda crimina à gradu deiectus est, & posteà Eusebianorum arte, in Ecclesia Laodicena, defuncto Theodoto, factus fuit Episcopus? sed, & illud, quod subdit Sozomenus, eundem Eusebium inuidiæ causa, de Sabellianismo intitulatum, vnde, quæsó, id verum esse constare potest; cum certum sit, eumdem Eusebium fuisse Arianorum alumnum, ac per necessarium; Arianamque hæresim Sabellianæ, ex diametro repugnantem, magno studio consectatum. Id quidem eius vitæ consuetudo in primis indicat, qua sẽper Arianis cõiunctus fuit, quod maiores non latuit, qui absque vlla cõtrauersia in Arianorum classem hominem reiecerunt; Vndè Sãctus Hieronymus de eo in chron. *Eusebius Emisenus, Arianæ signifer factionis, multa, & varia conscribit*, & apud Theodoritũ in Impatib. *Eranistes dicenti hæc Ortodoxo: Eusebium fortasè audisti, qui Emesæ Vrbis ad Libanũ fuit Pontifex? Respondit: Incidi in aliquot eius scripta, & inueni eum valdè consentire cum Arij dogmatibus. Ad hæc Orthodoxus: Is erat illius sectæ, &c.* Hæc dixisse volui contra eos etiam, qui Eusebij Emiseni nomine, qualdã eden-

edentes homilias, ipsum beatitudinis titulo insignem reddiderũt: atque, & Petrum de Natalibus Episcopum Equilinum, qui eumdem inter Sanctos recensitum, perperam habet *in Catal. Sanct. lib. 7. cap. 63.* Decepti hi omnes fuerunt, Sozomeni auctoritate, quem scitè oportuit cõfutasse, ne amplius imperitis errãdi ansam præbeat.

3 Huic, & illud adijcias de re itidem maximi põderis, Sozomeni erratum. Nam dum ipse Athanarici Gothorũ Regis, in Gothos Christianos persecutionem describit *lib. 6. cap. 37.* affirmare non veretur, eos, qui Tyranni gladio sæuiente, percussi sunt, ac martyrij laurea donati, Arianæ hæresis labe fuisse cõspersos. Augustinus autem, cui magis quam Nouatiano Sozomeno fidem adhibendam esse, dubitare non licet: cum etiam his tẽporibus vicinior fuerit, rem suo testimonio exploratam reddidit; hisce verbis, *De Ciuit. Dei lib. 18. cap. 52. Rex Gothorũ in ipsa Gothia persecutus est Christianos, crudelitate mirabili, cum ibi non essent nisi Catholici, quorum plurimi martyrio coronati sunt: sicut à quibusdam fratribus, qui tunc illic pueri fuerant, & se vidisse incunctanter recordabantur, audiuimus.* Huc vsque Augustinus. Sed, & Hieronymus in Chron. *Athanaricus* (ait) *in Christianos, persecutione commota, plurimos interficit, & de proprijs sedibus in Romanorũ solum expellit.* Hieronymi sententiam Orosius *lib. 7. cap. 7.* (cui cum S. Augustino arcta intercessit necessitudo; cuiusque scripta Gelasius Papa commendat, *15. dist. Sancta Rom. Ecclesia*) clariorem sic efficit: *Athanaricus Rex Gothorum, Christianos in gente sua crudelissimè persecutus, plurimos barbarorum, ob fidem interfectos, ad coronã martyrij sublimauit: quorum tamẽ plurimi, ad Romanum solum nõ trepidi, velut ad hostes, sed certi, quod ad fratres, pro Christi confessione fugerunt.* Ita Orosius.

4 Denique, vt vnico verbo, rem omnem absoluam, Sozomenus multa congerit in sua historia, quę à veritatis scopo longè distare cognoscuntur. Horum nonnulla numerat, reijcitque Card. Baronius *Tomis 3. 4. 5. suorũ Annalium.* Qua de causa S. Gregorius Papa ad Eulogium Episcopum Alexandrinum scribens, sic ait, *Regist. lib. 6. Epist. 31. Sed ipsam quoq; Sozomeni historiam sedes Apostolica recipere recusat: quoniã multa mẽtitur, & Theodorum Mopsuestiæ nimium laudat, & vsque ad diem obitus sui magnum Doctorẽ fuisse perhibet* (*lib. 8. cap. 2.* sed plura his, in duobus eius alijs libris, qui desiderantur) *Restat ergo, vt si quis illam historiam recipit, Synodo piæ memoriæ Iustiniani temporibus, de tribus capitulis factæ, contradicat. Qui ergo huic contraria dicere non*

valet

valet, illam historiam necesse est, vt repellat. Hæc Gregorius. Attamẽ ex hoc redarguendus est, Melchior Canus, qui eundem Magnum Gregorium audacter nimis historiarum ignorantiæ sugillauit *loc. Theolog. lib. 11 cap. 6. circa finem:* dum; quæ apud Theodoritũ de laude Theodori Mopsuesteni reperiuntur, Sozomeno Gregorium tribuisse rem ignorãs; ipse putauit. Non attendit autor iste, desiderari duos Sozomeni libros in quibus de Theodoro illo, tractabatur historia.

5 Nec verò alium à S. Gregorio, contrarium sensum habuit S Gelasius Papa, dum Eusebij historiã, inter apocrypha reiecit; *15. dist. Sancta Rom. Ecclesia;* Sozomeni verò, aut Socratis, & aliorum huiusmodi monimẽta silentio prætermisit. Non enim Catholicorum, siue hæreticorum, aut schismatorum scripta omnia nominatim probanda, vel improbanda suscepit, eo loci, Gelasius. Sed, & optimè quidẽ vtriusque meminit, cum de Catholicis primum statuens, inquit, vbi supra *Opuscula atque tractatus omnium PatrũOrthodoxorum, qui in nullo à S. R E. consortio deuiauerunt, legenda decernimus.* Et Paulo post de hæreticis: *Quæ ab hæreticis conscripta, vel prædicta sunt, nullatenus recipit Catholica, & Apostolica Ecclesia Romana.* Hæc ille.

6 Nec est (vt id quoque obiter attingamus) quod quis calumniosè agens, arguat esse reijcienda, quæ produuntur ab hæreticis fuisse narrata. Etenim qui his respondeat, vnus, cui nemo ob auctoritatem, atque doctrinam refragari possit: idem S. Gelasius Papa, in medium accedat: ipse enim in tomo de vinculo anathematis ista habet: *Nũquid nã ipsorum hæreticorum libris, non multa, quæ ad veritatem pertineant, leguntur? Numquid nam veritas, quæ in illis incerta est, non negatur? Ait 1. Thess. 5. Apostolus: Omnia probate, quod bonum est, tenete, &c.* Sic nos assentimur hisque Sozomenus, de B. Lucifero dixit, scilicet Catholicæ Ecclesiæ consentientẽ in Sardiniam reuertisse; alienationẽ verò eius ab Eusebio, propter electionẽ Paulini, sicut fuisse inuentorem cuiusdam hæresis, tamquã falsa improbamus, tùm ex nuper dictis contra Theodoritum, tùm ex dicendis *cap. 23.* sed hæc hactenus; ad Ruffinum modo accedamus.

De Ruffino, & eius historia iuditium. Cap. XX.

1 RVFFINVS Aquileiensis, Torani Monasterij Monachus, & Præsbyter, opuscula quamplura conscripsit, edidítq; veruntamen hoc loco nos de historicis tãtum verba faciemus. Is etenim in primis cum Eusebij

Cæsa-

Cæsariensis historiam latinitate donauit(vt Io.Christophorsonus Ciceſtrēſis Episcop. recētior, sed benè oculatus interpres inspexit, *Præfat.ad Euseb.*) multa quidem prætermisit, deque suo non nulla miscuit, atque cōplura, quasi non recte collocata mutauit, vt eamdem reddiderit, propemodum alteram: duobus vero libris, quibus res gestas à tempore Nicæni Concilij, vsque ad obitum Theodosij prosecutus est, quam ieiunè, et haud in omnibus, tuta fide, cuncta percurrerit, ex his, quæ inter multa dici poterunt, palam fiet.

2 Itaque Ruffinus de Sāctissimis Episcopis Eusebio Vercelensi, & Hilario Pictauiēſi, cum ambo ab exilio in Occidentē reuersi sunt, hæc testata reliquit *lib. 1. cap. 30. 31. Eusebius verò circumiens Orientem, atque Italiam, medici, pariter, & Sacerdotis fungebatur officio: singulas quoque Ecclesias, abiurata infidelitate, ad sanitatem rectæ fidei reuocabat. Maximè quod Hilarium, quem dudum cum cæteris Episcopis in exiliū trusum esse memorauimus, regressum iam, & in Italia positum, hæc eadē, erga instaurandas Ecclesias, fidemque patrum reparandam, reperit molientē.* Et Paulo inferius: *Ita duo isti viri, velut magnifica quædam mundi lumina, Illyricum, Italiam, Galliasque suo splendore, radiarunt, vt omnes, etiam de abditis angulis, abstrusis, hæreticorum tenebræ fugarentur.* Hactenus Ruffinum audiuimus hosce duos Sanctissimos Episcopos, eorumdemque labores Apostolicos describentem, ac commendantem. At quid ipse commentus sit, S.Hilario contigisse (vt de Eusebio modo taceamus) cum vni ex ijs Synodis, quæ in Gallia sunt conuocatæ, post Ariminense Conciliū, interfuit, S.Hieronymus eius figmentum explodens, narrat his verbis *Apolog. 2. aduers. Ruffin. Nō ei sufficit Græcos, & antiquos calumniari, de quibus pro vetustate temporum, & longinquitate regionum, habet licentiam, quidquid voluerit mētiendi: venit ad latinos, & primum ponit Hilarium Confessorem, quod post Ariminensem Synodum liber illius falsatus ab hæreticis sit: & ob hāc causam, cum in Cōcilio Episcoporum ei quæstio moueretur, proferri librum de domo sua iußerit, qui nesciente se, inscriptus auctor libri excomunicatus de concilij conuentione discesserit.* Hęc S. Hieronymus, ex Ruffino, de Hilario. *Sed tantæ* (subdit idem S. Hieronymus) *Ruffinus auctoritatis se putat, vt cum hoc, familiaribus suis narrat, somnium, nemo ei contra Confessorem ista simulanti, audeat contradicere. Responde, quæso: Synodus in qua excomunicatus est, in qua vrbe fuit? Dic Episcoporum vocabula; profer sententias subscribentium, vel diuersitatem, vel cōsonantiam. Doce, qui, eo anno, Consules fuerint; qui Imperator hanc Synodū iusse-*

iusserit congregari; Galliæ ne tantum Episcopi fuerint, an & Italiæ, & Hispaniæ: vel certè, quam ob caussam, Synodus congregata sit: nihil horum nominas; sed virum eloquentissimum, & contra Arianos latini sermonis tubam, vt Origenem defendas, excommunicatũ à Synodo, criminaris. Sed confessoris calumnia, vtcumque toleranda est: transit ad inclitum martyrem Cyprianũ, &c. Ista S. Hieronymus ad refellendam de S. Hilario, à Ruffino cõfectam fabellam, & imposturã.

3 Erroris etiam arguitur Ruffinus, dùm ait, à Gregorio Naziãzeno subductum Basilium Magnum, è Doctoris cathedra, manuque iniecta, secum in Monasterium esse perductum. *Quique, cũ se totũ* (inquit Ruffinus de Nazianzeno Gregorio) *Dei seruitio mancipasset, tantum de collegæ amore præsumpsit, vt sedentem Basilium, de Doctoris Cathedra deponeret; ac secum Monasterium, manu iniecta, perduceret.* Ita Ruffinus: sed profectò à vero aberrauit. Discessit namque prior Athenis Basilius, cum Gregorius vix, vt remaneret, potuerit inuitus compelli. Id, non solũ Gregorij vitæ scriptor, Gregorius Presbyter est cõtestatus; sed etiam eiusdem Naziãzeni Gregorij testificatione exploratũ habetur. Sic autem ait de Basilio loquens, Monad. in laud. Basil. *Ille enim causam de regressione depromẽs, superior visus est contentione, ac vi etiam detinentium, ideoque illi permissus est reditus. Ego verò Athenis derelictus sum partim languens, partim autem (nam verum dicatur) proditus ab illo persuadẽte, vt dimitterem, non dimittẽtem, cederemque trahentibus. Res priusquam fieret, nequaquam credenda: Siquidem facta est incisio corporis vnius in partes duas, & mortificatio amborũ.* Confirmat hæc idem S. Gregorius, dùm vitam suam iambicis, versibus describit.

4 Verum enim verò anfractus hosce Ruffini, nobis considerantibus, opportunè in mentem hic veniũt verba S. Hieronymi, Ruffini imperitiam sigillantis, cùm post multa sic ait. Apol. 1. aduers. Ruffin. in fine. *Deniq; & ego scripta tua relegẽs; quamquam interdum nõ intelligam, quid loquaris, & Heraclitum me legere putem; tamen non doleo, nec me pænitet tarditatis: Id enim in legendo patior, quod tu pateris in scribendo.* Et alibi Apol. 3. ad eũdem: *Tantam habes Græci, & Latini sermonis scientiam; vt Græci, te Latinum, & Latini Græcũ putent.* Sed hæc, quæ S. Hieronymus de Ruffino affirmat, minoris certé sunt, ac leuioris momenti, ijs quæ modò subijcientur.

5 Illud prætereà maxima dignũ est animaduersione, quod Ruffinus origenis hęreseõ athleta extitit, ac patronus præcipuus, & haud quidẽ remissus, vel segnis, sed audacissimus; vt latè demon-

strat S. Hieronymus, tribus à se editis Apologijs aduersus eumdẽ. Ruffinus namque, eas origenis hæreses, sub pietatis inuolucro, é Palæstina cum Melania Romam rediens, primus induxit in vrbẽ. De quo S. Hieronymus ità testatur *Dialog aduers. Pelag. 4. Ruffinus, non vni Vrbi, sed Orbi blasphemias origenis, & περὶ ἀρχῶν libros quãtùm in se fuit, intulit: ita vt Eusebij quoq; primum librum defensionis Origenis, sub nomine Pãphili Martyris ederet; & quasi ille parum dixisset, nouũ pro eo volumen euomeret.* Et rursus in eũ *Apol. 1. aduers. Ruffin. Cur.* inquit. *translaturus hæreticã defensionem eorũ, præmittis quasi martyris librum; & id Romanis auribus ingeris, quod translatum (περὶ ἀρχῶν) totus Orbis expauit?* Hieronymo suffragatur Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus, qui ad Ioãnem Hierosolymorum Episcopum scribens sic attestatur: *Epist. 60. Te autem, frater, liberet Deus, & Sãctum populum Christi, qui tibi creditus est: & omnes fratres, qui tecum sunt, & maximè Ruffinum Presbyterum, ab hæresi Origenis, & ab alijs hæresibus, & perditione earum.* Hæc S. Epiphanius.

6 Ruffinus igitur tantum abfuit, vt parato, à S. Hieronymo, antidoto curaretur; vt potius post Origenis errores; quos fouit, Pelagianæ hæresis aspides ex eis abortos, percaram sibi sobolem enutrierit. Etenim proprium est hæreticorum, semper indeterius ferri, quo vsque in immũ impietatis prolabantur. Quod autem ipse Ruffinus, Pelagianæ hæresis etiam labe conspersus fuerit, ex Actis Concilij Carthaginensis à S. Augustino relatis, *de peccat. Orig. cont. Pelag lib. 2. cap. 2. & 3.* apertissimé colligitur. Carthaginem enim, cum aliquę quæstiones, per Cælestium primariũ Pelagij Discipulum essent allatæ; atque pugnaciter defensæ, cum auctore quoq; iudicio Ecclesiastico sunt condemnatæ. Igitur dum aduersus Cælestium in Concilio ageretur, *Aurelius Episcopus dixit: sequentia recitentur (libelli videlicet Calestij) & recitatum est, Quod peccatum Adæ ipsi soli obfuerit, & non generi humano Et cum recitatum esset, Calestius dixit. Dixi de traduce peccati, me dubium esse: ita tamen, vt cui donauit Deus gratiam peritiæ, consentiam: quia diuersa ab eis audiui, qui vtique in Ecclesia Catholica constituti sunt Præsbyteri. Paulinus Diaconus dixit: Dic nobis nomina ipsorum; Calestius dixit: Sanctus Præsbyter Ruffinus Romæ, qui mãsit cum Sãcto Pammachio. Ego autem audiui illum dicentem, quod tradux peccati non sit, &c,*

7 Quamobrẽ Anastasius Papa, iure optimo, Ruffinum à cõmunicatione Sanctæ Ecclesiæ reiecit. Vnde ipsemet Sanctissimus Pontifex, interpellatus litteris Ioannis Hierosolymorum Episcopi de

de causa eiusdem Ruffini, inter cætera ita rescripsit: *To. 1. Epist. Rom. Pont. & apud Hieron. Tom. 9. Itaq; frater charissime, omni suspicione seposita, Ruffinū scito, quod propria mente, Origenis dicta in latinū transtulit, ac probauit: nec dissimilis ab eo est, qui alienis præstat assensum. Illud tamen scire cupio, ita haberi à nostris partibus alienum, vt quid agat, vbi sit, nescire cupiamus: ipse denique viderit, vbi possit absolui*. Hactenus Anastasius Papa: cuius etiā damnationis sententiæ in Ruffinum inflictæ, meminit Sāctus Hieronymus in Apologia prima aduersus eumdem.

8 Hac de re, quoq; Ruffini scripta, meritò quidem censuræ Sancti Hieronymi, Gelasius Papa subiecit; dum in Romano Concilio ita definitū reliquit *15. dist. Sancta Rom. Ecclesia. Ruffinus vir Religiosus, plurimos, Ecclesiastici operis, edidit libros, nōnullas etiam scripturas interpratatus est. Sed quoniam B. Hieronymus, eum in aliquibus de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quæ prædictum Beatum Hieronymum sentire cognouimus*. Ita Gelasius: cuius nè mouearis nomēclatura; dùm Ruffinum ipsum, iuditio Ecclesiastico prædamnatum, virū Religiosum appellat: Eo enim titulo, ipsum Monachū voluit demonstrasse. In præsenti verò narratione circa schisma B. Luciferi, & causam eius manifestæ conuincitur falsitatis; exdicēdis inferius cap. 23. multò magis, in eo quod dixit, cita morte præuentum Luciferum, nō habuisse tempus mutandæ sententię, cum ab anno 362. in quo tribuitur illi initium schismatis; vsque ad annum 371. in quo, iuxta Chronicon B. Hieron. D. Lucifer obijt, nouē intercesserint anni. Sed tādem de Nicephoro, quidpiam attingamus.

De Nicephoro, & eius historia iuditium. *Cap. XXI.*

1 Nicephorus Calixti filius, Xanthopolus, recentior auctor, quippé, qui ante trecētos ferè annos, in humanis agebat: quæ de huiusmodi Luciferi Calaritani rebus, memoriæ tradidit ab istis quos modò vidimus Græcis etiam scriptoribus, mutuatus est, ac in suam historiam, totidē verbis, transferre curauit: qua de causa non est cur in eo multum immoremur cum pari censura veniat notādus sicut Socrates, & Sozomenus à nobis notati sunt. Hoc vnum tamen silentio prętere rire vix possumus, aduersus illū quicumque fuerit, qui Frācofurti *A. C. 1588.* historiarum libros eiusdem Nicephori excudendos mandauit, titulo perperam addito, *Scriptoris* scilicet *verè Catholici*, quem potius schismaticis imò, & hæreticis (quia hæretici etiam probantur, qui schismate ab Ec-

clesia sunt separati *quarta quæst. prima*) connumerasse oportuerat. Nec enim, vt id probemus, aliorum indigemus testimonio, quod idem ipse apertè testatur: dùm Andronium seniorem, Palæologum, quem itē pijssimum, ac Sanctum Imperatorem præposterè nimis appellat, hisce verbis alloquitur; *Præfat. in suam hist. Tu verò quid? An non eundem cum illo (Constantino Magno) cursum de connaturali spiritu tenuisti? Namq; Concilio coacto, non equidem vernaculorum quorumdam, sed Ecclesiæ primogenitorum nostratiū, veluti quidam nouus Abraham*, Gen. 18. *Beatam rursus hospitio excepisti Trinitatem, & phalanges eorum, qui elingua laborarunt, disturbans, processionem vnde ea proueniat, liquidò declarasti: ex solo videlicet Patre; vnde etiam existentiam suā, inexcogitabili modo; verum tamen, vt genitus habet filius. Proinde, & illud cum fiducia dicere ausim, quod illi anteà de filio, per gratiam datum est, id tibi postea de spiritu inspiratū esse.* Et alia id genus multa in Sanctam, & Catholicam fidem peruersè prosequitur Nicephorus in suis historicis cōmētarijs, quę modo nostrū nō interest, sigillatim omnia, & per ordinem enarrare. Quamplurima verò idcircò ingessimus, tùm de Ruffino, & Nicephoro, tùm de illis, quos paulo antè recensuimus, Græcis scriptoribus; quia maximè interest in veritate disquirenda, affectus auctorum expendere.

Hæretici non sunt testes idonei, contra S. Luciferum. Cap. XXII.

1 IGitur antiqui (à quibus cæteri hauserunt) qui sententiā damnationis proferunt in B. Luciferum Episcopum Calaritanum, virum alioquì Apostolicum, & à Sanctis Patribus hactenus commendatum; hæretici sunt iudices, simul ac testes, Nouatiani, & Origenistæ duo, Socrates, & Sozomenus; Nestorianus itē Theodoritus; Nicephorus Schismaticus; sed ex latinis vnus tantummodò Ruffinus, & is Origenistarum, ac Pelagianorum albo adscriptus. Et quoniam suspecta fides est hæreticorum, ac schismaticorum, vel de suis, aut Catholicis dogmatibus, & eorum sectatoribus aliquid affirmantium, æquè nobis dubiū redditur, imò, vt verius dicam, mendacium esse conuincitur; ac figmentum totū hoc, quod de B. Lucifero Calaritano auctores iam dicti, ab inuicem in multis discrepantes, litteris tradiderunt. Hæreticis namq; tanta est lædendi libido, vt insontes iuxta, ac sontes calumniētur: præcipuè tamen bonorum virorū nomina, suæ linguæ virulentia, contaminare numquam intermittunt.

2 Qua de causa, vt huiusmodi prauis

prauis luporum vlulatibus, pia fidelium mater occurreret; perpetuis, iisdemque Sãctissimis legibus obseruandum rectè præcepit, nè contra fideles testificentur. *29.7. Non potest, & cap. Pagani* vel ad accusationem admittatur *2. quæst. 7. præsumunt 4. q. 1. diffinimus*, aut iudices agant *24. q. 1. Ait, & c. Apertè, & c. Miramur 25. quæst. 1. omne*: nõ modò infideles, sed etiã hæretici, schismatici, seu criminosi. Hinc illud S. Calixti Papæ decretum *2. quæst. 7. quærendum*: *Quærendum est in iuditio, cuius sit conuersationis, & fidei, & is, qui accusat, & is qui accusatur; quoniam hi, qui non sunt rectæ fidei, ac conuersationis: & quorum vita est culpabilis: & quorum vita, fides, & libertas nescitur, non permittuntur maiores natu accusare, neque viles personæ in eorum recipiuntur accusatione*. & S. Dionysius etiam Papa. *2. q. 7 alieni*: *Nec impetere rectè credentes, vel Sanctorum Patrum sanctionibus obtemperantes permittimus; quia infames omnes esse censemus, qui suam fidem, aut Christianam legem præuaricantur: aut Apostolicam, aut regularem libenter postponunt auctoritatem*. Egregia adhuc est illa S. Caij Papæ Sanctio *2 q. 7. Pagani*: *Pagani, vel hæretici, siuè Iudæi, non possunt Christianos accusare, aut vocem imfamationis eis inferre*. Quinimò addit S. Marcellus item Papa *25. q. 1. Omne*. *Quod ab infidelibus, vel hæreticis factum fuerit, omninò cassabitur*. At de his, vt de re clarissima, satis dictum.

3 Itaque Luciferi Episcopi Calaritani causa eo deducta est; vt primi, qui illum è Sãctorum numero amouere contenderunt (à quibus reliqui omnes hauserunt) schismatici fuerint, & hæretici: & ab Ecclesia, vt tales minimè admissi, imò prorsus eiecti, quæ ergo fides, illis contra nostrũ Luciferum, adhibenda sit, lectores pij iudices sunto: Sed pergamus amplius illorum errores detegere, vt ex eis magis appareat falsitas imponentium.

Prædictorum auctorum sententia, de causa schismatis falsò B. Lucifero attributi, refellitur.
Cap. XXIII.

1 Primum igitur Socrates affirmabat, Eusebium Vercellẽsem post Concilium Alexandrinum, Antiochiam venisse; vbi cũ Paulinum à Lucifero electũ Episcopum reperijsset, Antiochia, ob eam rem, animo à Lucifero abalienato, discessisse. Hæc de Eusebio; subdit posteà de Lucifero: Eum quod ęgrè tulisset electionẽ Paulini à se factã, improbari: ab eiusdem Eusebij, se communione; atque adeò ipsius Alexandrini Concilij, & totius Ecclesię Catholicæ remouisse. Socrati assentitur Sozomenus, qui etiã addit, Paulinum, inuitis omnibus, in Eccle-

Ecclesia Antiochena, Episcopũ à Lucifero fuisse coaptatum, vndè Eusebio fuit causa, cur à Luciferi, & Paulini se communione seiunxisset. Porrò Theodoritus hoc idem perplexè nimis innuit. Ruffinus itidem, Socratis, & Sozomeni sententiam confirmat, ac etiã ait: Luciferum contra pollicitationem, Eusebio factam, Paulinum Episcopũ ordinasse, & ideò Eusebium vtriusq; communionem euitasse. Nicephorus ab ijs isthæc omnia totidem verbis excepit.

2 Profectò auctores hi nõ aliundè puto, quam ex Arianorum calumnijs, atque officina schismaticorum, & hæreticorum, imò, & Meletianorum de Lucifero Calaritano, & Eusebio Vercellensi, huiusmodi historiam deprompsisse: & ita quantum adhoc horũ sententia non probatur Baronio tomo 4. anno 362. pagina 87. præstat autem magis auscultare Alexãdrino Concilio ac Sanctissimis, & Doctissimis Patribus, alijsque multis, quam istis viris; qui rem omninò falsam, suis libris inserere non dubitarunt. Asserta etenim causa schismatis, & dissentionis inter Eusebium, & Luciferũ, vel Paulinum nullatenus probari potest: Siquidem nullo pacto potuit accidisse, vt Paulini electionem, Eusebius improbarit; quam tùm ipse, tùm etiam Athanasius; ac denique vniuersa Synodus Alexandrina ante recepisset; dum legatos ab eo ad Synodum missos suscepere, & eiusdẽ Paulini Chirographo, ipsam subscribi Synodum voluerunt. Non potuit igitur damnasse Eusebius, quod antea probasset, & Athanasius cum alijs, in Synodo confirmasset. Quam rem extra omnem dubitationem sequẽtia eiusdem Concilij Alexandrini Epistolæ Synodalis verba constituunt, apud Athan. ad Antiochenos: *Omnes igitur, qui vobiscum pacificè agere volunt, in primis autẽ illos, qui ab Arianis redierunt, allicite ad vos, eosque vt Patres assumite, & vt magistri, & tutores recipite, cooptantes vos interim dilecto nostro Paulino, eiusque socijs.* Hæc ibi.

3 Quod autem Ecclesia Romana, Paulini electionem approbauerit, perspicuis etiam argumẽtis demonstrari potest. Nam licet S. Hieronymus consulens Damasum Romanum Pontificem, cũ quo Antiochiæ debet communicare, dicatque *Epist. 57. Non noui vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum*. Et in alia ad eumdem, *Epistola 58. Meletius, Vitalis, atq; Paulinus tibi hærere se dicunt.* Quod autem ad hæc respõderit Damasus: & si litteræ eiusdem non extent; tamen ex multis constat, ipsum respondisse, vt cum Paulino communicaret. Id quidem primo ex eo redditur manifestum, quod

quod idem S. Hieronymus, ab eodem Presbiter ordinari voluit, vt de se ipse testatur, scribens ad Pammachiũ *Epist. 61.* quod certè minimè facere ausus fuisset, nisi sciisset Romanum illi Pontificem litteris pacificis communicari.

4 Rursum verò ex his, quæ S. Basilius ad Terentium scribit, liquet, Damasum ad Oriẽtales dedisse litteras pro Paulino. Nam ait: *Super istam autem famam iterum apprahendit nos auditus, quod & fratres, qui cum Paulino constitutu sunt, colloquuntur aliqua tua rectitudini, de ea, quæ nobiscum est, vnitione; nos autem dico partis hominis Dei Meletij Episcopi. Quos audio, & litteras nunc Occidentales alium circumferre, præcipientes eos alium habere Episcopum Antiochenæ Ecclesiæ, reijcientes admirabilẽ Episcopum, vera Dei Ecclesiæ Meletiũ. Et non admiror istud: Quidã enim omnimodò ignorant ea, quæ in istis sunt: quidam autem & si videntur scire concertando magis, quam veritatem dicendo, eis referunt. Et illos quidem nihil mirum est, aut ignorare veritatẽ, aut occultare causam, propter quã ad scribẽdum Paulino perductus est Beatissimus Episcopus Athanasius.* Hæc Basilius; Extat hæc epistola in vltima edit. Nutiana ante Canonicas Epistolas: ex cuius verbis in primis cõstat, Athanasij cũ Paulino communione, persuasum, inductumq; Romanum Pontificem cum eodẽ Paulino communicasse. Sed, & Sanctus Hieronymus ad Principiam scribens, tradit, se quoque Romã aliquandó ex Oriente venisse cũ eodem Paulino, quem Sanctitatis titulo exornat, dum ait *Epist. 16. Deniq; cum, & me Romã cum Sanctis Pontificibus Paulino, & Epiphanio, Ecclesiastica traxisset necessitas: quorum alter Antiochenam Syriæ, alter Salaminiam Cypri rexit Ecclesiam.*

5 Ista Hieronymus. Illud etiam ijs additur, quod electio Paulini alijs omnibus, ab Ecclesia fuerit prælata; quod & eius successoris Euagrij, Flauiano Paulini aduersario, adhuc in humanis agente, electio etiã canonica est habita, vt ex Sancti Ambrosij epistola ad Theophilum Episcopũ Alexandrinum reuera constat, dùm ait *Epist. 78. Non habet quod vrgeat Euagrius, & habet, quod metuat Flauianus, ideoq; refugit examen, &c.* Verum de his hactenus, cum à nobis superius, eadem etiam amplè fuerint demonstrata.

6 Ad hęc, vt alterius etiam erroris redarguantur iã dicti scriptores, non potuit etiam solius Luciferi Calaritani voluntas, Episcopum ordinasse Paulinum: neque Arianis exceptis, huiusmodi electio displicuisse Catholicis Antiochenis; cum verissimè cõstet, non vnum Luciferum, sed cum eo simul ac duos alios Episcopos, Christi

Christi Confessores, ordinationem illam instituisse. Rem hanc ità se habere S. Hieronymus testatur, his verbis, in Chron. *Eusebius, & Lucifer de exilio regrediuntur: e quibus Lucifer: accitis duobus alijs Confessoribus, Paulinum Eustachij Episcopi, Presbyterum, qui se nũquam hæreticorum communione polluerat, in parte Catholica Antiochiæ Episcopum facit.* Ita Hieron.

7 Cæterum duos illos Confessores, quos idem Sanctus Doctor innuebat; qui cũ Lucifero, Paulini ordinationem effecerũt, si certissima coniectura vti liceret, Cymatium Palati Cælesyriæ, & Anatoliũ Euboiç Episcopos extitisse affirmarem. Hos enim, per illos dies, Antiochiæ cum Lucifero commoratos esse constat; quod facilè colligitur ex Epistola Synodica Cõcilij, Iuliano Imperatore, Alexãdriæ celebrati, quæ ijsdem, pariter, & Lucifero legitur inscripta, cuius Epistolæ inscriptio ita se habet *Apud Athan. ad Antiochenos: Carissimis, & optatissimis Sacrorum comministris Eusebio, Lucifero, Asterio, Cymatio, & Anatolio, Athanasius cæterique Episcopi, &c.* Et in calce: Episcoporũ nomina, ad quos Epistola scripta est, sunt hi: *Eusebius Vercellarum Ciuitatis Galliæ, Lucifer Sardiniæ Insulæ, Asterius Petræ Arabiæ, Cymatius Palati Cælesyriæ, Anatolius Euboiæ.* Licet enim Eusebio, etiam & Asterio Epistola sit inscripta. Tamen Eusebius cum ex Hieronymi verbis, apertè excludatur, & vterque, eo tempore, Alexandriæ in Concilio, vt superius probauimus, detineretur; fateri necesse est, non illis, sed Cymatio, & Anatolio, qui, vnà cum Lucifero, Antiochiæ versabantur, Paulini electionem esse ad scribendam, vt de ijs Hieronymi verba accipienda.

8 Ex hoc illud etiam consequẽs fit, Paulinum, scilicet, Antiochiæ præsulem ordinatum fuisse ante Conciliũ Alexandrinum (ab Eusebio Apostolicæ Sedis Legato, & magno Athanasio coactũ) cui, à Paulino, Diaconi duo missi; Maximus, & Calimerus, interfuerũt, vt constat ex actis illius Concilij.

Luciferi Calaritani accusatorum alius error, dùm schismatis causam, ex eiusdem commentitia dissentione, deriuant, Cap. XXIV.

1 HVIC, quod modò vidimus, inter Eusebium, ac Luciferum de simultate cõmento, talis notæ auctores, & aliud attexunt. Nam imprimis Socrates asserit, indè accidisse; vt qui Luciferi partes fouebant, ac tuebantur, nouam sectam, quæ ab eo Luciferiana dicta est, instituerẽt. His quoque Theodoritus suffragatur. Eisdem æquè fauet Ruffinus. Illis adhuc adijcitur Sozomenus

menus, & eò maxime, quod Luciferum, hæresis à se nuncupatæ inuentorem facit, quæ omnia in præcedentibus capitibus sunt, à nobis impugnata, dum sigillatim de eorum historia iuditium, & discussionem fecimus: etenim cum Luciferi Episcopi Calaritani integritas animi, & Catholica fides, à Sanctis Patribus diù fuerit celebrata: & qui contra illũ scripserunt, errorum, & mẽdatiorum conflatores conuicti, nullatenus credendi sunt: cum illum hęresis, aut schismatis errore ab Ecclesia desciuisse affirmant.

2 Certè quidem Lucifer, qualis nam foret, Sanctissimos, ac Doctissimos quosq; viros, Liberium Papam, Magnum Athanasium, Eusebium Vercellensem, Hilariũ Pictauiensem, Hieronymum, Gregorium Nazianzenũ, aliosq; qui sua ætate vixerunt, Luciferi coetaneos, & ferè oculatos testes, existimo, minimè latere potuisse; Quod si, de ipso Lucifero mali quidpiam, tenuissima suspicione, concepissent, qui maximis principibus, eisdemque Catholicæ fidei hostibus infracto animo, perpetuum bellum indixerunt: cur vnius Episcopi cõtentiones, & schismata silẽtio subticuissent, reuerà non video. Quamobrem in eam (cum Constantino Caetano Abbate Benedictino, notæ eruditionis virò, & in antiquitatis monumentis aprimè versati, tanti habito à Baronio, vt eius solo dicto, & calculo, plura in suis Annalibus cõfirmet) sententiam adducor, vt isthæc putẽ somnia, & deliramenta hæreticorum, & schismatorũ; qui in viros Orthodoxos, & de Catholica Ecclesia optimè meritos, nõ semel inuecti sunt: ac, suis scriptis, aliquandó laudibus extulerunt illos, qui vitiorum, ac hæreseos forent labe infecti, vt superius, dum auctorũ huiusmodi fidei veritatem perscrutaremur, luce clarius ostendimus. Apostolica Sanctitate illustres profectò extiterunt Episcopi, Cyrillus Alexandrinus, & Paulinus Antiochenus: nihilominus sicut nec Cyrillo, Socrates Nouatianus; ita nec Paulino Theodoritus Nestorianus pepercit, quin vtrumque infamiæ nota inurerent. Sozomenus item Nouatianus, Dei seruos, proprijs laudibus, & glorię triumphis priuat, vt vidimus de Gothis martyribus, quos Arianorum labe cõspersos fuisse contendit; Arianis verò addictissimo Eusebio Emiseno, piam tribuit vitam, atque miracula. Sed, & quod magis mireris, Origenista, & Pelagianus ipse Ruffinus, Valentinianorum, & Anthropomorphitarum hæreses Sancto Hieronymo obijciens, sic aiebat, *Inuectiuarum lib. 1. Tom. 9. editionis Victorianæ, Cum in quodam supradicti operis loco, quem interpretati sumus, quæstio*

haberetur aduersus eos, qui Deũ corporeum dicunt, & humanis eum membris, habituque describunt, quod asserere præcipuè Valentinianorũ, & Anthropomorphitarum hæresis solet, cui isti accusatores nostri nimis, vt video, dextras dederunt, &c. Proculdubiò S. Hieronymum, aduersus quem scripsit, ista dicens Ruffinus, eius hæresis infamauit: à qua blasphemia quã procul abhorruerit, omnes sciunt; quid mirum, si contra nostrum Luciferum, similia scripta reliquerint; præcipuè, cum tam proprium fuerit omnibus hæreticis impingere cunctis Catholicis hæreticæ prauitatis blasphemias: quod & multó certius reddetur, si Sanctorum Patrum, & Ecclesiæ monimenta perscrutentur.

Cardinalis Baronij sententia de causa scismatis B. Lucifero tributi refellitur. Cap. XXV.

1 EMinentissimus Cardinalis Baronius, horum oblitus, & secutus illorum opinionem, qui Luciferum à schismate alienum negant, ait illud ortum habuisse; eo quod Synodi Alexandrinę decreto, de non recipiendis lapsis, nõ fuit assensus. Ait igitur Card. Baronius. *Annal. Tom. 4. ad A. C. 362. pag. 87.*

2 *Certè quidem nisi Paulini electio, ab Alexãdrino Concilio probata fuisset, nequaquam eam posteà Romanus Põtifex ratam habuisset. Quis enim existimare potest, gestas res à Lucifero schismatico firmas potuisse consistere, nisi eas Synodus, & Romanus Pontifex recepissent? Cæterum Luciferi cum Eusebio simultas, & altercatio non aliundè sumpsisse exordium videri potest, nisi quod ipse austerioris spiritus cum esset, indigno animo ferret, ex Synodi decreto, ianuam patere Episcopis omnibus lapsis, qui perindè, ac si nihil deliquissent, in suas sedes, cum eodem Episcopatus honore, redirent: ideoque in eumdem Eusebium, quem aduenientem Antiochiam, iturum in Cappadociam, primum esi nactus, veluti in eius decreti auctorẽ inuectus est, eoque magis in eum exacerbatus, quod ex suscepto munere legationis id ipsum passim præstaret, vt Episcopos, qui cum Arianis communicassent, ad suas ipsorum Ecclesias impertita illis cõmunicatione Catholica, reuocaret.*

3 Hæc Card. Baronius, vt Luciferum Episcopum Calaritanum, schismatis errore pollutum indicet; sed hęc opinio Baronij efficaciter, impugnatur suomet gladio. Primo ex actis eiusdẽ Concilij Alexandrini, in quo leguntur subscriptiones legatorũ Luciferi, & epistola Synodi ad ipsum; neque est aliud, quod probet Põtifices consensisse Concilijs generalibus, quam hæc duo; igitur sentẽtia Baronij est manifestè falsa, vtpotè pugnans cum ipso concilio, imó cum antiquis histori-

cis

cis, Socrate, Sozomeno, & ipso etiã Ruffino; qui asserunt Luciferum decretis illius Concilij, per suos legatos subscripsisse; & fuisse astrictũ; Quo argumento vsus est idẽ Baronius vbi supra impugnans hos Græcos historicos assignãtes causam dissidij Luciferi cũ Eusebio, propter electionẽ Paulini à Lucifero factam nã in contrariũ (inquit) stat authoritas Conc. Alex. cui præfuit Eusebius. Secundo impugnatur ex sua ipsius testificatione a Magno Athanas. desumpta. Nã, ex Magni Athanasij Epist. (Ecclesiæ Antiochenæ ordinatione, ac Conc. Alex. peractis) ad Ruffinianũ Episcopum de ijs ijsdẽ rebus scripta, constat B. Luciferum non solum illi decreto Cõcilij de recipiendis lapsis assensum fuisse, sed etiam eius condendi, vnũ, ex authoribus fuisse: atq; adeó sibi cum prædicta sententia non constitit. Ait enim vbi *sup. pag. mihi 89. n. 208. Scripsisse quidem Athanasium ad Liberium de cũctis rebus gestis in Synodo: quod ipse disertis verbis testatur ea epist quam postea scripsit ad Ruffinianum, qua pariter declarat, quæcunq; in eadem Synodo acta sunt, fuisse cõfirmata ab ipsa Romana Ecclesia: eãque fuisse perlectam prabatamq; in Niceno Conc. secundo; ex quo loco (quod desideretur hactenus inter eiusdẽ Athanasij opera) hic eam describendam putauimus: sic enim se habet eius editio in œcumenica tunc Synodo facta*, & extat *in Concil. 2. Nicano Act. 1. to. 2. concil. general. pag. 471. impres. Coloniæ.*

4 *Domino dilecto, & desideratissimo cõministro Ruffiniano, Athanasius in Domino salutem.* Et post alia: *Quandoquidẽ studiosè, & Ecclesiasticè de his, qui necessariò redacti sunt, nec per improbam fidẽ sũt corrupti, inquisiuisti: eaq; de re ad Synodos, & alios scribere voluisti, vt animi sententiã de his explicarẽ: velim, mi domine desideratissime, sic habeas: In primis cũ à vi cessatũ esset, Synodusque præsentiũ, & eorũ qui longinquas regiones incolebant, Episcoporũ haberetur; nec modò cõministris, qui per Græciã passim habitãt, verũ etiã in Gallijs, & Hispania.* Intelligit (Card. Baronij, vbi sup. sunt verba) per hos, Athanasius, Eusebium Vercellensem, & Luciferum Calaritanum (qui per suos legatos interfuit, & assensit) Episcopos legatos. Sed subdit.

5 *Communi decreto placuit, vt hic, & vbiq; gentium, quicumque lapsi fuissent, ignoscendum quidẽ illis, verũ non restituendos in Cleri numerũ. Qui verò non auctores, sed necessitate, & violẽtia cõpulsi fuissent, visum est illis quidẽ ignoscendum, & in Cleri locum restituendos: maximè cum probabilem defensionẽ, & excusationẽ dederint, exẽplo Aarõ Exod. 32. fratris Moseos, qui in Eremo, populi transgressionibus acquieuit, defensionem habẽs, ne populus in Ægyptum reuersus, idolorum cultui iterũ se mãciparet. Videbat enim si in eremi vastitate substitisset, futurũ, vt paulatim ab impietate regrederetur, in Ægypto autem, nullã esse ab impietate regressus viã. Hac de causa. Clero per ea tẽpora ignotũ est. Qui verò in errorem seducti erãt; & violentia, hùc cõpulsi, data quoq; ijs cõmunio est. Quõ-*

admodũ hæc, & Romã scripta sunt, & Romanorum Ecclesiã omnia cõprobasse constat. Hæc quoq; tuæ pietati cõfidenter scribo, & significo, quo tua pietas, ea, quæ decreta sũt hoc modo, amplectatur. Subdit Card. Baronius, vbi sup. hucusque lectum ex ea Synodo, in qua hæc ad declarationem eiusdẽ decreti subiecta leguntur in eodem Conc. Niceno 2. vbi sup.

Certé cum hoc tã egregio testimonio Athanasij nullo modo cohæret B. Luciferũ defecisse ab Ecclesia propter illius decretũ, cuius condendi authorẽ fuisse constat ex Athanasio ab ipsomet Baronio relato.

6 Huic etiã sẽtetiæ Athanasij adstipulatur S. Hieron. Dialogo illo suo aduersus Luciferianos, sub istis verbis. *Igitur, cũ illo tẽpore* (Niceni Conc.) *Trecenti, & eo amplius Episcopi, paucos homines, quos sine damno Ecclesiæ, abijcere poterãt, susceperint; miror, quosdam, & certè Nicenæ fidei sectatores, tãtæ duritiæ existere, vt tres confessores* (Athanasiũ Alexandrinũ, Eusebiũ Vercellẽsem, & Luciferũ Calaritanũ intelligit: nã alijs adaptari nõ potest, cũ hi fuerint tres præcipui exules aliorum Catholicorũ antesignani ab exilio reuersi) *de exilio reuertentes, nõ putẽt, id ob totius orbis salutẽ, necessariò facere debuisse, quod tot, & tales viri voluntate fecerunt. Sed post reditũ cõfessorũ: in Alexandrina postea Synodo constitutum est, vt, exceptis auctoribus hæreseos, quos error excusare nõ poterat, pœnitentes Ecclesiæ sociarentur: Assensus est huic sẽtẽtiæ occidens, & per tam necessarium concilium, Satanæ faucibus, mundus ereptus est.*

7 Hæc Hieron. ex cuius verbis illud præcipué colligimus: Luciferũ nẽpé cũ Athanasio, & Eusebio in Conc. Alex. de recipiendis lapsis legẽ instituisse; prout nos modo Athanasij testimonio affirmabamus. Nec Hieron. quidẽ nouũ est, vt glorioso Cõfessoris agnomine, Luciferũ appellet cũ alibi de eodẽ, ille ipse Hieron. sic scriptum reliquerit in Chro. *Lucifer accitis duobus alijs Confessoribus, Paulinum, Eustachij Episcopi Presbyterum, in parte Catholica, Antiochiæ Episcopum facit.* Ita Hieronymus.

8 Superius etiam idem Card. Baronius, dùm de Alex. Conc. sermonem haberet; hanc ipsã pro Lucifero Calaritano, suam opinionem sic patefecit, vbi supra *pagina mihi 90. num. 212. impres. Coloniæ anno 1624. cum dicit.*

9 *Quod autẽ in eadem Synodo auctoritate, vt dictũ est, Romani Pontificis decretæ sunt legationes ad restituendas collapsas à fide Catholica Ecclesias, earũq; ministros; erroris in primis arguendus est Ruffinus (lib. 1. cap. 29.) dum ait, procurationẽ Orientis, iniunctã fuisse Asterio; Eusebio verò Occidentis. Nam constat, eundem Eusebiũ, eius rei causa suscepisse in Orientem peregrinationẽ, Antiochiamque profectum esse; indeq; etiã in Cappadociã peruenisse, Quod quidem, sententia illa S. Gregorij Nazianzeni superius recitata, redditur manifestum: cum ipse agens de turbis illis, Iuliani tempore, in Cappadocia, electionis Eusebij Episcopi Cæsa-*

Cæsariensis occasione, excitatis, hæc addit Orat. de laud. S. Basil. Postremò, *inquit* aderat Episcopi quidā ex Occidente, qui Orthodoxos omnes ad suas partes pertrahebant, *quæ quidem non nisi de Eusebio Episcopo Vercellensi, & alijs qui cum eo erant, possunt intelligi. Nam Asterius vt sæpe diximus, in Arabia erat Episcopus.* Licet enim Baronius, hic reticeat nomen Luciferi; tamen expressè superius ad eundem annum *pag. mihi 32. nu. 58.* referens ibi hanc eandem authoritatem Nazianzeni, nominauit cum Eusebio, Luciferū, Verba Baronij sunt, *intelligit Gregor. de Eusebio Vercellensi Episcopo, & Lucifero Calaritano, qui cum tunc essent in Oriente exules, Iuliani indulgentia in Constantij odiū, liberati, Apostolica functione, eos, qui in Arianam hæresim lapsi essent, ad Ecclesiam Catholicam reuocare, prouintias circumeuntes satagebant.* Idem docuit *Nicetas antiquissimus scoliastes, Nazian. super illū locum nu. 53.* *Nonus Græcus relatus à Billio in Prologo Scolior. huius Orationis ad lector.* cuius fit mentio, *in magna Bibliotheca veterum PP. tom. 6. par. 1. excusa Coloniæ anno 1618.* qui vt constat ex *tom. 15.* eiusdem Bibliothecæ veterū PP. impressionis Coloniæ 1622. *in indice alphabetico authorum, littera N.* vixit ante tempora Iustiniani Imperatoris, *Iacobus Billius, interpres Nazianzeni, Nicetæ, & Nonni, & Marianus Victor, in notationibus super Hieronymum, tom. 2. dialogo aduersus Luciferianos nu. 1.* vbi ait *Nazianzenum in vita Basilij, affirmasse Luciferum, vnà cum Eusebio Vercellensi ex Vrbe Roma Cæsaream ad sedandos tumultus, qui propter Eusebium Cæsariensem, & Diuum Basilium de Episcopatu excitati fuerant, missum.* Sed in hoc vltimo fallitur, quia non ex Vrbe Roma immediatè, sed ex Concilio Mediolanensi, à Constantio in Orientem, multis annis ante exulati, post exilia relaxata Iuliani indulgentia, & post profectionē Alexandrinam, & Antiochenam decretis eorum legationibus in Concilio Alexandrino (vt ait Baronius) ad Capadociam, & alias Oriētis Prouintias missi sunt ad illas Apostolicas functiones peragendas; vnde illa particula Nazianzeni *ex Occidente* significat Patriam, siuè regionem natiuam illorum, non locum vnde immediate venerant.

Ratio etiā cur illa verba Nazianzeni intelligenda sint de Lucifero, & Eusebio, est euidens, & in prōptu: quia vt *cap. 26. num. 7. huius lib.* ostendemus ex Episcopis Occidentalibus; solus Eusebius, & Lucifer tunc remanserant in Oriente.

Si ergo post Synodum Alexandrinam (in qua fuerunt eis decretæ legationes Orientis, vt hic Baronius autumat) Eusebius, & Lucifer in Cappadocia ad Apostolicas functiones, simul conuenerunt, quomodo verum esse potest, Luciferum ab Eusebio secessisse, quia decreto illius Cōcilij noluit assentiri? Quibus consonant, quæ Socrates *lib. 3. cap. 7. citat.* cum alijs antiquis Historicis,

San-

Sanctum Luciferum Calaritanum fidei, & sententiæ Ecclesiæ consentientem, in Sardiniam ad propriam sedem se recepisse.

10 Quæ cum ita sint, mirandum est postea Baronium, paucis interiectis, vix vnius paginæ spatio intermedio, contrarium docuisse, & non solum Beatum Luciferum, in schisma incidisse, sed in illo obijsse, solũ Ruffinum hæreticum; & non alium ex antiquis in hoc vltimo secutus, quia nullus asseruit, vt tenet *tom. 4. ad annum 362. pag. mihi 94. & 95.* Vbi eiusdem Luciferi in schisma lapsum, & infęlicem exitum flebiliter deplorauit, quod non fecisset, si quanti, Græcis illis Historicis, in hoc fides esset adhibenda, aut quantum Ruffini testimonio tribuendum (quod aliàs summa veritatis attestatione de ijsdem auctoribus, præsertim in suis Annalibus multoties, & diligenter aduerterat) iure merito perscrutatus fuisset. Etenim nec auctoritatem, nec fidem rebus commentitijs hæreticorum adiungere deberi, sępe ipse testatur; quare sicut in causa schismatis illos impugnauit, sic in astruendo eius schismate, debuisset ab ipsis deuiare; multo minus nouam causam ipse confingere, quam cernebat tam facilé infringi posse ex actis eiusdem Concilij Alexandrini, in quo reperitur subscriptio legatorum Luciferi, & Epistola Synodalis ad ipsum *cap. 23.* superius relata, quod manifestè indicat illum decretis Synodi cõsensisse, quod idẽ cõfirmat Athanasius *in epist. ad Ruffinianum* ab eodem Baronio relata, Diuus Hieronymus, imò, & ipse Baronius, *loc. supra citato* idemque astruunt antiqui historici, præcipue Socrates, & Sozomenus, imò, & ipse Ruffinus.

11 Sed reuera grauioribus curis depressus, & illius suę diligentiæ, & pietatis oblitus, imò, & eorum, quæ *pag. 89. & 90.* dixerat, & Sancti Patres Athanasius, Hilarius, Nazianzenus, Hieronymus, & alij in *3. par.* referendi, de Beato Lucifero testatum reliquerunt, maiorem fidem, Ruffino, & alijs circa schisma Luciferi quam par erat adhibuit. Nec trium Patrum scilicet Hieronymi, Ambrosij, & Augustini, testimonia Lydio Lapidi, & trutinæ intellectus admouit; etenim obitus Luciferi in scismate nullum habet antiqum auctorem præter Ruffinum, nulla fide dignum, vt dictum est, quod est maxima obseruatione dignum, sed nequé quod in scisma inciderit, sunt testes idonei Græci prædicti; nequè Marcellinus, & Faustinus; tùm ob rationes dictas contra Ruffinum, & Græcos; tùm quia in illo libello seu Epistola, nihil scripserunt, quod sententiæ Baronij suffragetur, vt in illa ego ipse vidi, & cerni potest. Extat in Vaticano suis in armarijs numero 3786. in quodam codice, in quo continentur Epistolæ 243. & hęc est secunda in ordine, cuius titu-

lus

lus est, *incipit Epistola Catholicorum*, & eius initium, *deprecamur mansuetudinem vestram pijssimi Imperatores, Valentiniane, Theodosi, & Arcadi, &c.* Tabula huius Codicis sic incipit.

Quæ gesta sunt inter Liberiũ & Fœlicem Episcopos.

Libellus quorumdam scismaticorum.

Liber de constructione Basilicæ Sancti Pauli.

Quare Baronium hác Epistolam non vidisse, sed alterius relatione (cui fortè videndam cõmisit) deceptum fuisse, euidens est.

12 B. Hieronymus, potius est præcipuus vindex Sanctitatis B. Luciferi. S. Ambrosius in illo loco citato deceptus fuit aliorum relatione, & opinione, tùm hæreticorum, tùm sectatorũ Meletij, & tandem D. Augustinus, vel de Luciferianis solis locutus est; vel si aliquandò de Lucifero Calaritano, iuxta famam Ruffini, hæreticorum, & Meletianorum sparsam, vt latè in obiectis Archiepiscopi Turritani, ostendemus: quæ si ad intellectus, & pietatis limam adhibuisset Baronius; in contrariam opinionem profectò deflexisset, saltim, quoad obitum eius, sicut in simili fecit cum Gregorio Eliberino: & habetur *tom. 4. pag. 310.* vbi sic ait. *Porrò Gregorius, Eliberinus creditur postea saniori mẽti redditus, duramque austeritatẽ illam flexisse, in Catholica obseruantia rectitudinem: nam Orthodoxorum nõnullorum præconijs celebratus habetur, nisi eos quis dixerit turpiter, ignorasse: quod affirmare nunquam auderem.* Cur idem de B. Lucifero non asseruerit, rationem non video, cum præstantioribus præconijs, Sanctorum PP. & aliorum antiquorum, quos in 3. part. citabimus, reperiatur B. Lucifer exornatus; & testimonia Patrum contraria, quia fuerunt in materia facti, ab ipsis valdè distantis, multũ claudicant.

13 Nec mirum, quod B. Ambrosius, & D. Augustinus fuerint decepti in rebus facti, è tam longinquis Orientis regionibus, petiti, quia hoc nõ semel, sed sæpissimè accidit Sanctis Patribus; nam vt plura exempla omittamus; idem Augustinus deceptus fuit, existimans Cõciliũ Sardicense Oecumenicũ celebratum Sardicę *anno 347. sub Iulio I.* fuisse conciliabulum Arianorum, quod habitum fuit Philipopuli, emẽtito nomine Sardicensis, vt notauit Binius in notis ad prædictum Concilium *Tom. 1. Conciliorum.*

14 Similiter deceptus fuit ex ipsamet historia Ruffini, vt notauit Bellarminius lib. de scriptoribus Eccles. in Ruffino, tribuens quasdam sententias Sixti Philosophi Pythagorici, Sixto Pontifici, & Martyri, vt testatur Hieronymus in epistola ad Tessiphontem, & idem August. lib. 2. retractatio-

tionũ cap. 42. Sicut deceptus fuit *to. 5. de Ciuit. Dei lib. 16. ad Marcelinum cap. 9.* & Gregorius Nazianzenus *in epist. 71. ad Posthumianum, & in oratione funebri D. Basilij,* existimantes non dari antipodas; nec Torridam Zonam fuisse habitabilem, cuius contrarium, experientia constat, similiter *de vnic. Baptis. cõtra Petilianum cap. 16.* idem August. Marcellinum Põtificem defendit à lapsu; negatque illum turificasse; cuius contrarium ex Martyrologio, & Breuiario Romano cõstat, vt videre est apud Baron. *to. 2. Annal. ad annũ 302.* vbi ait, nõ mirum esse, quod hoc latuerit Augustinum; qui Nicænos Canones, toto orbe vulgatos, se ignorasse testatur *epist. 110.*

15 Item Hilarius Pictauiensis deceptus fuit, existimans non dari, sal, nisi coagulatũ ex aqua salsa; cum dari sal lapideum, nõ solum Cardonæ, in Hispania, sed etiam in alijs Orbis partibus, liquidò cõstet; similiter Hierony. *epist. 141. scribens ad Marcellam*, affirmat, D. Hilarium deceptum fuisse in eo quod existimarit *in Psal. 126.* Apostolos fuisse dictos filios excussorum; eo quod in Euangelio fuerit eis præceptum *Matth. 10. Marc. 6. Luc. 9.* vt in quamcumque Ciuitatem introissent, & nõ fuissent recepti, excuterẽt puluerem pedum suorum, in testimonium, non credentium, cũ aliud sit excutientium, aliud excussorum: quia excutientes sunt, qui excutiunt, excussi verò, qui ab alijs excutiuntur; *& incongruum est* (inquit Hieron.) *excussos Apostolos accipi, qui magis, excutientes debuerunt appellari*; excusat autem D. Hieron. S. Hilarium, quod nõ eius culpæ adscribendum sit, qui (verba sunt Hieron.) *Hebræi sermonis ignarus fuit, Græcarum quoq; litterarum quandam aurulam cæperat, sed Heliodori Presbyteri, quo ille familiariter vsus est, ea quæ intellgere, non poterat, quomodò ab Origine essent dicta, quærebat; qui, quia in hoc Psalmo commentarium Origenis inuenire non potuit, opinionem magis insinuare suam, quam inscitiam voluit, confiteri quam ille sumptã, claro sermone diseruit, & alienũ errorem disertius exequtus est.*

16 Et in præsenti materia cum Augustinus dixerit, Luciferianos fuisse à Lucifero Calaritano exortos, Sanctus verò Isidorus dixerit à Lucifero Smyrnẽsi ortos, vnum ex his Sanctis PP. in hoc facto errasse, siuè deceptum fuisse, necessariò fatendum est; & multa alia in Sanctis PP. possunt afferri exẽpla, vt non mirùm sit August. & Ambrosium, in hoc facto S. Luciferi in Oriente gesto, Ruffini, hæreticorum, & Meletianorum fama, vsque in Occidentem, percrebescente; deceptos fuisse, & ideò per modum dubitantis aliquando protulisse.

Præ-

Praecedens doctrina Immunitatis B. Luciferi à Schismate, insigni miraculo, & argumento Theologico confirmatur. §. I.

1 Licet prædicta abundè sufficiant ad defensionem immunitatis à scismate B. Luciferi; tamē ad maiorem confirmationem, addimus Cœleste testimoniū, nempè insigne miraculum factum à Deo Neapoli in confirmationē Sāctitatis verborum, & operum S. Luciferi, quod referūt Marcellinus, & Faustinus in illa Epistola relata à Baronio, & ab ipso, & alijs in veritate historiæ recepta; siquidem ex eius authoritate contra B. Luciferum argumētātur; etenim post celebrationem Synodi Alexandrinæ, cum peracto in Oriente Legati munere, ex Asia B. Lucifer, Romam veniret, vbi Neapolim appulit, vitauit cōmunionem Zozimi (non Maximi, vt falsò Baron. & aduersarius, ex illa citata epistola autumant) tanquam adulteri, & ab Arianis (qui Maximum Sanctissimum Virum expulerant, & in exilium miserant) ad Episcopatum intrusi, quod factum, simul, & Sanctitatem Beati Luciferi, insigni miraculo, Deus testatus est.

2 Nam iuxta B. Luciferi prædictionem, quandò Zozimum, ad se nihilominus veniētem, seuerè, de sua intrusione obiurgatus est: lingua Zozomi, in modum bouis extra os fuit protracta, vbi voluit faciendo Sacrum, verba Consecrationis proferre: at vbi primum ab incepto desistebat, & à Templo egrediebatur, intra os, vti antea retrahebatur, quod toties accidit, donec Episcopatui malè parto, voluntariè cessit.

3 Hāc vitationem Zozomi (per errorem contrariorum, Maximi) nobis obijciunt aduersarij, tamquam confirmationē schismatis B. Luciferi, quasi Zozimum vitasset, eo quod fuisset ab Ariano, conuersus in Catholicum; sed falluntūr manifestè; nam illa vitatio (vt manifestè constat ex Epistola illa Marcellini, & Faustini, cuius authoritati nituntur) solum fuit eo quod adulter esset, & intrusus in locum Maximi Sanctissimi Martyris depulsi: quæ actio, non solum, non fuit schismatica, neq; contra decreta Concilij Alexandrini de recipiēdis lapsis; sed fuit Sanctissima, tanto Viro, & Apostolicæ Sedis Legato dignissima, vt ex relatis circunstantijs manifestè constat, & ex miraculo secuto in confirmationem illius, & obiurgationis B. Luciferi contra Zozimum; Quod probatur hoc argumento certissimo Theologico.

4 Nā Deus nec facit, nec potest facere miraculū, in confirmationē actionis Schismaticę, & malę; sicut nō potest mentiri, nec com-

mittere aliquod malum culpæ; quia illa malicia specialiter refunderetur Deo, non solum permittenti, sed vt specialiter operanti, quod implicat contradictionem in Deo, sicut posse peccare; est enim necessarió impeccabilis, & natura sua indefectibiliter bonus, & rectus; sed illud miraculũ protractionis linguæ Zozimi extra os, fuit factum in cõfirmationem vitationis Zozimi, & obiurgationis B.Luciferi in ipsum, igitur illa vitatio, & obiurgatio, non fuit mala, & schismatica; maior propositio huius silogismi, est communis sententia omnium Theologorũ. Minor constat ex facto relato in illa epistola Marcellini, & Faustini, in vi historiæ recepta à Baronio, & ab aduersarijs, & ita conclusio, euidenter sequitur; & infertur.

5 Quod autem addunt aduersarij ex authoritate prædictæ epistolę: scilicet B.Luciferum Romę corã Liberio reclamasse; falsissimum est; nihil enim tale continetur in illa epistola, vt dictum est: imò cum benedictione Liberij, decretis Ecclesię, assentiẽtem, remeasse in Calarim tronũ suũ, euidẽter colligitur ex his, quę asserũt Socrates, Sozomenus, Tripar. tita, & Nicephorus, in qua Sãctitatis operibus, & meritis cumulatus, pié in domino obdormiuit, & ad Cæleste gloriã trãsmigrauit, vt latius ex testimonijs 3.p.cõstabit.

Diluuntur obiecta contra prædicta. §. II.

1 SED dices optimè cohærere posse B.Luciferum, per legatos suos subscripsisse decreto Synodi Alexandrinæ de recipiendis lapsis, & postea alia de causa (quęcunque illa fuerit, & quocunque tẽpore) à subscriptione suorum legatorum é sententia Synodi recessisse, vt Ambrosius, & Augustinus testati sunt, simul cũ græcis historicis. Respõdetur primo: id possibile fuisse, tamen de facto non ita fuisse præter testimoniũ Socratis, Sozomeni, & Nicephori dicẽtium, ipsum sensisse cum Synodo, & cum tali assensu, in Sardiniam remeasse; adiuncto insigni miraculo Neapoli cum Zozimo facto, quod in cõfirmationẽ actionis schismaticæ, & schismatici nõ potuit à Deo fieri, obstant omnia superius dicta de inualiditate authoritatis Ruffini, & aliorum græcorum, imò, & Diui Ambrosij, & Augustini, in re facti tam longe distantis, solo auditu, & aliorum relatione, ab ipsis noti; quæ ratio formatur in hunc modum. Lucifer est in possessione, quod consenserit Synodi Alexandrinæ quia legũtur subscriptiones legatorum ipsius, & epistola Synodi ad ipsum, & hoc est certissimum, vt constat ex actis illius cõcilij, neque aliud est, quod probet Põtifices consensisse concilijs generalibus, quam hæc duo:

quod

quod verò adiũgitur, ſcilicet poſtea illum retractaſſe, & mutaſſe ſententiam, non habet firmum fundamentum; imó diuerſa, & contraria ſcripta nutant; igitur iure ipſo manutenendus eſt in prima poſſeſſione; quia cum de vnius veritate conſtet, & de altera ambigatur, ſtandũ eſt primæ, non ſecundæ; iuxta vulgatas regulas iuris. In dubio *melior eſt conditio poſſidentis*. In dubio *benignior pars eſt eligenda*. In dubio, *præſumendũ eſt quod fuit*. In dubio, *non eſt recedendũ à iure, & cõſuetudine*. In dubio; *nihil noui eſt aſtruẽdum*.

2 Et cõfirmatur primo; quia per hoc aduerſarij faciũt Luciferum ſibi ipſi repugnantem, quę repugnantia inueriſſimilis eſt in homine, quẽ omnes aſtruunt fuiſſe conſtantiſſimum, & aduerſarij in ſimulãt, ob nimiam conſtantiam, ſchiſma feciſſe. Cõfirmatur Secundo; quia huius mutationis ſententiæ nulla ſufficiens cauſa redditur; nõ ſimultas cum Euſebio propter electionem Paulini, vt demonſtratum eſt; non quia obſtitit decreto de nõ recipiendis lapſis; eo ꝙ eſſet rigidioris ſpiritus quia eumdem ſpiritum habuit quãdò approbauit decreta Synodi Alexandrinæ, ac poſtea: quod igitur non horruit in principio, quandò fuit decretum, non eſt cur poſtea abhorreret, ſine noua cauſa; imò potius complaceret quia à ſe approbatum, & tãquam pietati matris Eccleſiæ magis cõſonum, & Sacræ Scripturæ conforme; in qua inter alia exempla habetur caſus D. Petri, & eius lapſus trinæ negationis, nec ideò fuit à Pontificatu totius Eccleſiæ poſt eius pænitentiam excluſus.

3 Confirmatur tertio; quia vir tam acer, & impauidus cupiduſque martyrij, ſi poſtea cenſuiſſet cõcilium malè ſtatuiſſe, idque voluiſſet (ab eo recedendo) publicè profiteri, cum autoritatem legati haberet, non continuò calamum ſtrinxiſſet, & librum aliquem, ea de re ſcripto mãdaſſet, qui tot libros, intrepidus contra Conſtãtium, & Arianos ſcripſit? nõ aliquam epiſtolam ſaltim edidiſſet, qua faceret notum omnibus; ſuos legatos, ſe inuito, aſſenſum præbuiſſe actis Synodalibus, vel quid ſimile.

4 Confirmatur quarto: quia ſi hoc ita eueniſſet, vt Lucifer à ſententia Synodi, & Eccleſiæ diſceſſiſſet, non monitus fuiſſet à ſuo amico D. Athanaſio, familiaribus litteris cum eo communicante, quem tot laudum præconijs iam antea exornauerat, ſaltim, vt moneret fideles, ne deciperentur cõmunione, & doctrina viri à ſe tam ægregié antea commendati. Certè hæc omnia moraliter conuincunt, hæc falſo Beato Lucifero Calaritano fuiſſe ab hæreticis, & Meletianis impoſita.

5 Quod ſi quærat aliquis, qua-

nam in causa esse potuerit, vt B. Lucifer hanc aduersus se famam incurreret. Respondeo plures. Prima, excecrabile odium Arianorum, & aliorum hæreticorum aduersus illum, qui erat Catholicorum antesignanus, & choriphæus, & omniũ hęreticorũ malleus, & propugnator accerrimus.

6 Secunda inuidia summæ gloriæ; nam eo tempore habebatur latinorum eloquentissimus, ad obsistendum Imperatori hæretico fortissimus, Athanasij præconio commẽdatissimus, ab omni commercio hæreticorum segregatus, martyrij cupidissimus, & omnium humanarum rerum, ex Dei amore summus contemptor: quæ omnia, cũ neque ferre posset inuidia, neque aliter obscurare, quã, fama dissẽsionis asperſa, quę sita est opportunitas obtrectãdi.

7 Tertia fuit nomen Luciferi, cum enim notissimũ esset illud oraculũ. *Quomodo cecidisti de Cælo Lucifer*, statim atque ipse ex Asia discessit, & hæretici, & Meletiani (quia ipse, prælato Paulino, Meletium reiecerat) aliquid spargere aduersus ipsum cæpere: continuò illa vox omniũ in ore fuit atque sermone; Nomina enim sæpe trahunt rerum euentus.

8 Quarta fuit reiectio Meletij, qui fuerat constitutus Episcopus Antiochenus ab Eudoxio Arianorũ sectatore: hoc enim multorũ etiã Catholicorũ illi conciliauit odiũ: nam plures Meletio iungebantur, pauci Paulino, & ita à sectatoribus Meletij, ex concepto odio, illa, contra Luciferũ, fuit fama sparsa; cumq; ex pluribus qui in Oriente Meletio iungebantur amicitia, plures essent magni nominis, & inter eos S. Basilius teste Baro. tõ. 3. an. Christi 371. qui Meletij cõmunionẽ admisit eiusque causã aduersus Paulinũ defendit. Et vt refert idẽ Baro. to. 4. an. Christi 370. Damasi PP. IIII. etiã S. Greg. Naziãzen. carmine de vita sua illũ aliquot versibus laudauit insigniter: & Chrisostomus orat. panegirica in Meletij laudẽ adnotauit, eius nomẽ infãtibus recens natis parentes imposuisse, tãta cępit erga Meletiũ esse ciuiũ veneratio (post eius exiliũ à Valente Ariano, Paulino ob Sanctimoniã relicto (vt viuẽtis nomẽ & imagines colerent. Quid mirũ si cõtra Luciferũ, illa fama sparsa à cõtrarijs, tã Catholicis, quã hęreticis longè lateque percrebuit, ita vt D. Ambrosius, & eius discipulus Aug. facilè ei assẽsũ pbuerint.

9 Hæ, & alię fuerunt causæ illius sparsi rumoris, & famæ cõtra Luciferũ, sed ipsũ ab omni schismatis labe fuisse immunem, superius dicta ostẽdũt, idemq; ac simul cũ Ecclesię cõmunione, & Dei amicitia, & nota Sãctitate vitã finijsse sequentia amplius demõstrabũt.

PARS TERTIA.

In qua authoritate SS.PP. & Conciliorum ostenditur immunem fuisse à schismate B. Luciferum; & quid de eius Sanctitate in morte, & post mortem sentiendum.

Authoritate Sanctorum Patrum, Athanasij, Hilarij Nazjanzeni, & Hieronymi vindicatur, à schismate B. Lucifer Caput. XXVI.

1 ONTRA hos autores, hæreseos labe pollutos, Ruffinum Socratem, Zozomenum, & Theodoretũ, & eorum sectatores stant pro Sanctitate B. Luciferi, maiores Ecclesiæ proceres, illius coetanei, ex quibus liquidò cõstat, nulla scismatis labe fuisse pollutum B. Luciferum. Sit primus D. Athanasius, qui in epistola, quam scripsit ad Beatum Luciferum; postquam legit eius libros contra Cõstantium Imperatorem, mira de eius Sanctitate profert: veré Luciferum illum appellando; quia lumen veritatis posuerat super candelabrum: Verum Templum Saluatoris, qui in eo habitabat, Eliã sui temporis participem Prophetarũ, & Confessorũ: per cuius os Spiritus sanctus fuit loquutus, admonens, vt gaudeat, illum esse in choro Angelorum, in quo etiam prædecessores Luciferi, scilicet martyres, ait esse; ac demum prophetico spiritu, certò affirmat, Deũ redditurum Beato Lucifero, pro illo labore, præmium in Regno Cœlorum; quod neque adulationi, nec leuitati, aut temeritati, à San-

ctissi-

ctissimo Ecclesiæ Doctore dictũ tribui potest; hæc autem authoritas tanti Doctoris, & Sancti Patris, non solùm debet intelligi de tempore, ante schisma impositũ; sed etiam de tempore obitus, & mortis eius; de quo prophetauerat, post illam adepturum esse Regnum Cœlorum.

2 Et cõfirmatur, quia *anno 364*, vel vt alij anno 363. biennio post impositum Lucifero schisma, idem Athanasius, cõuocata Alexãdriæ Episcoporum Synodo ad Iouinianum Imperatorem, libellum continentem regulam Catholicæ fidei custodiendum misit; quam, ferè omnes Christiani orbis partes illibatè profitebantur, inter quas numerat Sardiniã, cuius Metropolita, & princeps, tunc erat Lucifer; hoc autem de Sardinia non dixisset, si in ea B. Luciferi, & eius sectatorum hæresis, vel schisma viguisset; & in alia epistola ad eumdem Iouinianum ait; *Testor eam Catholicam orthodoxam fuisse in omnibus Ecclesiæ Sardiniæ fidem Ecclesijs, comprobatam.* Quod nullatenus dixisset, si Lucifer scismaticus fuisset, & eius scismate infecta Calaritana Ecclesia; quo testimonio nihil illustrius in fauorem Beati Luciferi adduci potest; quia cum loquatur ex certa scientia, & tantam notitiã B. Luciferi habuerit, imò, & cum eo familiaritatem: sola eius authoritas, garrulis hęreticorum linguis præferenda est. Neque potest dici Athanasium meminisse doctrinæ non scismatis, seu diuisionis, quę potest esse sine noua doctrina fidei: nam contra hoc est, quia vt ait Hierony. *in epist. ad Titum. cap. 3. & 24. quæst. 3.* nullum scisma, non aliquam sibi confixit hæresim, vt rectè ab Ecclesia recessisse videatur: & in præsenti casu est certum; cum in Synodo Alexandrina statutum fuerit decretũ de recipiendis lapsis, quod confirmatum à Sede Apostolica, habet vim articuli fidei, à quo, qui dissentit pertinaciter est hæreticus, & dissentit, non solum in separatione, sed etiam in dogmate, sicut sunt hæretici nouatiani, qui negant deficientes à fide nõ esse recipiendos ad pœnitentiam; & ita sensit B. Satyrus, de quo ait B. Ambrosius in eius obitu, non putasse fidem esse in scismate Luciferianorũ, ergo hæresim, quia vbi non est fides, hæresis est.

3 Sed contra hanc explicationẽ, aduhc obijci potest, quia in cit. epist. Athanasij, & Synodi Alexandrinæ, ad Iouinianum, inter alias Prouincias de Catholica fide commẽdatas, ponitur Hispania, in qua cõstat fuisse Luciferianos apud Hiberiã, & Celtiberos, scilicet apud Tarraconẽsem Prouinciam, vt notauit Baronius in suis annalibus ad annum 371. pag. 311. igitur ex eo quod numeretur

tur etiam Sardinia, nõ excluduntur ab ea Luciferiani.

4 Respondetur negando consequẽtiam, & ratio disparitatis est: quia in Hispania solũ angulum illius tenuerunt Luciferiani, vt expressè docuit S.Hieron.dialog. aduers. Luciferianos, quod comparatione totius Hispaniæ, pro nihilo computabatur; denominatio autem Prouinciæ Catholicæ, & orthodoxæ sumitur à tota illa, & à maiori, & saniori parte, & ita licet in ea, in Italia, Gallijs, & alijs Prouincijs fuerint aliqui hęretici Ariani, vt constat ex historijs Ecclesiasticis, tamen absolutè, titulo orthodoxarum, illas exornauit Athanasius, quia generaliter in illis, fides Catholica profitebatur; at verò, si Ecclesia Primaria Calaritana ab eius Metropolita, & Principe Lucifero, Luciferiano fuisset scismate infecta, cum illa proculdubiò, tota Sardinia, corruisset, sicut autumant contrarij ex illo loco Hieronymi, *si Ecclesiã in sardinia tantum habet Christus, nimium pauper factus est*, & ex illo alio in quo ait, *nõ venisse Christum propter solam mastrucam Sardorum*, & ita si fuisset tota infecta, non potuisset titulo orthodoxæ commendari, propter errores, & hæreses, quos habuit coniunctos secta Luciferianorum, cuius tamẽ contrarium constat, ex 2. citatis epistolis Athanasij ad Iouinianũ.

4 Sanctus etiam Hilarius, alter propemodum Galliarũ Apostolus, B.Luciferi Sanctitatem attestatus est, eo tempore, quo ei falsum scisma impositum fuit: nam sui temporis res scribens, de Sancto Lucifero Calaritano sic ait; *post Sãctorum Virorum exilia, Paulini, Eusebij, Luciferi, Dionysij quinto ab hinc anno, &c.* Qui cum, isto suo libello, recensens præclarissimos Viros de Fide Catholica optimé meritos, tertio loco, atque titulo honorifico, ponat B. Luciferũ, planè declarat eumdem in Catholica cõmunione tunc fuisse perseuerantem; alioquin nephas fuisset, eundẽ, inter Sanctos Episcopos connumerasse, si scismate ab Ecclesia fuisset diuulsus; etenim cum Sanctus Hilarius huiusmodi libellum aduersus Constantij impietates, iam defuncti, edidisset, eo ipso tẽpore, quo post Cõstantij mortem, Iulianus imperabat, tam Paulini Antiocheni Episcopi, à B.Lucifero facta ordinatio tunc incidit; quàm Synodi Alexandrinæ celebritas; at si verùm foret, vt eodẽ anno (vt præfati authores asserebant) B. Lucifer, contentionibus, & scismate ab Ecclesia dissentiret; profectó S.Hilarius illum Sanctis Christi Cõfessoribus ad numerando, maximi erroris (quod nefas est) redargui posset. Quod autẽ à Cardinale Baronio obijcitur *to. 3. ad annum 360. pag. 315.* illud opusculum fuisse scriptum à Sancto Hila-

Hilario, viuente Constantio, dupliciter impugnatur. Primo testificatione S. Hilarij, in eo ipso libello, vbi sic orationem aggreditur. *Tempus est loquendi, quia praeterijt tempus tacendi, Christus expectetur quia obtinuit Antichristus, clament Pastores; quia mercenarij fugerunt.* Vbi per Antichristum intelligit Constantium Imperatorem, iam vita functum.

6 Secundo, & principaliter probatur authoritate D. Hieronymi *libro de scriptoribus Ecclesiasticis cap. 110.* qui de eodem Sancti Hilarij libello ita scripsit, *est eius, & ad Constantium libellus, quem viuenti Constantinopoli porrexerat, & alius in Constantium, quem post mortem eius scripsit.* Quid Clarius.

7 Athanasio, & Hilario accedat Gregorij Nazianzeni authoritas, qui *in oratione funebri de laudibus Basilij*, res gestas sui tēporis enarrans: cum turbas hoc ipso tēpore, propter Eusebij Caesariēsis Episcopi electionem, in Capadocia, commotas memoraret, vndé origo contētionum, & simultatum emanauit eidem Eusebio, & Magno Basilio, tūc solummodò Sacerdoti, apertè testatur, ad illarum partium res componendas ope, auxilioque presto fuisse Occidentales quosdam Episcopos: idque non nisi de Eusebio Vercellensi, & Lucifero Calaritano Sedis Apostolicae legatis, qui Orientem peragrantes praedicationibus Ecclesiasticis, vniuersos propé informarunt, intelligi potest. Ita Iacobus Billius, idē Baronius; Marianus, Victorius, Nicetas *in comment. huius orat. nu. 53.* & alij; & ratio est in promptu; quia vt cōstat ex scriptorum Ecclesiasticorum monimentis, ex Episcopis Occidentalibus, qui tūc temporis in Oriēte commorabantur, cum Apostolicae Sedis vicibus, soli Eusebius, & Lucifer remanserant; nam Hilarius Pictauiēsis in vita Constantij recursus erat in Galliam; Ozius Cordubensis, ante annos quinque, mortem obierat: Dionysius Mediolanensis adhuc in exilio positus, apud Capadociā gloriosus Cōfessor in Caelum ierat; Paulinus Treuerensis anno ante id tempus, martyrij corona, sua merita cumularat: caeteri tādem quicunq; hi fuerint, qui exilij paenas dederant, vel gloriosa commutatione, hāc vitam finierant, vel ad Ecclesias suas: Iuliano Apostata, permittente, redierāt, idque testatus fuit Athanasius in epist. Synodali scripta ad Luciferum, & alios Antiochenos, in illis verbis. *Nos qui relicti sumus Alexandriae paucis indicauimus, &c. Nam reliqui, ex nostris, quisque ad suas Prouincias abierūt*, & quod ad tempus verissimè constat, id non anteà euenire potuisse, quā Constantio é viuis sublato, post Alexandrinam, atque Antiochenam profectionem ab Eusebio Vercellensi,

lensi, & Lucifero Calaritano susceptam; quod pluribus probatur; tùm ex his, quæ ibidem attestantur Naziázenus, Ammianus, Sozomenus, & alij: tùm etiam, quia hæc non potuerunt accidere, viuente Constantio, in cuius vita, Eusebius, & Lucifer exulati, & vincti in diuersas, & distátes Orientis partes deducti sunt; & ideò non potuerunt simul ad tá Apostolicas functiones cõuenire: tépore ergò Iuliani Apostatæ euenerunt, post exilia Sanctorum ab illo relaxata, & post profectioné Alexádrinam, & Antiochenam; quę immediatè post exilium subsecuta est, vt omnes fatentur; & simultas illa, inter Basilium, & Eusebium Cæsariésem, anno 2. Iuliani accidit: vt habet Baronius *to.4.* perperam ergo scismatis accusatur B.Lucifer, ab aduersarijs hæreticis, post multos annos ab eius morte decursos, qui ab Athanasio, Hilario, & Nazianzeno, B. Luciferi coetaneis, vtì Catholicus, & Sanctus, atque in Apostolicis operibus perpetuò se exercens celeberrimis laudum præconijs, extollitur.

Declaratur tempus, in quo tres prædicti Patres de B. Lucifero scripserunt.
Cap. XXVII.

1 QVIA aliqui ex Eminentissimis PP. post visam meã defensioné Sanctitatis B. Luciferi, à me efflagitarunt, vt amplius, & explicatius declararem tempus, in quo ipsi scripserunt ea, quæ refero de B. Lucifero; ideò dico explicatius, Diuum Athanasium scripsisse ea elogia de B.Lucifero, viuéte Constantio, occasione librorum, quos aduersus illum B.Lucifer scripsit: atque adeò ante scisma illi impositum; tamé, vt benè notauit Coriolanus, in suo Breuiario Cronologico, in illomet loco prophetauit D. Athanasius, B. Luciferum, post mortem, adepturum fuisse Regnum Cœlorum in illis verbis; *Scio, & credo ipsum Dominum redditurum tibi, etiam pro hoc labore præmium in Regno Cælorum.* Quod neque adulationi (vt ipse Athanasius testatur) nec leuitati; sed prophetiæ tribuendum est, tanto Ecclesiæ Doctori. Sed huius vberiorem confirmationem habemus, in duabus illis epistolis D.Athanasij ad Iouinianum Imperatorem; in quibus plané testatur, fidem orthodoxam in Sardinia fuisse puram, & illibatam: quod nullatenus dixisset, si eius metropolita, & Princeps Lucifer, & eius Ecclesia fuisset scismatis labe polluta. Et quod ad tempus attinet, cum Iouinianus Imperator successerit Iuliano, in cuius anno secundo scilicet Iuliani, ponit idem Baronius *ad annũ. 362. num. 48.* reditum Luciferi, iam scismate infecti, in Sardiniam; non potuisset D.Athanasius scribés ad Iouinianum posteriorem

tempore, in Imperio, Iuliano, testimonium illibatæ fidei Sardiniæ, & Calaritanæ Ecclesiæ proferre, si Luciferi scismate fuisset infecta: imò pertinuisset ad eum hoc vlcus tangere, præcipuè, cũ de B. Lucifero tã mira, & stupẽda encomia, suis litteris, antea exarasset.

2 Quod attinet ad authoritatem D. Hilarij, non potest ita certò euinci, secundum illum librum, quem scripsit contra Constantium (in quo B. Luciferum inter Sanctos Martyres, & Confessores adnumerat) fuisse ab eo scriptum, post scisma impositum Lucifero. Verisimilius tamen est, eodem tempore, vel Paulopost fuisse scriptum, quia cum constet ex Hieronymo, illum librum scriptum esse, post mortem Cõstantij, postquam immediatè in illius odium, fuerunt exilia Sanctorum relaxata, & ad collapsas Ecclesias Orientis celebrata Alexandrina Synodus ab Eusebio, sicut Antiochena electio à Lucifero. Verisimilius, est eodem tempore, scriptum esse librum à D. Hilario: at si tunc temporis Lucifer ab Ecclesia dissensisset, perperam fecisset D. Hilarius, illum SS. Confessoribus adnumerãdo.

3 De Gregorio Nazianzeno, quantum ad tempus; constat ex eodem Baronio, simultatẽ illam inter Eusebium Cęsariensem, & Sanctum Basilium fuisse secũdo anno Iuliani ad annũ 362. n. 14. Cuius ocasione meminit Episcoporum Occidentalium orthodoxorũ, quos idem Baronius ait fuisse Eusebium Vercellensem, & Luciferum Calaritanum; qui vnanimiter orthodoxos ad suas partes trahebant. At multò probabilius est, Synodum Alexandrinam fuisse celebratam primo anno Iuliani, vt dictum est; cum ad reparandas Orientis Ecclesias collapsas, post obitum Cõstantij, facta fuerit, vt ad hoc conueniẽtissimum, & vnicum medium. Ita tenet D. Constantinus Caietanus Benedictinus Abbas in disquisitione de Sanctitate B. Luciferi *pag. 75.* sed melius colligitur ex epistola D. Athanasij scripta ad Ruffinianũ, quæ extat *in Concilio 2. Niceno act. 1. tom 2. conc. gener. impress. Colon. pag. 471.* vbi habet hæc verba, *in primis cum à vi cessatum esset* (scilicet per mortem Constantij) *Synodusq; præsentium, & eorum qui longinquas regiones incolebant Episcoporum haberetur, nec modò comministris, qui per Græciam passim habitabant, verùm etiam in Gallijs, & Hispania.* Põderãda sunt prima illa verba, *in primis cùm à vi cessatum esset*, quæ planè indicant, illicò post mortem Constantij, Synodum fuisse coactam.

4 Id ipsum manifestè tradit historia Ecclesiastica, ab Ecclesia approbata, & in lectionibus Breuiarij exarata: vbi sic habetur. *Constantio mortuo, cũ Iulianus Apostata, qui ei in Imperio successit, exu-*

les

les Episcopos ad suas Ecclesias redire permisisset, Athanasius Alexãdriam reuersus, summo honore exceptus est. Sed non multò post, ijsdem Arianis impellentibus, à Iuliano exagitatus, rursus discedere cogitur: cumque ab eius satelitibus ad necem conquireretur; qua fugiebat nauicula, conuersa in contrariam fluminis partem, his qui se insequebantur ex industria occurrit: & quærentibus quantum indè abesset Athanasius, respondit eum non longè abesse; itaque illos contrarium tenentes cursum effugit, atque Alexandriam rediens, ibidem vsque ad Iuliani obitum ocultus permansit. Si Paulò post exilia relaxata à Iuliano, & reuersionem Athanasij Alexandriam, iterum fuit Athanasius ad necem conquisitus à Iuliano; ita vt vsque ad eius obitum ocultus permanserit, necessariò celebratio Synodi Alexãdrinæ, fuit immediate post exilia relaxata in initio Imperij Iuliani, ante exortam persequtionem illius, contra Athanasium: nam toto tempore persequtionis, vsque ad obitum Iuliani ocultus delituit, in quo non potuisset publicę celebrationi concilij interesse, sicut interfuit: eo vel maximè, quia, vt ait Epiphanius, hæresi 76. Alexandrini statim, audita morte Constãtij, Georgium pseudo Episcopum Arianum, Athanasij hostem crudeliter interemerunt, post cuius necem, immediate ponit Nazianzenus Oratio. de Lau. Athanasij reditũ eius Alexandriam, & *tunc* (vt ait Hieronymus; Dialogo contra Luciferianos) *triumphatorem suum Athanasiũ, Ægyptus excepit*: illicò videlicet, post mortem Constantij, hoc enim significat illa particula, *tunc*.

5 Cum igitur ea, quæ refert Naziãzenus acciderint anno secundo Iuliani, planè euincitur Luciferum, nõ ab illa, neque ab Eusebio dissensisse, cum simul in ea Ciuitate, Apostolica munia obierint. Confirmatur; quia referre ad annum secundum Iuliani celebrationem Alexandrinæ Synodi, & Antiochenã electionem, simultatem inter Luciferum, & Eusebium, reditum Luciferi, ab Oriente, Romã, & à Roma, in Sardiniam, quæ omnia ponit Baronius secundo Iuliani anno ad annum 362. num. 48. omninò inuerisimile est, cum sola nauigatio ab Oriente, Romam, maiorem partem vnius anni postulauerit; quia cum tunc non fuisset adhuc inuenta acus nautica, nauigationes fiebant semper litora tenendo, ob quam causam, Æneam, ab Asia in Italiam, in nauigatione, aliquot annos consumpsisse, est constans antiquorum sententia, imò, & D. Paulus, quandò venit Romam, vinctus ex Palestina, penè annum consumpsit in nauigatione, vt constat ex Beda, Baronio, Maurolico, & alijs quãpluribus, relatis ab Incofer *lib. de cõiecta. epist. B. Virginis.*

6 Tandem confirmatur hac vnica ratione; siuè illa simultas inter Eusebium Cesariensem, & Basilium acciderit post celebratam Synodum Alexandrinam, vt probatum est, siuè ante illam, quia ea, quæ dicta sunt

à Nazianzeno de Lucifero Calaritano, & Eusebio Vercellensi, ab eo scripta sunt *in oratione funebri S. Basilij*, qui obijt anno 380. atque adeò 19. annis post schisma B. Lucife. impositum, qui fuit 362. iuxta Baronium, at si hoc verum fuisset, nullatenus potuisset latere Naziázenum, vtpoté scisma ortum in Oriente, & tanto viro, Sedis Apostolicæ Legato authore; atque adeò referendo illam simultatem Eusebij Cæsariensis, & Basilij, non exornasset B. Luciferum, titulo Episcopi Orthodoxi, in Apostolicis functionibus, simul cum Eusebio Vercellensi, se exercentis; sed pertinuisset ad eum, vlcus Luciferi tangere, vt admoneret fideles, qui sua scripta perlegerent, ne deciperẽtur; doctrina schismatici, à se cõmendati, quod à SS. PP. semper fuit obseruatum. Eo vel maximè, quia vt *cap. 25. num. 21.* ex Baronio notauimus Diuus Gregorius Nazianzenus, Meletio fuit nimis addictus, nõ Paulino, ad cuius labefactandam electionem, opportunũ fuisset notare, à Legato schismatico factá fuisse.

7 Addo, ipsummet Baronium expresse hoc docuisse *tom. 4. ad annum. 362. pag. mihi 90. num. 212.* vbi testatur in Synodo Alexandrina, authoritate Romani Pontificis decretas fuisse Legationes Eusebij, & Luciferi (quem licet ibi expresse non nominet, id præstitit superius, *pag. mihi 32. num. 58.* de quo videantur dicta à nobis, *cap. 25. num. 9.*) ad restituendas collapsas Orientis Ecclesias; atque adeó eos post dictam Synodum hanc peregrinationem suscepisse, & Capadociam peruenisse, vbi simul Apostolica munia obierunt, iuxta prædictam authoritatem Nazianzeni.

Ex quo etiam manifestè euincitur post Synodum Alexandrinam, nullam simultatem, sed summam vnionem, & cõcordiam fuisse inter Eusebium, & Luciferũ; atque adeò fuisse merum Ruffini, & hæreticorum figmentum, quod de simultate illorum, & schismate Beati Luciferi, scriptis mandarunt.

8 His SS. PP. adstipulatur S. Hieronymus, qui in locis à nobis, *cap. 25. huius lib. cit. nu. 6. & 7.* B. Luciferum, Gloriolo *Confessoris* nomine condecorat, & in Dialogo contra Luciferianos, *Beatum* prædicat, post mortem, & *Bonum Pastorem*, nihilque eorum, que à maledicis (scilicet Ruffino, & hæreticis) contra illum circa simultatem Antiochenam cum Eusebio circunferebantur, ait se de tali viro credere; hoc vnum constanter affirmans, illum solis verbis, non rebus dissensisse, de quo testimonio dicemus latius *cap. 46. huius lib.*

Ex Socrate, Zozomeno, & alijs euincitur, B. Luciferum numquam fuisse scismaticum, idemque ex Concilijs Ecclesiæ. Cap. 28.

1 NON solùm ex antiquis PP. sed ex eisdem antiquis scriptoribus contrarijs, euincitur B. Luciferum

ferum nũquam fuisse schismaticum: quia dato, & nõ concesso, quod non assensisset decretis Synodi Alexandrinæ, quia Concilium Prouinciale erat, & ipse Legatus Apostolicus, pari lis authoritatis in Oriẽte, cũ Sancto Eusebio, nõ potuit dici schismaticus, per illam ipsi impositã segregationem, donec fuisset illud Concilium à Sede Apostolica confirmatum; sed immediate post illud concilium, antequam accederet confirmatio Apostolica, vt ex Epistola Marcellini, & Faustini à Baronio allegata, & admissa, constat B. Luciferum venisse Romam, ad Summum Pontificem Liberium, redditurum rationem suæ legationis, & adhæsisse supremo capiti Ecclesiæ, quia teste Sozomeno, Socrate, Tripartita, Nicephoro, & alijs, cum pace Ecclesiæ, in Sardiniam remeauit ad thronum suum, igitur numquam schismatici labe pollutus fuit, quia antea aduentum ipsius Romam, ad oraculum Sedis Apostolicæ, non schisma; sed opinio censenda erat; post aduentum Romam, constat ex prædictis authoribus, acquieuisse Ecclesiæ, & cũ pace illius remeasse ad thronum suum, igitur nũquam fuit schismaticus.

2 Nec aliud argumentum silentio est prætermittendum: quod cum hac eadem Luciferi ætate, nempe anno 369. qui B. Luciferi mortem biennio antecessit, concilium à Damaso Papa nonaginta Episcoporum Romæ coactum esset, in quo, tùm Arianæ hæresis reliquiæ, in Italia, & Gallia, tùm alij errores vniuersam Ecclesiam infestantes, condemnati sunt, necnon de omnibus, quæ sanæ fidei aduersarentur diligenter prospectum: nulla tamen de Lucifero, vel schismate, in eius diocesi inualescente, & Romæ vicina, mentione habita, cum de nonnullis alijs Prouincijs etiam remotis hæreseos labe maculatis, querimonia in eo Concilio (vt ex eisdem actibus apparet) delata fuerit. Extat de eodem Concilio, Theodoriti testimonium *lib. 2. cap. 22.* cum ipsius Concilij litteris, ex quorum tenore, constat, nullam hæresis, vel schismatis, Sardiniæ notam, inuri; at si pestis huiusmodi, tunc temporis, Lucifero Calaritano authore, in ea sæuisset, incredibile est, Damasum, qui, omni cura, & studio, suæ tempestatis hæreses, & schismata extirpare nitebatur, eam intactam, & innominatam reliquisse; Quod sanè maximo argumento est, fidem Sardiniæ, sicut à S. Athanasio, & Concilio Alexandrino, vt superius diximus, ita à Sancto Damaso, & Concilio Romano approbatam fuisse.

3 Simile huic est aliud generale argumentum, licet negatiuum, sicut præcedens, sed in præsenti re, necessariò euidenter concludens. Nulla est enim hæresis, nullus hæresiarca, quæ, vel qui, à condita Ecclesia, à Sũmis Pontificibus, & cõcilijs damnata, vel damnatus nõ sit; semper enim hæreses, cũ suis authoribus, expressè dam-

damnâtur, vt patet, per omnia concilia discurrẽdo, in quibus aliqua hæresis dãnata est; sed nullus vnquam Pontifex, nullum cõcilium, ne dum damnauit Luciferum; sed nec de doctrina illius, vllã, vel minimã suspicionẽ habuit, quippè, quem S. Athanasius magistrum veritatis appellat, cum intereà plures, licet alioqui dubios, & quorum doctrinam ab hæreticis tantum corruptam, multi tenuerunt, damnauit, aut ab alijs damnatos ratum habuit: vt constat in Concilio Calcedonensi, doctrina Origenis à S. Basilio, & Cyrillo damnata, quæ pariter ibidem cũ authore damnatur: igitur B. Lucifer nulla fuit scismatis labe pollutus.

Ex alijs authoribus, tam antiquis, quàm modernis, Sanctitas B. Luciferi in morte, & post mortem eiusdem adstruitur. Cap. 29.

1 PRÆTER dictos Patres Athanasium, Hilarium, Gregorium, & Hieronymum, eius Sanctitatem in morte, & post mortem testati sũt Hermannus Contractus, ex Comite Vorigensi in Suecia, Monachus Benedictinus factus, sua tempestate nõ solùm sanguinis nobilitate; sed etiã Sanctitatis, & miraculorum gloria clarus (qui secundum Ioannem Tritemium de scriptoribus Ecclesiasticis, claruit anno Domini 1040.) *in Chronico ad annũ Christi 269.* testatũ reliquit hæc verba: *Lucifer Calaritanus Episcopus uir ualdè Catholicus obijt.* Hæc ille; cũ de Eusebio Vercellensi, ante annum tantũ dixisset, vt & de Hilario Pictauiensi. *Eusebius Vercelẽsis Episcopus moritur; Hilarius Pictauis Episcopus moritur*; nullo elegio addito, vt de Lucifero addidit dicẽs. *Vir valde Catholicus*. Chronicon istud Cõtracti testatur Ioan. Pistonius Nidanus *in epist. edita Francofurti. anno. 1583.* apud hæredes Andreæ Vuoqueli, quæ habetur in vno ipsius tomo illustriũ veterũ scriptorũ de rebus Germaniæ: testatur inquã, habuisse dictum Chronicõ, tàm ex impressis, quam ex veteribus alijs manu exaratis Codicibus.

2 Primus Cabilonensis Episcopus *in typographia SS. Xpi Martyrũ* ab eo cõposito, *año 1450.* in verbo *Caralis Sardiniæ* ait. *Hic Lucifer ad Cõstãtiũ Imperatorẽ à Liberio Papa missus, propter fidẽ Nicenam exulat. Hic Priamus, Fælix, Æmilius, & Lucianus Martyres, hic Eusebius Vercellensis nascitur.* Vbi illum, & SS. Martyribus Calaritanis adnumerat, sicut prętat in alijs Sanctis Vrbium, quos adducit in sua typographia, & primũ, & Principẽ locum inter Sãctos, Calaritanos, illi tribuit, vtpotè fulgentissimo totius Ecclesiæ Catholicæ Syderi.

3 Petrus à Natalibus Episcopus Equilinus ante annos 130. B. Luciferũ scripsit in albo SS. *lib. 11. cap. 88.*

Mombritius, qui scripsit tempore Ducũ Mediolani, illũ Sãctũ refert in *actis antiquis Martirij SS. MM. Cesselli, & Camerini*, quę affert in vita S. Luxorij M. propè finẽ, vbi meminit Templi S. Luciferi, in quo sepulta fuisse

fuisse corpora Sanctorũ Ceselli, & Camerini Martyrum, testatur *tom. 2.* qui extat in Bibliotheca Congregationis Oratorij Romę; Ioannes Tilus Meldensis *in libro opusculorum S. Luciferi* dicato Sũmo Põtifici Pio V. Parisijs excuso, sub Scuto Basiliensi, via Iacobea, *anno 1567.* in epistola dedicatoria ait, *S. Luciferũ*, & in vita, & post mortem fuisse habitum, & appellatum Beatũ, & Sanctũ: Cardinalis Bellarminius in apologia contra Iacobũ Regem Angligę, numerat S. Luciferum, inter maiores nostros, & Sanctos Patres, Hilariũ Pictauiensem, Gregorium Nazianzenum, & Cyrillum Alexandrinum, quos se profitetur imitari; Coriolanus in suo Breuiario Chronologico ad annum 362. qui in alijs secutus Baroniũ, in hoc vno ab ipso deuiat, & subscribit Sanctitati B. Luciferi. Henricus Spondanus in epit. Annalium Baronij in secũda excusione facta Parisijs *ann. 1622. pag. 462.* Cornelius à Lapide, qui licèt in Commẽtariis super epist. Pauli, *pag. 24.* excusis Parisijs, *anno 1618.* dixerit Hilariũ Romanum scismati Luciferi Calaritani adhæsisse; tamẽ posteà in Cõmentarijs super Apocalyp. excusis *anno 1627. in lib. 3.* Sanctitati B. Luciferi subscribit; Abraham Zouius, in vita Pauli V. Romæ excusa, & Sanctissimo Domino nostro Vrbano dicata, vbi & eũ Sãctum appellat, & eius Templi meminit; Thomas Bosius relatus à Coriolano in vita Liberij *pag. 92.* Bibliotheca Veterum Patrum *tomo 9. noua impressionis*; Philippus Ferrarius Alexandrinus in Cathalogo generali Sanctorum, q in Martyrologio Romano non sunt, dicato Sãctissimo Domino nostro Vrbano VIII. *anno 1625. ad diem 15. Kalend. Februarij* sic habet, *Calari in Sardinia Sancti Luciferi Episcopi*; idemq; tenet in additione ad Cathalog. 55. Italię.

3 Antiochus Brondo in Cõmẽtarijs super *cap. 2. Apocalyp. pagina 564. littera H.* Dimas Serpi *lib. de Sanctis Sardiniæ*, in vita S. Luciferi; Fara Archipresbyter Turritanus, posteà Episcopus Bosanen. *lib. de reb. Sardois pag. 78.* & in Cathalago Sãctorum impresso *anno 1580.* vbi Turritanæ Ecclesiæ codicem antiquũ manuscriptum allegat; *Arca lib. 3. de Sanctis Sardiniæ*, Esquirro, Carnicer, Cassanate, Esquiuel, Boil, Canales de Vega, & alij recentiores.

Ex vetustis Templis in honorem Beati Luciferi dicatis eius Sanctitas demonstratur. Cap. 30.

1 SED præter tantorum virorum authoritatem, alia irrefragabilia, & præcipua fundamẽta in fauorem Sanctitatis B. Luciferi põderanda sunt, quæ nõ nutant, licèt authorũ inter se scripta nutent. Primum immemorabilis Veneratio Ecclesiæ Calaritanæ


tanæ

tanæ, & antiquissimum templū; imò, & templa, suæ Sanctitati, & nomini dicata. Primū Calari prope Basilicā S.Saturnini. Secundū inter oppida Pirri, & Selargius. Tertium propè oppida S.Viti, & Murauera, lingua Sardoa nuncupatū *Santu Luxedu*, quod idē est ac latinæ *S.Lucifer*. Quartū propè oppidum Sadili Calaritanę Diocesis, vt in eorū typographijs in fine huius capitis exaratis cerni potest. Duorū primorum meminerūt, Fara Archipresbyter Turritanus, in suo *libro de reb.Sardois pag.78.excusso anno 1580.* Arca *lib.3.de Sanctis Sardiniæ*, Brōdo in Apocal. *pag.564* & alij authores: nā, vt optimē pōderauit Coriolanus, nullatenus est verisimile, Ecclesiā Primatialē Calaritanā, illa templa dicasse B.Lucifero, & sēper, vt Diuum veneratū fuisse, (pręcipuè cum posteà duos Summos Pontifices habuerit, Symacū, & Hilariū Calaritanos, quos ideò non potuit hoc latere, & in illa Ciuitate D.Fulgētius, & plusquā 200. Episcopi Africani Sancti, & Catholici, propter fidē ab hæreticis exulati, diu Calari cōmorarint, qui Calaritanos admonuissent, & auertissent ab adoratione B.Luciferi) si Sanctus non fuisset, neq; hoc tulissent tot prælati Sāctissimi illius Ecclesiæ, neque visitatores Apostolici, Fœlix, & Cyriacus missi (vt vult Baron. *to.8.ad annū 594.pag.mihi 70.*) à D.Gregorio Magno ad visitandā Ecclesiā Primatialē Calaritanam Pastoris negligentia incultā. Hoc argumento cōuictus fuit Henricus Spōdanus discipulus Baronij, & eiusdē Congregationis, quādò vidit Romæ testimoniū authenticū Ecclesiæ S. Luciferi: nam cū in suo epit. operū Baronij excusionis Magūtiæ factæ *anno 1614.* secutus fuisset opinionē Cardin. Baronij, posteà in excusione facta Parisijs *1622.pag. 464.* mutauit sentētiā, dixitq; idē factūrū Baroniū, si non è vita excessisset; idq; sæpius promisisse: vt fecerat de Fausto Regiensi Episcopo in Gallia Narbonēsi, & post multa de S. Lucifero præclarè dicta cōcludit, *quo circà maneāt tàm nostro, quā Baronij nomine, Lucifero integra pænitentiæ ac palinodiæ suæ iura, neq; ex nris scriptis sētiat praeiuditiū.*


Libuit hic Typographias horum Tēplorum apponere, quod in huius veritatis confirmationem, non iniucundum Lectoribus, futurum existimo. Series autem earum hæc est. Prima est Templi B. Luciferi siti propè Calarim ante nouam tecti reparationem. Secunda est eiusdem templi post reparationem. Tertia est templi iuxtà oppidum Selarjus. Quarta est Tabellæ Altaris maioris huius templi, in qua est depicta imago S.Luciferi, nō S.Luxorij. Quinta est templi siti in Prouincia Sarabensi, propè oppidum Murauera. Sexta deniq; templi siti propè oppidum Sadili. Prædicta autem templa, & tabella, ita vetusta sunt, vt peritorum in arte calculo, prima eorum structura, & fundatio mille, & ducentorum annorum tempus excedat; atque adeò paulò post obitum S. Luciferi à fidelibus constructa censentur; prout huius antiquitatis, informationes iuridicè acceptæ, extant in Nostra Curia.

Typogra-

Typographia templi vetustissimi, Beato lucifero Archipiscopo Calaritano Dicati, prope Calarim extructi inter Basilicam Sancti Saturnini Martyris Et ipsā Vrbem inquo sacrosanctæ illius Reliquiæ mirabiliter fuere repertæ.



Typographia. Templi. Antiquissimi, Beato Lucifero Archiepiscopo Calaritano. Dicati, prope Calarim . & extructi, nunc nouiter instaurati



Typographia. Templi Antiquissimi, Beato Lucifero. Archiepiscopo. Calaritano.
Dicati, siti prope opidum Selargus, Calaritanę Diocesis







Typographia vetustissimę Imaginis Beati luciferi Archiepiscopi Calaritani depictę in ta-
bula aitaris maioris templi eiusdem Sancti. opidi Selargius Calaritanę diocesis

V

Typographia Templi Vetustissimi ruralis, siti prope opidum murauera, Calaritanæ Diocesis. Beato, Lucifero Archiepiscopo Calaritano, Dicati



Typographia Templi Vetustissimi. Beato. Lucifero Archiepiscopo Calaritano. dicati
Siti infinibus opidi de Sadili Calaritane, Diocesis.



Idem euincitur ex antiquissima veneratione Ecclesiæ Vercellensis in Italia, & Turritanæ in Sardinia. Cap. XXXI.

1 HVIC fundamento additur veneratio Ecclesię Vercellen. in Italia, quæ in Hymno, qui habetur in primis vesperis festi S. Eusebij, in Breuiario Eusebiano, semper vt diuum venerata fuit S. Luciferum; eiusque apud Deum implorat auxilium, sic enim ait prædicto hymno.

Tunc Palatini Comites.
Vi rapuerunt præsules.
Eusebium, Dionysium.
Cum eis, & Luciferum.
Hos deprecamur sedulè.
Christi captos pro nomine.
Sacris hymnorum meritis,
Cæli fruamur gaudijs.

2 Hic hymnus quamuis negetur à Baronio, *in apendice ad tom. 4. qui est in fine tom. 10. pag. mihi 613.* sola moto relatione Ferrerij Episcopi Vercellen. tunc in Vrbe degentis, certè vterque deceptus fuit; nam iste hymnus inuenitur in Breuiario Eusebiano, Venetijs excuso per Albertinum de Losana Vercellen. *anno 1504. die 6. Februarij:* quod etiam idem Ferrerius, post suum in suam Ecclesiam reditum, confessus est: & licet conetur ostendere (forté in gratiam Baronij) hunc hymnum apochryphum esse, nec probat, nec verisimilia, imò multa sibi implicantia dicit; nam quod inprimis ait, Cardinalem Guidonē suum antecessorem reformasse Breuiarium Eusebianum, aliqua apochrypha demendo, introducta, ab illis duobus Canonicis Ecclesiæ Vercellensis, qui illū anno 1504. Venetijs, sine authoritate Sedis Apostolicæ excudi fecerūt, vt indè inferat, hūc etiam hymnum fuisse explosum; inuerisimile est, tùm quia, quamuis asserat Guidonem aliqua apochrypha dempsisse, & ipse promittat in suo libro illa relaturū, nec adimpleuit, nec dixit hunc hymnum fuisse vnum ex illis: tùm etiam quia si iste hymnus fuisset, vnus ex rebus apochryphis, quæ Cardinalis Guido expungi iusserat, proculdubiò, aùt expunxissent, aùt deleuissent, à Breuiario; cum igitur ipse Ferrerius inuenerit in eo hunc hymnum, neque deletum, neque expunctum, est euidens argumentum, non fuisse ex illis scripturis apochryphis, quas Cardinalis Guido iussit deleri, & expungi.

3 Secundo est inuerisimile, illos duos Canonicos Vercellenses, ex proprio marte, & authoritate, multa noua, & apochrypha addidisse in excusione illius Breuiarij quam, licet sine authoritate Sedis Apostolicę (quæ ad hoc solùm necessaria non erat) tamen, ex

speciali cómissione sui capituli, fecerunt, vt dicitur in titulo, & principio Breuiarij, propter maiorem facilitatem, & commoditatem, quam affert excusum, magis, quam manuscriptum ad recitãdum; illudque Breuiarium excusum excepit, & approbauit dicta Ecclesia, eoq; vsa fuit multorum annorũ spatio, quod non fecisset, si contraria, & diuersa à Breuiario manuscripto, in excuso inseruissent.

4 Tertio est inuerisimile, illos duos Canonicos Vercellenses, ex proprio (vt aiunt) digito suxisse, & nouiter formasse hunc hymnum, in quo S. Luciferi fit memoria, quia neque erant Sardi, neque aliquod interesse habebant in rebus, & veneratione B. Luciferi, neque ausi fuissent, authoritate propria, mittere manũ in re pertinente; non ad solum ritum, & cerimonias illius Ecclesiæ, sed ad venerationem, & adorationem SS. quia turpis, & intollerabilis error fuisset; & sic verisimilius, & certius est, ex originalibus antiquis manuscriptis dicti Breuiarij Eusebiani, excerpisse.

5 Quarto in eo, quod ait Ferrerius, scilicet ex quatuor hymnis repertis in illo Breuiario, solos tres fuisse decantari solitos in Ecclesia Vercellensi, & non hunc, in quo fit mentio S. Luciferi, manifestę cõuincitur falsitatis, quia hic hymnus, in quo fit mentio Sancti Luciferi, solus reperitur in primis vesperis festi S. Eusebij, ante *Magnificat*, vt videre est in dicto Breuiario *fol. 85. & 292.* & quamuis forté à temporibus Pij V. vel reformationis dicti Guidonis, aut Ferrerij fuisset cessatũ ab vsu illius hymni, vel Breuiarij, hoc non tollit; quominus tot sæculis anterioribus, sit in illo offitio decãtatus, & ab illa Ecclesia, S. Lucifer semper veneratus.

6 Neque obstat in Eccesia Vercellensi nullam aliam cõmemorationem fieri S. Luciferi, sicut fit commemoratio S. Dionysij alterius ex socijs, in vinculis, & exilio S. Eusebij, neq; in Litanijs recitatis ab illa Ecclesia nomen S. Luciferi inueniri; quia adhoc respondetur argumentum negatiuum nihil cõcludere, siquidem in Ecclesijs particularibus, nec fit festum, nec commemoratio omnium SS. Ecclesiæ Dei, nec omnes ponuntur in litanijs, quod si eam facit Ecclesia Vercellensis; Sancti Dionysij, hæc specialis ratio esse potest, quia fuit Archiepiscopus Mediolaneñ. vicinus, & Metropolitanus Ecclesię Vercellen. quod non habuit B. Lucifer; ex quibus manet firmum fundamentũ antiquæ venerationis Ecclesiæ Vercellen. circa B. Luciferum.

7 His etiam accedit veneratio Ecclesiæ Turritanæ in Sardinia, in qua (vt refert Fara Sassaren. Archi-

Archipresbiter Turritanus *lib. 1. de rebus Sardois pag. 78.* & in indice Sanctorum (est habitus pro Sancto, *vt constat* (inquit) *ex antiquo Codice manu scripto illius Ecclesiæ*.

Idem probatur ex immemoriali traditione Ecclesiæ Calaritanæ.
Cap. XXXII.

1 HOC ipsum probat immemorialis traditio (cũ Templis vetustissimis, & continua veneratione prędictarum Ecclesiarum coniũcta) Ecclesiæ, & Diocesis Calaritanę, circa Sanctitatẽ, Fœlicem obitũ, & venerationem S. Luciferi, cui, licet cõtinuó non adhæserint totius Ecclesiæ, Patrumque suffragia, quæ robur addant; tamen magnæ fidei, & æstimationis semper in Ecclesia fuit habita; licet inter fluctuantes opiniones, sola pietatis ancora firmetur.

2 Aliter enim illicò Abagari, & Iesu epistolarum, fides vacillabit, quas apud antiquiores, sine vlla dubitatione fuisse receptas, testatur. *Epistola Darij Comitis ad Sanctum Augustinum scripta. S. Ephrem Diaconus Ciuitatis Edessæ in eo opusculo, cuius titulus est.* Testamẽtum Ephrem. *Theodorus studita, in epist. ad Paschalem Papam, Cedrenus, et alij,* quos adducit. *Baronius tom. 1. annalium ad annum Christi 31. Tiberij Imperator. 15. num. 58. & 59.* nutabũt Abagari, prædicante Thadeo, conuersio: *Autor est Eusebius lib. 1. hist. cap. 13. in fine, & meminit Baronius, ad annũ Christi, Claudij Imp. 1. num. 14. & sequentibus.* Mariæ Virginis iter in Asiã, *apud Flauium Lucium dextrum ad annum 41. & Concil. Ephesinum to. 2. Conciliorum cap. 27. & Baronium in notis ad Martyrologiũ 27. Decemb.* Pilati ad Tiberium de Christo relatio, vt *Egesippus in Anacephaleosi, & Dexter ad annum Christi 38.* Apostolorum ad Deiparæ funus, obsequium: *de quo Dionysius lib. 1. de diuinis nom. cap. 3. & alij* Beatæ Virginis in Cœlum admirabilis Assumptio: quæ sola traditione habetur. *Baron. ad annum 48. qui Iuuenalem Hierosolymorum Episcopũ citat, & in notis ad Martyrologium 15. Augusti,* Petri cum Symone Mago concertatio; *Cuius mentionem facit S. Maximus Episcopus hom. 5. de Sanctis Apostolis Petro, & Paulo.*

3 Sãctorum Apostolorum item Pauli, & Iacobi in Hispanias profectio; *de qua Sophronius, in cap. 16. ad Rom. Ioan. Vasæus in sua Chron. Hispan. & Flauius Dexter, ad annum 36. & 64. & Baronius ad annum 46.* Mortuorũ ad vmbram Pauli suscitatio, *D. Chrisostomus hom. 6. in epist. 1. ad Corinth. & hom. 8. in epist. ad Rom.* Siluestri de Dracone Triumphus, *Vt patet in Tabulis Oratorij Sanctæ Mariæ, libera*

boranos à pænis inferni. Georgij cũ Serpente pugna. *Baronius in notis Martyrol. 23. Aprilis*, similitèr equipicti Georgij gestantis, innitus. *Apud Nicephor. Gregoram lib. 8.pag.137.& 138.& Baronium in notis ad Martyrol. 23. Aprilis*. Septem dormientium per sæcula somnus; *vt scripsit in suis Carminibus Hieronymus Vidal. & Baronius in notis ad Martirol. 26. Iulij*. Dionysij, aut etiã Emegdij Asculani cum resecto capite, incessus, *Baron. in notis ad Martyrol. 9. Octobris, qui alios citat*; Apparitio B. Virginis super columnam vulgò dictæ *del Pilar* facta Beato Iacobo Apostolo, in Cæsaraugusta Hispaniç propè Orã Hiberi fluminis, vt est traditio illius Ecclesiæ, & totius Hispaniæ.

4 His addere possumus, inuentionis Sanctæ Crucis, per orbem Christianum, institutã solemnitatem, cuius origo; tametsi ambiguam haberet narrationem, nec nisi humana fide, & opinione cognitam, tantç nihilominus authoritatis eualuit momentis; vt Ecclesiam ad festam vbique sanciendam, memoriam induxerit, vt benè colligit ex diuersis authoribus, *Suarius tom. 1. de religione lib. 2. cap. 7. nu. 5. & sequentibus*; Vbi plura de hac re, & plures, affert authores.

5 Tandem addi etiam potest, traditio illa, quam *Breuiarium Romanum 4. die infra octauã Assumptionis adhibet in 2. nocturno, lectione 4. ex S. Damasceno*, qui traditione antiqua (inquit) habetur, quod tẽpore dormitionis B. Virginis, vniuersi Sancti Apostoli, qui orbem terræ, ad salutem gentium peragrabãt, momento temporis, in sublime elati, conuenerunt Hierosolymis; quæ traditio non habetur, nisi ex *Melitone Sardicensi in tractatu de Assumptione*; quã tamen *Gelasius PP.* recenset inter Apochripha, *ut habetur distinctione 15. cap. Sancta Romana*, atque adeò sola traditione firmatur: vt ommittam sexcenta plura alia exempla, in quibus sola traditio, particularum Ecclesiarum dedit robur, & sufficiens fundamẽtum ad multa, quæ constanter tenẽtur in Ecclesia Dei: Igitur traditio immemorialis Diocesis Calaritanæ, & aliarũ, sufficientissimum præbet fundamentum Sanctitati B. Luciferi.

6 Veritas autem huius nostræ traditionis probatur. Primo per scriptores, & historias relatas capitibus præcedentibus, quibus in rebus, vetustissima maiorũ traditione communiter receptis fides adhibetur *ad trad. per Felinũ in cap. ex parte nu 49. vers. & dum supra tractatum est de rescript. Rotta decis. 718. num. 2. part. 4. diuers. & nouissimè in Cæsaraugustana Cathedralitatis 1. Mart. 1630. coram R.D. Coccino Decano*. Secundo per testes qui afferuntur in informationi-

tionibus deductis in fine huius libri: testibus autem in rebus antiquioribus, viuentiumque memoriam planè excedētibus, tanquam de publica voce, & fama: nec nō de traditionibus antiquis deponentes probare, plenissimè, docuerunt. *Inoc. in cap. veniens n. 6. vers. & non mireris, de verb. signif. Abb. in cap. inter dilect. num. 6. de fid. instrum.* laté *Felin. in cap. veniens il 1. num. 26. de test. & in cap. cum causam num. 9. vers. sed dicas de probat. Bellam decis. 70. Cassad. decis. 2. de probat. Caputaq. decis. 344. num. 3. & 347. num. 4. part. 3. Put. decis. 74. num. 2. lib. 1. & Rota in cit. decis. Cæsaraugustana Cathedralitatis.*

Idem euincitur ex inuentione eius Corporis in sua met Ecclesia, cum epitaphijs, & notis manifestis suæ Sanctitatis.

Cap. 23.

1 HOC etiā probat inuentio eius Sāctarū Reliquiarū in suamet Ecclesia, inter alia Corpora Sāctorum cum tribus Epitaphijs. Primum immediatum eius reliquijs, incisum in paruo triangulari marmore (forsan vti Symbolum Sanctissimæ Trinitatis, quam ipse contra Arrianos acriter defenderat) sic habebat. *Sanctus Luciferus Episcopus.* Secundum superius huic, erat mosaicé formatū, quod legi non potuit, eo quod effossores, incautè ligonum ictibus, illud deformauerant. Tertium superius in alio marmore incisum, cum palmis, rosa, Aquila, & alijs notis, manifestis suæ Sanctitatis signis, cuius inscriptio hæc erat. *Hic iacet B. M. Lucifer, Archiepiscopus Calaritanus Primarius Sardiniæ, & Corsicæ, Catholicus filius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.* Quæ ritè, & testimonio Illustrium Virorum, & testium, omni exceptione maiorum probata sunt.

2 Hij fuerunt Excellentiss. Don Ioannes Viues Prorex, & Capitaneus Generalis totius Regni. Nob. D. Franciscus Pacheco Regiam Cancellariam Regēs, Nob. Don Paulus de Castelui Procurator Regius in dicto Regno. Don Gaspar Viues filius Proregis, & Archidiaconus de Mōuiedro Valentiæ. D. Ioannes de Mon Palau Proregis Cognatus. Frater Antonius Marcer Franciscanus, natione Gotolanus, à Confessionibus Excell. Proregis. Doctor Ioannes Atzori Decanus Calaritanus postea Episcopus Bosanen. Doctor Melchior Pirella Canonicus Calaritanus, postea Episcopus Vsellen. Doctor Antonius Tola Canonicus Calaritanus. Frater Petrus Berra Vicarius Generalis minimorum S. Francisci de Paula. Pater Franciscus Pinna Societatis Iesu. Pater Saturninus Vssena Soc. Iesu. Pater Antiochus Carta

Soc.

Soc. Iesu. Doctor Ioannes Carnicer, primus Consul, & Caput Ciuitatis Calaris. Don Melchior de Silua Visor generalis totius Regni pro sua Catholica Maiestate. Ioannes Frãciscus Carmona, V. I. D. Ioannes Maria Arca, Antonius Guioni. Doctor Ioannes Barray, postea Canonicus Calaritanus, Saturninus Ortu, Sebastianus Carboni: qui omnes referuntur in informatione iuridica super hoc recepta, & simul interfuerunt cum Reuerendissimo Domino Don Sebastiano Carta Episcopo Madauren. Vicegerẽte Illustrissimi Archiepiscopi Calaritani, simul cum tribus Notarijs Curiarũ Regię, Archiepiscopalis, & Ciuitatis Calaritanę, & alijs duobus, qui huius inuentionis instrumẽta, cum suis signis, autentica, præsentes, & cum supra dictis testibus cõfecerunt; cuius copiã inferius adducemus. Quare Archiep. Calaritanus tunc Don Franciscus de Esquiuel, seruata forma Cõcilij Tridẽtini, & prius habito conuentu, consultatione, & assensu super hoc, trium Pręlatorum, & multorũ, & insignium Theologorum, exposuit Reliquias publicæ venerationi, in Sanctuario Ecclesiæ Maioris Primatialis, suo nomini dicato; in qua tamquam Patronus colitur, eiq; dies festiuus fuit dicatus 20. Maij, qui fuit suæ Sanctissimæ mortis, cum Offitio, & Missa Pontificali, & alijs omnibus solemnitatibus fieri solitis, tanta deuotione, & pietate fidelium, ac si esset singularis patronus, cuius præcibus, & intercessione innumera quotidie à diuino numine beneficia recipere, & miracula experiri, omnes fatentur.

Impugnatur contrariorum sententia, & iudicium circa hanc inuentionem.
Cap. XXXIIII.

1 Contrarij tàm irrefragabile testimonium obscurare nitentes, aiunt humationem corporis S. Luciferi cum prædictis epitaphijs potuisse fieri, & fuisse factam à Clero Calaritano, tunc Luciferiano, & scismatico: & ideó non esse argumentum concludẽs ad eius Sanctitatem in morte demonstrandam; idque colligunt, ex illis verbis D. Hieronymi, in dialog. aduersus Luciferianos, vbi ait, Christum non venisse propter solam mastrucam Sardorum; & nimium pauperem fore Christum, si solum in Sardinia Ecclesiam habuisset.

2 Sed reuera hoc nimium temerariè prolatum est, sine authore, sine duce, sine concilio, vel Pontifice hoc affirmante de Ecclesia Calaritana; nam simili modo, epitaphia reperta in inuentionibus S. Fœlicis Papæ, & Martyris, & aliorum plurimorum Sanctorum potorunt in dubium reuocari;

cari, affirmando fuisse facta, & posita à scismaticis, & iniquis; quod impium,& temerarium est asserere;in his,quos Ecclesia Romana recepit, & à paritate idem affirmari poterit in nostro casu: etenim ad specialem diuinã prouidentiam pertinet, vt non sinat suos fideles, in re tam graui, labi, & decipi.

3 Et non solum à paritate,sed ex proprijs fundamentis impugnatur prædicta sententia,& iudiciũ. Primo,quia temerarium est:nam in re tàm incerta, nullo authore, vel historia præuia, hoc affirmat factum; ab Ecclesia Calaritana, cui scismatis notã inurit; at iudicium temerariũ nil amplius importat, teste August. super illa verba Domini, *nolite iudicare, & non iudicabimini*. Secundo,quia contrarium de Ecclesia Calaritana expræssè testatur Athanasius; in duabus epistolis scriptis ad Iouinianum, qui successit Iuliano Imperatori, atque adeò post impositum Lucifero scisma, in quibus testatur Catholicam, & orthodoxam fidem fuisse in omnibus Ecclesijs, Ecclesiæ Sardiniæ; comprobatam.

4 Neque valet dicere Athanasiũ fuisse locutum de doctrina, non de scismate, quod sine noua doctrina potest esse, nã vt in superioribus dictum est,licet scisma formaliter opponatur vnitati, & charitati, non verò fidei; tamen, reipsa nullũ scisma, non aliquam sibi confixit hæresim, vt rectè ab Ecclesia recessisse videatur,vt testatur Hieron.in epist. ad Titum cap. 3. & 34. quæst. 3. & in præsenti casu est certum, cum in Synodo Alexandrina statutum fuerit decretum de recipiẽdis lapsis confirmatum à Sede Apostolica, à quo qui dissentit pertinaciter, vel est hæreticus,vel grauiter errat,& ita sensit B. Satyrus,de quo ait D. Ambrosius in eius obitu, non putasse fidem esse in scismate Luciferianorũ, ergo hęresim, quia vbi non est fides,hæresis est: & idem sensit Theodorit. lib. 3. cap. 5. vbi ait,Luciferum nouam doctrinam,doctrinæ Ecclesiasticæ adiecisse: noua autem doctrina opponitur fidei,& nõ soli charitati,idem dixit Sozomenus, qui ait, famam fuisse,Luciferum inuẽtorem stetisse cuiusdem hæresis: & confirmatur; quia vt notauit Bernard. Lucẽburgus in Cathalago hæreticorum lib. 2. lit.L. Luciferiani tres hæreses professi sunt.Prima quia dicebant Deum in Luciferi deiectione peccasse. Secunda,quia dixerunt,Laicum venientem ab Arianis debere recipi ad pœnitentiam, non autem Clericum. Tertia quia dixerunt, animã de carnis substantia fuisse propagatam:hæc autem omnia apertè pugnant cum testimonio Athanasij, affirmantis fidem Ecclesiæ Calaritanæ,sicut, & aliarũ Eccle-

Ecclesiarum Sardiniæ, fuisse puram, & illibatam, ergo Ecclesia Calaritana non fuit Luciferiana.

3 Tertio impugnatur illa sententia ex elogio, quod in vno ex prædictis epitaphijs fuit repertum, vbi dicitur, *Lucifer, Catholicus filius Sancta Romana Ecclesia*, quasi illum ab infamia hæreticorum, famam irrogata, vindicaret Clerus Calaritanus, tempore humationis; quę si fuisset facta à scismaticis Luciferianis nullatenus fuisset appositū in eius sepulchro, tale elogiū: Luciferiani etenim, non solū nō se iactabant filios S.R.E. imò cōtrariū asserebant, scilicet, vniuersū mūdū esse Diaboli, & factū de Ecclesia lupanar, vt cōstat ex his, q̄ D. Hier. in citat. Dialog. cōtra Luciferianos refert, igitur illud elogiū fuit appositū à catholicis.

6 Quarto denique impugnatur, testimonio templorum antiquissimorum (quo pauló superius vsi sumus) extructorum in honoré B. Luciferi, hoc vnico dilemate: nam vel huiusmodi templa fuerunt extructa à Luciferianis, vel à catholicis, si à catholicis habetur intentum, scilicet B. Luciferū in sua morte, & post mortem habitum fuisse Sāctum, & Beatum, eademque ratio currit de Epitaphijs eius sepulchri. Siverò primū dicatur manifestè cōcluditur falsitas huius asserti; quia cum teste Baronio, & alijs authoribus, scisma Luciferianorum parū durauerit; quomodo catholici, qui postea successerūt; huiusmodi templa à Luciferianis in honorem, & cultum scismatici mortui, non solo æquassent? Quomodó Symacus, & Hilarius Pontifices Romani, & Calaritani, qui inierūt Pōtificatum fermè ad annum quingentesimum, hoc non præceperunt, & executioni mandarunt? Quomodò D. Fulgentius, & ducēti Episcopi Africani Sācti, Calari diù commorantes, hoc tulerunt? Quomodò idem D. Fulgētius, qui scripsit vitam B. Saturnini Calaritani, & eius discipulus, qui scripsit vitam B. Fulgentij, rei tam grauis non meminerunt? Quomodò Visitatores Apostolici, Fœlix, & Ciriacus missi (vt ait Baronius) à D. Gregorio ad visitandam Ecclesiam Calaritanam, non hæc templa euerterunt? Et ipse D. Gregorius in tot Epistolis scriptis ad Ianuarium Archiepiscopum Calaritanū de grauibus, imó & leuibus negotijs Ecclesiarum curandis, horum templorū non meminit, vt euerterentur? Quomodò denique tot Sanctiss. Præsules Sedis Calaritanæ, continuata serie per mille, & trecētos annos circiter, vsq; ad pręsentem diem, hoc consensissent? Imó & Ecclesia Romana, quā, propter vicinitatem Sardiniæ in discursu tot sæculorum, non potuisset latere. Quæ adeò perspicua sūt, vt inuidia, vel ignorātia cęcutiat,

qui

qui eã non videat, & inſtar Veſpertillionis in medio Solis, lumine obſcuretur. Quod amplius cõfirmatur: nam poſt eius obitũ, multi fideles eius nomine fuerũt inſigniti, vt cõſtat inter alios, de alio Lucifero Epiſcopo Calaritano, poſt 100. annos ab obitu B. Luciferi, de quo in notitia Epiſcoporũ, quam edidit Symõdus, quãdo Luciferiana ſecta erat extincta: quæ ſecundum Theodoretum, & alios Hiſtoricos breui durauit. Eodem nomine S. Luciferi fuit inſignitus circa annos 1100. Pater S. Georgij Calaritani, Epiſcopi Suellenſis, & Cõfeſſoris (vt conſtat ex antiquis actibus vitæ iſtius Sancti, & referunt Serpi, & Arca in vita S. Georgij) pluresque alij, vſque ad noſtrum ſæculum, prædicto nomine Beati Luciferi ornati, & nuncupati sũt, quorũ plures adhuc Calari ſunt ſuperſtites, tàm ante motã, quàm poſt motam litem: quod eſt manifeſtum argumentum, eius Sanctitatem omnibus ſæculis fuiſſe à Catholicis cognitam, approbatam, & magni habitam, ſicut, & aliorum Sanctorum, quos Eccleſia recipit, & veneratur; ac proinde eorum nominibus fideles in Baptiſmate, ex parentum affectu, & deuotione in illos, inſigniuntur. At horruiſſent fideles tale nomẽ, ſi noſter Lucifer ſchiſmaticus obijſſet, ſicut horremus nomina Lutheri, Caluini, & aliorum hæreſiarcharũ, & ſchiſmaticorum: quibus proinde nullus fidelis vtitur.

7 Nec illud dictũ D. Hieronymi in cõtrarium adducti, aliquid habet roboris; nam ſolùm voluit S. Doctor carpere eos Sardos Luciferianos, qui in illa diſputatione ſimul cum alijs Occidentalibus fortè tenacius, & loquatius diſputabant, & fortè gloriabantur Luciferi nomine, & authoritate falsò ſibi irrogata, non verò, vt illã notam inureret Inſulæ Sardiniæ, multò minus Eccleſiæ Calaritanæ, tã illuſtri teſtimonio Catholicę, & orthodoxę ab Athanaſio, & Synodo Alexandrina, iam anteà commendatæ.

Concluſio deducta ex hijs fundamentis. Cap. 31.

1 EX his fundamentis irrefragabiliter deducitur, quantũ in re humana, & morali, poteſt deſiderari, non ſolùm Eccleſiam Calaritanam deberi manuteneri, in antiqua, continua, & pacifica poſſeſſione Venerationis Sancti Luciferi; ſed etiam, eum collocandum eſſe; & recenſendum in Martyrologio Romano, vt ſuppli cat Primatialis Eccleſia Calaritana, & eius Antiſtes; cum ſolùm vltimum teſtimonium, inuẽtionis eius corporis, cum tàm manifeſtis notis, & epitaphijs ſuæ Sanctitatis, ad id abundè ſufficiat, ſi-

cut sufficit ad id pręstādum cum Sancto Fœlice PP. & mart. qui similibus fluctibus diuersarū opinionum contra eius Sāctitatem, sicut S. Lucifer conflictebatur, vt refert Cardinalis Baronius *to. 3. Annal. anno Domini 357. Liberij Papæ VI. Constantij Imperat. 21. fol. 674. num. 18.* cuius verba, & narrationē, quia mirificè adumbrāt causam, & casum nostrum, sine vllo prorsus discrimine, lubet hiç afferre. Hæc sunt.

2 *Quamobrem cum ingressus Fœlicis* (scilicet ad Pontificatū) *absq; vlla controuersia, à maioribus fuerit existimatus iniquus, & de exitu ipsius eadem interse pugnantia scripta nutent, inde & accidit, vt temporibus Pontificatus Gregorij XIII. dum de emendatione Romani Martyrologij, à viris eruditis ad hoc delectis, frequentes haberentur Conuentus, et de Fœlice non leuis controuersia incidisset, expungendus nè esset, ob vitiosum ingressum eius, vel absque martyris titulo, relinquendus, deque his diu, multumq; altercatum esset, & ego in eam sententiam pedibus irem, vt Fœlicis nomen expungendū esset, eoque argumēto, volumen haud breue scripsissem, cui fauerent, adstipularenturq; complures viri eruditi in Vrbe tunc existentes. Accidit planè, veluti diuino miraculo, vt cum in diaconia Sāctorum Cosmæ, & Damiani, in foro ad templum Pacis posita, quidam malè consulti, sed non sine Diuina prouidencia, clam altare vnum à dextris positum suffoderent, vt thesaurum inuenirent, quod acceperant, nescio quo reuelante, ibi esse repositum, in marmoream arcam inciderent, in cuius altero latere tabula lapidea, interstitio ab altero distincto, repositæ inuenirentur Reliquiæ,* Sanctorum martyrum, Marci, atque Marcellini, & Tranquillini, *in altero verò arcæ latere, corpus S. Fœlicis, de quo agimus, vnà cum lapideo laterculo, ibidem intus posito, hisce literis exarato;* Corpus S. Fęlicis Papæ, & mart. qui damnauit Constantium; *Quod accidit pridie eius diei, quo eiusdem S. Fœlicis in Ecclesia, natalis dies agi consueuit. 4. Kal. Augusti, anno Domini 1582. cum de eius meritis disceptatio magna esset, iamque pœnè, ob innumeras contrarias assertiones, causa cadere videretur, quādo opportunè, ipsemet Felix visus est, admiratione omniū rediuiuus comparuisse, per se, suam ipse causam acturus, cū iam valdè, stylo contradicentiū esset oppressus.* Et paulò post; *Tantæ rei admiratione percussus, stylum, modestia Christiana repressi, quē zelo ueritatis acuerā, uincique à Fœlice, fœlicissimè accidisse putaui, cedereq; Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Iulio Sāctorio, Sāctæ Romanæ Ecclesiæ amplissimo Cardinali, simulque disertissimo uiro, qui egregie, pro Fœlice susceperat Patrocinium, me cum ipso, Triumphum, magna gloria, agere existimaui, ipsa veritate in utroq; uincēte.* Hæc Baronius.

3 Quo

3 Quo facto, & testimonio nihil Illustrius potest desiderari, nec similius, exemploq; Eminentissimi Baronij deberent, qui hucusq; S. Luciferum oppugnarunt, à veritate, & pari casu, & testimonio, finere se vinci, sicut à Beato Lucifero victus fuisset Baronius, si testimonium authenticũ suæ inuentionis, & templi vidisset, vt sæpe promiserat, sicut testatur Spondanus, Victus, & ipse, suo, & Baronij nomine, vt superius dictum est. Quod si testimonio inuentionis S. Luciferi aliqui non vincantur, quia non Romę accidit, sed Calari in Sardinia (Vrbe alioqui illius Metropoli Nobilissima, inter pcipuas Europæ, meritò recensenda) tot testium omni exceptione maiorum, interuẽtu, in propria Ecclesia, & antiquissima, suo nomini dicata, inter alia Sanctiss. mart. corpora, & cum alijs adminiculis, & argumentis relatis. Vincatur saltim alio nouo testimonio, nunc Romæ inuento, planè diuino etiam miraculo: nam, vt verbis Baronij vtamur, ipsemet Lucifer, visus est admiratione omnium, quasi rediuiuus comparuisse, in metallio, seu numismate antiquissimo, per se, suam ipse causam acturus, cũ iam contradicente Archiepiscopo Turritano, & alijs, videretur oppressus; etenim eodem tẽpore, quo de eius meritis, & veneratione Ecclesię Calaritanę disceptatio magna orta est, & ob Turritani cõtrarias, eius Sanctitati, assertiones, causa fluctuari videretur, inuentum est antiquissimum medallium, siuè numisma, inter alia multa, suo labore, & curiosa indagatione parta, in posse Religiosissimi Patris Melchioris Incofer Societatis Iesus, Austriaci, in Alma Vrbe degẽtis, viri eruditissimi, & in historia Ecclesiastica, eiusque antiquissimis monimentis apprimè versati. In cuius medallij vna parte, est exarata Aquila vnius capitis, in medio, & in circulo, exarata hæc verba, *Felix Calar.* In alia parte medallij, in medio adest hæc inscriptio *B. Lucifer. S.* & in circuitu multis rosis ornata. In quibus planè perspicitur B. Lucifero Calaritano solùm posse applicari; quia solùm propter tàm insignẽ virum, & Sanctum Antistitem huius nominis, potuit Calaris Fęlix nuncupari; inditioque est eius antiquitas à lõgo tempore; antequam Gothi in Hispania, & Sardinia, Mauriue regnarent, B. Luciferi memoriam summa in Veneratione habitã: & Aquila quidem Imperatoris, siuè eius legionis, erat insigne, quã in Apotheusi, seu consecratione eorum, quos in diuorum numerũ referebant, insculpi solitam numi indicant; corollam verò roseam probabile est significasse perpetuam gloriã huius Episcopi, atq; vt ita dicam

O 2 virgi-

virgineam, & Romæ agnitam; in quo apparet (quasi diuino miraculo) mirabilis acolutia (& cõsonantia huius medallij, seu numismatis Romæ inuenti, cum altero ex epitaphijs marmoreis, inuẽto Calari, anno millesimo sexcentesimo, vigesimo tertio, in sepulcro S. Luciferi, sub terrę visceribus: in quo inter alia, Aquila, & Rosa repertæ sunt exaratæ, potest etiam per rosam, bonus odor illibatæ eius famæ, & Sanctitatis; per Aquilam verò, fixus obtutus, in consubstantialitatem filij Dei, instar alterius Ioannis, vtrobique adumbrari. Inscriptio verò alterius partis medallij, idẽ videtur significare, ac *B. Lucifer seruator*, quasi rationem reddat fęlicitatis Calaris, quod talem, ac tantum habeat Patronum, ac seruatorẽ, vel *Lucifer Sardiniam Beans*, vel *B. Lucifer Sardous*, vel *Lucifer speculum bonitatis*, vel *Lucifer summi Boni*; cuius fulgore radiat; vel *Lucifer supernè, vel superis benedictus: vel sui sæculi benedictio*, aut quid simile: quod constat ex publico recepto authentico instrumẽto Angeli Iustinian., Apostolica authoritate, & Curiæ Capitolij Romani notarij, anno millesimo sexcẽtesimo trigesimo septimo, indictione quinta, die tertia mẽsis Augusti, Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui, anno x i i i j. Cuius copia inferius inseretur.

4 Tandem circa prædicta omnia aduertendum est, Romanam Ecclesiá, in recensendis, in Martyrologio, antiquis Sanctis aliarũ Prouintiarum, etiam remotiorũ, tàm Orientis, quàm Occidentis, qui more antiquo, in suis Priuatis Ecclesijs fuerũt Canonizati (Canonizatio enim Sanctorum cum solemnitatibus, quæ modo fiunt, non fuerunt reseruatæ Sedi Apostolicæ, nisi post annum millesimum fermè, & ducentesimum) aliquo ex his fundamẽtis id pręstitisse, vel quia reperiebantur, in earum particularibus Martyrologijs, & Cathalogis, vel propter continuam venerationem illarũ Ecclesiarum, erga illos Sanctos; vel propter templa cũ titulo Sanctitatis, suo nomine extructa, & dicata; vel propter inuentionem Reliquiarum cum titulis expressis, & manifestis, suæ Sanctitatis, cum alijs adminiculis imaginũ, medalliorum, & alijs, id exprimẽtibus, ita vt in pluribus hæc argumẽta, diuisiué etiam sufficerint, vt Ecclesia Romana omniũ mater, in suo Martyrologio, quasi in materno gremio exciperet, vt passim cõstat, ex historijs Ecclesiasticis; imò sola testificatio Sãcti Antonij Abbatis, suffecit, vt Ecclesia Romana, Beatum Paulum primum Heremitam receperit, & illum, vt Diuũ colat, cum Officio semiduplici. Et idẽ fecit,

sola

sola testificatione Zozimi, cum S. Maria Ægyptiaca.

5 At (bone Deus) hæc omnia argumenta, quæ diuisim, alijs Sãctis antiquis suffecerunt, omnia coniunctim reperiuntur in Sancto Lucifero, vt probatũ est; nẽpè vetusta tẽpla eius nomini dicata, veneratio Ecclesiarum, Caleritanæ, Vercellen. & Turritanæ, immemorabilis, & antiqua traditio, Epitaphia Sanctitatis in eius sepulcro inuenta, cui consonat antiquum medallium nuper Romæ inuentum, nec deest attestatio insignis Ecclesię Doctoris, & SS.PP. Athanasij, à quo fuit appellatus, verus, & fulgentissimus Ecclesiæ Lucifer, verum tẽplum Saluatoris, Magister veritatis, Elias sui tẽporis, Particeps Prophetarum, imò & martyrum, quorũ martyrio copulari, dum viueret, ardentissimè concupiuit, & procurauit, vt videre est in libro, quẽ ille scripsit, *quod moriendum sit pro filio Dei*, ex quo sicut ex eius alijs libris, aduersus Constantium, ait idem Athanasius, & perspexisse, imaginem Apostolicam, fiduciã propheticam, magisterium veritatis, doctrinam veræ fidei, viam Cælestem, martyrij gloriam, quę posteà non solùm non retractauit, sed etiam anno 363. vel 364. post reditum B. Luciferi ab Oriẽte in Sardiniam, quæ fuit anno 362. apud Baronium ad hũc annũ, duabus epistolis superius relatis ad Iouinianum Imperatorẽ confirmauit, & D Hierony. qui post mortem, Beati titulo, illum exornauit, quem, nec Hilario Pictauiẽsi mortuo, nec Ambrosio, Augustino, & Basilio viuẽtibus, vnquã tribuit; Cur igitur potiori ratione, & eadem lege, non dabitur ei, non dabitur, & Catholicissimo Sardiniæ Regno, non dabitur, & nobilissimę Calaritanę Ciuitati, eiusque splẽdidissimę Primatiali Ecclesiæ, vt à communi Ecclesiarum magistra, & parente, in suo sinu, & Martyrologio excipiatur, præcipuè cum fuerit de illa tàm benemeritus, tot Apostolicis Legationibus perfũctus, tot exilijs pro fide Catholica decoratus, tot pijs laboribus, vinculis, carceribus, itineribus, & ærũnis, insignitus; certè aut Ecclesia Catholica Romana, in millenis Sãctis antiquis, in suũ Martyrologium recipiendis (seclusa Diuini spiritus peculiari assistentia) nullum habuit sufficiens fundamentum (quod dicere nefas est) vel omnia, quæ in alijs diuisa, & separata, simul adunata, & collecta, in Sancto Lucifero reperiuntur, abundè sufficere, necessariò fatendum est.

COPIA

& Reuerendiſſimo Don Fratri Ambroſio Machin Archiepiſcopo Calaritano, Romæ, vt aſſerit, nunc exiſtenti, & Medalleam prædictam pænes ſe reportauit. Super quibus omnibus, & ſingulis prædictis, petitum fuit à me Notario publico infraſcripto, vt de prædictis vnum, vel plura, publicum ſiuè publica conficienda inſtrumentũ, & inſtrumenta, prout opus fuerit, & requiſitus ero. Actũ Romæ in Regione Pineæ, in officio mei Notarij publici infraſcripti, præſentibus Illu. Don Carolo Contuuio de Canaria Ariſienſ. Dioceſ. & D. Dominico Bociolo Comitatus Caſſiæ, teſtibus ad prædicta omnia, & ſingula vocatis, habitis atque rogatis. Et quia ego Angelus Iuſtinianus Ciuis Romanus, publicus Dei gratia, Apoſt. auctoritate, & Curiæ Capitolij Notarius de prædictis rogatus fui. Ideò præſẽs inſtrumẽtũ ſubſcripſi, publicaui, & ſignaui requiſitus. Locus ſigni. ✠

Iuditium, ſeu coniectatio prædicti numiſmatis facta ab Illuſtriſs. Dño Ioſepho Maria Suareſio, Epiſcopo Vaſionenſi. Cap. 36.

1 Vmiſmatis, cuius ectypon mihi præbuit, Illuſtriſs. Archiepiſc. Calaritanus Epigraphe ſapit antiquitatem, nã & circum vas vetuſtum legitur *ſaluis Auguſtis Fælix leonides*, & in tegulis, quæ aſſeruãtur in Sãcti Petri Archiuo. *Regnanti Theoderico, Fælix Roma.* Habet & C L. Menetrier priſcarum rerũ ſolertiſſimus indagator ęneos numos, in quibus hinc *fælix Roma.* Inde *D. N. Baduila Rex Gottorũ*, ſcilicet inſculptum viſitur, & hinc *Fælix Rauenna*, per monogramon, inde Genij Turriti effigies; mouitq; me in Ceimeliarchio Eminentiſs. Cardin. Barberini Męcenatis nunquã ſatis laudati, repoſitos eſſe numos, in quibus hinc εὐτυχὴ κρας *Fælix Aquileia*. Inde Querna Corona, & circum *Hor. Rom. I.* Horreum Romanorũ, & hinç *Fælix Carthago ſpectatur.* Inter ſigna Papę Stephani 9ni ſeu xmi in recenti editione Ciaconij Col. 392. Vrbs Roma intra numũ delineata, cernitur, & ſupra ſcriptum *Fælix Roma.* Circum verò STEPHANI Papæ ſecundi, vnde ſatis mirari non potui oſcitantiam eorũ, qui numum illum, tàm alieno loco poſuere, cum Stephanus Secũdus, ſeu tertius, anno Chriſti 772. ſederit, 9nus ſeu xmus anno 1057. arguit verò numus iſte, Dominum Vrbis tunc fuiſſe Stephanum Secundũ, ſicut Baduilam, & Theodericum anteà Reges Gottorum.

2 At numus ille, cui hinc Aquila paſſis alis volitans, & circũ *Fælix Calaris*, inde B LVCFR. S impreſſum, horum inſtar percuſſus, mihi videtur, non tamen ad Calaris Vrbis dominium B. Lucifero vendicandum, ſed potius ad tutelam deſignandam, & clientelam, in qua ſe dabat Vrbs illa, Beato Patrono. Nam pietatis inſignes

IN NVMISMA B. LVCIFERI CALARITANI,

BREVIS ELVCVBRATIO.

Horatij Quaranta Neapolitani Societatis Iesu Theologi.
Cap. XXXVIII.

1 VM Beati Luciferi Sanctitatem, non tam è temporis,quam inuidiæ tenebris,plures viri strenuissimi vindicauerint; & candido veritatis attramento eas diluere maculas fæliciter potuerint, quas aliquorum calamus parum pius in Illustrissimi nominis famam asperserat; ea nunc mihi reliqua prouincia est,vt eruto tandem Numismate regio quasi annulo postremã manum imponam, obsignatisque demum tabulis eloqui fidem doceam;vel quod olim Ephestioni fecisse Alexander traditur, impresso ori sigillo,obtrectantium ora obsignem.Stylo illi,quasi ferro, pro Lucifero fortiter fecerint; ære mihi nunc pro eodem pugnandum,quod quidem numquam sanctius,è terræ visceribus emersit,quàm cum pro asserenda tãti capitis integritate manum obarmat. Clypeus scilicet licet exigui orbis, ac tenuis, post gladium in hoc certamine debebatur; aut potius, vt cum vate loquar coronato,vt hoc diuinę voluntatis scuto,post profligata mendacia,vitrix veritas coronetur. Quid quando,& in Nummis victoriam fuisse legimus, & sagittarios? Neque enim nisi diuino beneficio, prouidentiaque factum merito dixerim. Vt Numisma hoc, non obscuræ filius terræ, sed cœlesti potius ab officina in lucem erumperet, cum ad illustrandam Luciferi gloriam, religiosæ multorum dexteræ desudabant. At enim latuit tamdiu verè aureus Nummus hic,vt opportuno ad redimendam veritatem occurreret;& aureus quasi ramus,non aditum ad inferos mercaretur,sed ab inferis potius,ipsiusque è Luciferi tenebris, cœlestem Luciferi Sanctimoniam auocaret. Veritatem Democritus in profundo,& in ipso terræ gremio, quasi inter metalli fodinas fœtam,posuit, lucem nunc suo in metallo aspiciet,exploratumque fortasse faciet,posse aliquando pretiosos terræ partus sub cœlo ipso merere,cuius in album, arcanis notis suis, Sanctorum nomina asserit, ac transmittit.

2 Vt igitur ære hoc quasi alieno, breuiter, & per syngrapham me expediam repertus nuper Romę,apud præclarissimum,& illibatæ fidei Virum:Numisma hoc, cuius ad aures, Beati Luciferi causa, tunc fortè manauerat, prodidit euulgauit vti cœlestem thesaurum, suo effossum ab agro:tactus profecto non alio, quam religione,ne occultato vnius Nummi talento;nequitiæ argueretur, is dignus tenebris, ad quas illum damnasset; rapinæ etiam futurus reus, qui vno penè in obolo, toto ferè suarum laudum patrimonio,Luciferum spoliasset. Romæ itaque in ipsa scilicet religionis arce,ac Sanctitatis officina,Nummus erupit; ea in vrbe, è qua probatæ virtutis, atque exploratæ probitatis oracula,orbis terrarum sem-

per accepit. Non Calaritanas inter glebas, ac rudera, non è Sardiniæ archiuis, quasi subornatus testis exilijt; neque quod assolet, ad aucupandam vel gratiam, vel pecuniam à nebulone aliquo, atque impostore callidissimo excogitatus, sed ab integerrimo nostræ Societatis viro. Nullus maior veterator, quàm vetustas ipsa, cuius in rugis rubiginosaque facie, nullus fucus, ac dolus: fert secū suorum natalium famosam imaginem, neque aliter quam obscuritate sua Lucifero suffragatur. Prodijt, vt ille de Sole loquitur, non exoratus, sed sponte, sed vltro, sed ad disijciendas tenebras, sed dum Luciferi nomen in vrbe personaret, sed castissimis è manibus, sed fide Romana, ea scilicet, qua Fabricij, Curijque, aurum ac munera respuebant. Romæ tantum testimonium, aut potius vadimonium debebatur, vt pro Calari sponderet audaciter; Ipsaque Piscatoris ab vrbe, olim Piscis ab ore, nummus sponte occurreret, qui pro Petri Legato, ac Lucifero solueret. Vix pedem suis è latebris extulit, cum omnium plausu exceptus, omnium vocibus salutatus: volitat adhuc tota vrbe, multorum vsurpatur oculis, nec paucorum manibus teritur, peruenit etiam, & in meas, vt eas ad scribendum alliceret; meque, qui tùm fortè Romam adiueram ad calamum mitteret.

3 Hausi ego illum pœnitus oculis, exploraui aliorum colloquia, ac sententias; cōsului exactissimæ probitatis, atque eruditionis prima capita, & apices. Nullum hactenus offendi, qui hoc in Nummo, quid subesse fraudis suspicetur; nemo datus, qui ad ingens Beati Luciferi compendium, & gloriam facere dubitet, vna omnium mens, ac sermo, esse haud è fortasse minus, hoc vno in nummo, momēti ac ponderis, quàm quod luculentissimis auctoribus, ac probatissimis rationibus, petitum, comparatumque hactenus sit. At ego in eam quoque sententiam facilè feror, vt rear hoc quasi calculo, cœlum ipsum Romano in Capitolio, triumphum Lucifero decernere voluisse, planè quasi Nummo hoc vno, suæ olim Sedis Legato in Oriente fortissimo, ac maximo, mercedem Roma rependeret, tot post secula, vnoque obolo, quem olim excæcatus Belisarius, vti olipem petebat, lumen potius, ac stipendium Lucifero solueret, iam emerito. Hæc igitur Nummismatis huius quasi patria, & incunabula, Romana scilicet in vrbe, in qua inuentus, in qua fidem nactus omnium, in qua vti legitimus, licet posthumus, Luciferi filius agnitus, in qua eiusdem cudendi, recudendique facta potestas; nihilq; reliquum factum, quod illud labefactare aliquando, vel reuocare in dubium possit.

4 Nunc antequam propius Nummi descriptionem, atque examen aggrediar, expendenda quædam strictim, atque ea sagacitate, qua rerum obscurissimarum, & anteactæ vetustatis vestigia odorari fas est. Ac primo illud, vbi nam excusum putemus? Qua in re, vt in ambigua dubiaque, nihil magis tutum promere audeo, quàm vt in Sardinia ipsa, atque etiam Calari, natum putem. Potuit inde, vel casu distractus, Romam appellere, ea libertate, ac fato, quo pecuniæ defferuntur, & commeant; vel ea auectus solertia, qua, plerique veterum Nummismatum eruditam curiosamque voluptatem vbique terrarum venantur. Argumento satis est Roma, in qua præcipuè hic amor, ac studium adeò floret, vt videamus Principes viros in huiusmodi mercem æream, ac ferream, aureum censum prodigere, tantoque in prætio duci, vt ex ipsius Pomponij Iuris Consulti celeberrimi, auctoritate, pro gemmis haberi, legarique eorum vsusfructus posteris possit. Neque difficile huc traijcere potuit, cum è toto ferè terrarum orbe collecta, hodie Romæ Nummismata prostent; & ea maximè, quæ suis notis, atque imaginibus peregrina seprodunt, alioque educata sub cœlo, ac patria. Illud autem me monet, vt in

Sardinia potius editum putem, quod suo est Lucifero Sacer, quod Calaris, nomine insignitur, quod nulli æquius hanc curam, atque opus adscribere possimus, quam Patriæ illi, quæ tanto gloriabatur alumno, ac præside. Quamquam enim haud minore ære obstricta Roma Lucifero sit, cuius se legatum in Oriente gessit, cuiusque auctoritatem, pro virili parte, sarctam, tectamque semper voluerit; tamen Sardoæ potius pietatis monumentum, ac specimen dixerim, quando, & Calarim in eo legam, sibi merito blandientem, & multa hic sint, quæ Calari, vt mox adiungam, potius congruunt. Haud tamen me fugit, conditos, ac dicatos à Roma, hos Nummos externis etiam hominibus, atque ijs præcipuè viris, qui optimè de Republica meriti, egregium aliquod beneficium Romano Imperio præstitissent. At hos numquam inter Christiana tempora offendes, nisi qui sunt suorum Cæsarum, ac Pontificum, quorum plerique non Romano è sinu prodiere; & si quos alios præ manibus habeas, proprijs in Vrbibus Romanæ ditionis, vt Diui Petronij in Nummo Bononiensi. In reliquis, vel suos Cæsares, vel egregios ciues præferri videas, eos nimirū qui arreptis Imperij fascibus, sibi singulare hoc Nummismatum decus cum reliquis insignibus, atque honoribus asserebant; vt Brutus Lepidus, Antoniusque.

5 Quod si quis exageratissimis Luciferi meritis Nummum hunc Romæ datum mallet; subscriberet fortasse Aquila, quæ in ipso se prodit, quaque olim Roma suorum Augustorum memoriam in Nummismatis consecrauit, apposita etiam Corona vel querna, vel laurea, vti hic Roseam habes. Prior tamen sententia magis animo sedet, vtpote firmior, & veterum exemplis magis subnixa. Quam autem ob causam molitum Nummum velimus, in promptu, atque ob oculos est, ea videlicet, quæ in alijs semper obtenditur, grati animi obsequium, in præstantissimum ciuem, in Religionis accerrimum vindicem, in Romanorum Pontificum comilitonem, ac ducem. Adde his, vt plurimum dignitatis, ac lucis ipsa Calaris hauriat è Gentili suo, cuius se parentem, ac filiam, hoc Nummo propalabat; fœlicemque se prædicabat, vno sub Lucifero, ea gloria, qua plures Greciæ Vrbes, suum sibi Homerum, quasi iacto discordiæ pomo, asserebant. Neque postremum illud erat; vt sonoro, illustrique Beatitatis titulo, suum Luciferum, ęreo in Nummo, argentea quasi tuba, omnium gentium auribus personaret, obstueretque perfidorum mendacijs aditum, quorum insanis rumoribus cogebatur Lucifer malè audire. Præsto mihi Romana præsertim Nummismata sunt, in quibus passim harum causarum omnium vestigia releges, & modo obseruatos ciues, modo Pater Patriæ, modo victis hostibus, & sexcenta alia nomina offendes, quibus teneri se dogma fatebatur.

6 At quonam tempore effictum hunc asseram, haud facile collimabo, ducor tamen aliqua potius coniectura, potuisse tunc efformari cùm recens adhuc Luciferi memoria, patriam, ad ciuis, atque Antistitis sui obsequium impelleret; vel si qua tunc forte maleditorum opinio, vel scripta, integerrimam viri famam, apud vulgi ignauiam grassabantur; ac tunc maximè, cùm illi statim post obitum celeberrimum Templum Calari excitatum est, vel ab anno 373. Quā in sententiam facilè trahor, quod eius in sepulchro, vt hoc in Nummo, Rosarum sertum, rosæ palmæque, & alia Martyris insignia, detecta sint; addito etiam Beati Cognomento, vt in hoc etiam habes; Neque verò Aquila, in alia, quam ea in tempora cadit, cum Sardinia sub Cæsarum, atque Imperij Aquila militabat; nam quid Calari cum Aquila, cum vel Barbarorum sub potestate Lunam sensit Mauricam,

vel mitioribus sub Regibus Illustriora stemmata ostentauit? Præter quam quod eam Nummus ipse senectutem, in ipsa facie eloquitur, eam cælaturæ speciem insinuat, illiusque vsum in Hecubæ potius tempora conijcere ausim, vel cum Dedalus, aut Iolaus Sardiniam adnauigarunt. Vixisse verò tunc temporis hanc Nūmismatum gloriam, nemo est qui dubitet, cum tres, illis, ætates, periti auctores constituant, ab Alexandro Magno ad Gallienum Cæsarem, tùm ad Iustinianum Augustum, ab hoc ad nostra hæc secula in quibus quasi minus viuidā formam, & extremam senectam agunt.

7 Vnum fortasse adhuc reliquum, quid vno in Nummo, ætisque frustulo fundamenti, ac roboris positum sit; quæue fides conflari merito possit, è leuissimo solido, ac pœne atomo. Nam hæ fortasse inuidiæ voces sunt, quæ nollet Luciferum, hoc quasi teneri naulo ab inferis, suos ad superos remeare; sed non is peritorum, Doctorumque virorum sensus, atque mens est, qui Numismatum imagine non minus, ac regia vtuntur, qui hoc vno telo, plura mendacia altissimè iugularunt, qui, hoc vno è calybe ad inuestigandam veritatem pluries facem accenderunt. Scrutentur huius vetustatis arcana; euoluant eruditissimos scriptorum fasces, discent profecto quantum Nummisma possit; quantamque, sibi iuris ac dignitatis hæreditatem, plures, plures Principes, ob vnius Nummi effecto exeoque cadauere vindicauerint.

8 Plus oppidò, quam ab stemmatum, atque Nominum affinitate; cùm non tàm facile corrumpi, ac supponi, vt illa, Nummi queant; neque excipi ioco solum, ac risu à communi populorum studio possint, sed auctoritate etiam publica aboleri tumularique, si quid minus probatum, ratum, Sanctumque prætulerint. Et vt metam stringamus cominus, quis hunc quasi in cunis adhuc, & vagientem non oppræssisset, cum tanto elogio Luciferum circumferebat? oppresisset Catholicorum cohors, qui mendacium intercepisset: oppresisset vel ipse Romanus Pontifex, à quo Lucifer vti hostis, & capite damnatus duci debuerat: oppresisset Simacus, & Hilarius Romani Pontifices, qui in Sardinia nati, & educati, eiusdem merita propius, certiusque indagassent: oppresissent 220. Episcopi eodem ex Africa à Arasimundo in exilium eiecti, qui vti strenui Religionis Athletæ, aqua, atque igni subdolum nummisma interdixissent.

9 Opponat mihi hic Momus ille, Nummum aliquem, Schismatico, defectori, Hæretico, consecratum, & si, quis forte Orci ab officina extrahere potuit (quod hactenus ignoro) non iam suo cum Patrono, ac Nummine suffocatum. Quod mihi ab orbe terrarum condito exemplum afferent, quo, obscurare hanc Luciferi gloriam possint, quàm in illum non vnus, aut alter, sed integra, vel Sardinia, vel Calaris contulit? proment profecto Cæsareos Augustos, Imperatorios, Sanctorum etiam diuorumque nominibus insignitos, eruent plures, Pontificibus cœlatos, sed Cœlestibus, sed optimis; nunquam tamen, vel Ario, vel Pelagio, vel Nestorio dedicatos, licet sectarij, huiusmodi monstra, inter Nummina, ac sydera collocauerint, habuerintque eorum imagines plusquam fumosas, in penitiore sacrario, larique. Nisi quis delirus ac fatuus Lucifero Smirnensi, & vero Luciferianorum capiti, hunc potius adscribere velit, interpretarique inscriptionem *B. Lucifer Smirnensis*. At quis tantum somniauerit, vt Græco homini, ac perdito, latinum Nummisma persoluat? quidue Calaris cum Græculo portento fœlicitatis, ex Aquila, augeretur? At inquies, vnus hic Nummus est, & ne supplicium lueret, ac subiret falsitatis, tantorumque censorum manus elabi facile potuit, ne-

que

que difficilis etiam corrumpi, adornariq́ue vt ſingularis teſtis, & vnicus, quo igitur alij euanuere? quid reliquis extinctis, vnus hic è tanta clade ſuperſtes Horatius? plane ſi ſuperis placet, quaſi nouum hoc, mirumq́ue ſit; neque id omnium fere veterum Nummiſmorum fatum ſit, vt quaſi Phœnices è ſuorum cineribus vnici viuant, quotus quiſque ille eſt, qui ſocium ſibi è tã lõgo ſęculorum itinere ad nos duxerit? an nõ ideò potius in prætio ſunt, quia rari, & vti vniones, ab vnitate commendantur ſua? & hi in primis illi ſunt, qui non præſentis, publicæque loco pecuniæ, ſed in ſolius gloriæ, atque obſequij tributum videbatur exolui, vocabanturq́ue miſsilia, quod triumphalibus in pompis, fauſtiſq́ue acclamationibus in ſubiectum plaudantemq́ue populum mitterentur.

10 Nunc verò, vt Nummi ipſius, imaginem ad viuum expictam, oculis ſubijciam, præfert ipſa in fronte, ac facie roſarum orbem, ac ſertum, quod roſis omnino 16. inteſcitur, ac redimitur, dum alius ducitur circulus, qui quaſi Roſarum limes, ac trames, ipſas cum vlteriore margine ſæpire videtur, ac cingere; porrò in huius orbis ac ſerti, quaſi vmbilico illa, verba emicant at altera, aduerſaque Nummi facie, ſeu tergo mauis, Aquilã habes paſsis fuſiſq; alijs, & ad volatũ accinctis; ad dexterã exerto vultu, linguaq; nępe ſuũ ad Orientẽ vti Solis amicã decet. Hæc, ſuo etiã orbe, clauditur; poſt quem, & illa verba, extremo definita labro, in orbem excurrunt.

B
L V C F R
: S

FELIX CALARIS exiguus porro Nummus eſt, eaque mole, quàm argenteus olim denarius apud Romanos, & nunc etiam apud Hiſpanos, Italoſque circumfert. Neque abſimilis argento Iudæ Nummo, quem Romæ olim vidimus, in quo Roſam etiam, vel potius lilium inſpeximus, cum ſolis facie, & hic primo cum Roſis Aquilam, Solis alitem. Dignum profectò prætium, quo lilium inter ſpinas, ac Sol ipſe inter tenebras rependeretur. Expendamus nunc hic breuiter ſingula verba, omninò ſic explico *Beatus Lucifer Sardus*. Congruit explicatio cũ ſepulchri inſcriptione, in qua, & Beatus, & Sardiniæ Primas dicitur. Age hic, Beatitatis titulum, quo Senatus conſulto, qua ex vrna, niſi fortaſſe ſtygia, Schiſmatico, errorum parenti Religionis hoſti, ſectatiorum anteſignano decreueris? ſcio paſsim olim Epiſcopos, Sanctitatis, ac Beatitatis nomina in Epiſtolis, ab omnibus fere Chriſtianis hominibus, accepiſſe. At quis Hęreticus, vel Schiſmaticus, at quo, vel in Nummiſmate; vel ſepulchro? at qua ab vrbe, vel Republica? Niſi velis totam ferme Sardiniam, aut Calarim, ſuo cum Lucifero à ſuperis, Romanoque Cœlo deſciuiſſe. At nec tantum, Lucifer ille potuit, qui venerata falcataque cauda, non niſi tertiam Stellarum partem obuoluit, detraxitque.

11 Neque poſtremam litteram, *Sanctus* interpræter: quod, & inuerſus ſit, ac præpoſterus ſcribendi ordo, & Sardum potius iactare Calaris videatur, vnde illi fœlicitas. Quod ſi quis alius poſtea Lucifer Calaritanæ Eccleſię gubernacula rexerit; non eſt cur huic Roſarum ſertum Nummi decus, paruæ fœlicitatis gloriam, Calaritani offitij vectigal meritò dederis, cum neque labores pro religione exalauerit, nec pro fide caput indiſcrimen adduxerit, nec quid egregij facinoris, ac laudis, ſuam in Calarim deriuauerit. Roſarum hic ſertum habes, quid magis Lucifero debitum congruumq́ue. Non ingredior fabulas; quod Lucifero, veneris ſcilicet ſideri, Roſas adſcripſerit; quod veteres illi inertis ſagacitatis Philoſophi, à Luciferi lumine, ſinuque odorem coloremq́ue in Roſas proficiſci, ac defluere autument, quod non niſi ad Luciferi ortum, quaſi effœta noctu Roſaria, lectiſsimos florum ſuorum partus exſuſcitent, enitanturq́ue, vbi ille enituerit. *Vidi Præ-*

ſtano

ſtano gaudere Roſaria cultu,exoriente nouo Roſida Lucifero. Vates cecinit neſcio quis. Poſſem,& illo addere,meritum Roſas Luciferum,qui vt in prouerbijs erat, Roſas loquebatur cum diſsidentes Orientis turbas ſuo ore eloquentiaque ſedabat; quique vt Indorum Magi putabant, Roſa animos conciliari; ſecum Roſas tulit omnes,cum Romani Pontificis in Aſia Legatus,grauiſsimas ſimultates, atque odia, Chriſtianis ab animis,expungere voluit,& extinguere, numquam tamen fœlicior, quam cum vnum ſibi Conſtantium Arij paludatum, & candidatum ſectarium conciliare non potuit; quocum ille, bellum indictum ſemper maluit,calamo armatus, venenatum inſceptrum. Nouit,oſtenditq; has in Lucifero Roſas Athanaſius,à quo tantum illi laudis,vel ob virtutem, vel ob ſapientiã congeritur,vt ipſo in atramento, Roſæ ipſe erubeſcere videantur; eiuſque admiratus eloquentiam, non erubuit palmaria illa manu, Luciferi opera, in Græcum traducere, fierique Luciferi pediſequm ſolem Orientis, quod ſi Roſa, ſcarabeus fœtidum cænoſumque animal enecatur, poſt quam Roſa dignus Lucifer,qui terra genitos enutritoſque hæreticos toties exanimauit? qui illum extinguere conatus eſt Arium,qui vti ſordidus omnino ſcarabæus,inter ſui corporis excrementa,ac ſtercora diſruptus interijt,debuitque ſcarabæos lunares pecudes perimere, ſuis cum Roſis,Lucifer,ſolis prodromus,quique Aquilam in nummo habet ſolis famulam ac pœne filiam. Neque illa prætereo neſcio quam vim poſuiſſe in Roſa veteres,quam crebrò in extinctorum tumulis,atque inferis adhiberi voluerunt. Hic in lapide Rauẽnate legimus *hac conditione, vt quotannis Roſas ad monimentum eius deferant,& in Nouocomenſi oleum, & propitiationẽ per Roſam præbeant*.

12 Quin, & in ipſo ſuperſtitionis antiſtite, Homero, venus præſto eſt,quæ Roſario vnguento Hectoris cadauer à canuum morſibus, ac fame vindicat. Planè quaſi manes Roſa permulcerent,redderentq; propitios,ſuorum oneribus, atque animis. At quorſum hæc in Lucifero? non obliterauit hunc morem Chriſtiana pietas,ſed luſtrauit,ſed expiauit,adhibuitque in cælitum ac diuorum etiam monumentis, atque exequijs, Roſas; nihilque tàm frequens in iuxtis, ac funeribus, in Templorum lapidibus, ac ſepulchris occurret,quam Roſa,celatas ſculptaſque vides, vel in muſiuo opere,vel marmoreo, neque inter Sacros veteris picturæ lutus, quid ſæpius viſiſſe, quam Roſam. Hac igitur,Luciferi ſui memoriam Sactare Calaris potuit, qui numquam ad propugnandam fidei arcem, in Roſa indormiuit,ac viola,hac, quam ſopitis cineribus,quaſi cuſtodem,aut plumã appoſuit,an non in eo etiam Nummo immortali nomini adiungeret? &(quod Hectori illa præſtitit) voluit, fortaſſe,ſpinoſo flore,& armato dumis germine,rabidos canum dentes,ac vulnera Lucifero arcere;ſed aſſabor tandem, & venus Roſarum hoc lettum,Aureola,& Corona Martyris eſt, ſuo illã Lucifero, vti Martyri, Calaris addidit,Nobile illi ac meritum Martyris cegnomentum, in ſepulchro, cum Palmis,alijſque martyrij inſignibus dederat, in Nummo eandem expreſsit Coronã,qua Martyres exornatur. *Floribus eius*,inquit Ciprianus *nec Roſæ, nec Lilia deſunt,&c. quibus miles Chriſti ob gloriam coronetur*.

13 At qui ipſa in Sardinia, ne longius diuagemus, Turritana in Vrbe, Gabini Martyris vrnam,Roſis Columbiſque diſtinctam,atque illuminatam inſpicies,non tam Sabello petitas è ſtemmate,quam martyrum ab inſignibus,nam, & Columbas eorum in monumentis,Romæ videmus,nec raro etiam Aquilas, vti hoc in Nummo Luciferi. Neget hunc Martyris titulum, & Coronam Lucifero,qui ignoret quantum ille pro Catholica Religione detrimenti, ac periculi molem ſubiuerit,

bierit, quoties in apertum se vitæ discrimen, irritato Constancio, fractisque Arianis coniecerit, Martyris cognomento, atque præconio, laureata illa in epistola, ab Athanasio exornatum, ex eiusdem, & Hieronymi testimonio, Martyrij cupidissimum, tot tantisque scriptis, immanes illas hæreticorum bestias, ad sui necem ac lanienam prouocasse; solam ob inuidiam ab Impio Imperatore, alijsq; perfidis, ferro, mortiq; subductum, ne illustrius Lucifer in occasu effulgesceret.

14 Vercellen. ab Ecclesia suorum inter Martyrum Hymnos atque pęana, triumphali carmine celebratum eius demum ossa, ac cineres, inter purpurata aliorum Martyrum corpora, ac busta, nuperrime suos quasi inter commilitones, atque collegas emersisse. Et huic tu fortasse, Martyris gloriam, cum Constantio denegabis? si quam ille Lucifero extorquere contendit, reddidit cũ fœnore, in Nummo patria, immo, & in Cœlo Deus. Athanasi ad Luciferum verba sunt illa, an oraculum? *Scio, & credo* (perpende verba) *ipsum dominum, qui Sancto, & Religioso animo tuo reuelauit omnem notitiam, redditurum tibi etiam, pro hoc labore præmium in Regno Cælorum.* At non Coronam hic Athanasius, nobilissimo vadimonio, Lucifero spondet? an non Athanasij vaticinio admonita Calaris in ære aureolam illi debuit, cui sydereis è Rosis lucidã Deus imposuit; quãdoquidem, vt Cyprianus loquitur. *In cælestibus castris, & pax, & acies habent flores suos?* an vero superstitiosa potuit Roma suis in Nummis rostratam Agrippæ, Antonino, lauream, Augusto quernã, Albino spiceam, è palma Vespesiano decernere; Christiana vero pietas Roseam illi Lucifero non poterit, cuius in humeris Nicenæ Synodi totius Orientis, atque Occidentis fides incubuit? cui nulla maior sitis, quam exhauriendi pęnitus sanguinis vitæque fundendæ? quem parem Martyribus fecit, nõ ferrum, aut flãma, sed ardor, & calamus, à quo id vnũ pręstitum, vt Catholica Romanaque Religio, de insanissimis hostibus, de Arianis Aquilis, de Constantij falcibus constantissime triumpharet? qui demum vti iuratus, pro Christi diuinitate miles, Arium, qui Martẽ significat, vti Chrisostomus ait tartareum *Erebi* Martem oppressit, emicans, clariore sydere, in Martem, Lucifer. Stet igitur è Rosa, Corona Lucifero, quam irrigasset sanguine etiam, si libuisset; & quoniam lacessere cruorem attramento non potuit, *Accipiat, vt cum Cypriano loquar, Coronas vel de opere candidas, vel de passione purpureas.*

15 Sed vertamus nunc tandem cum Nummismate stylum, calamumque inter superbientis Aquilę alas, Lucifero consecremus; has inter habiturum viuacem immortalitatis iuuentam, licet alioqui pennæ aliæ, vna Aquilæ penna, absumi, voracique compertum sit. At quod ego, hac Aquila, omen, aut augurium aucupabor? situm certe, formamque præfert omina tissimam, à pœnis nimirum alis, & ad volandum compositis, nam si Pierio Valeriano subscribimus. *Si volantem conspexissent, faustissima, & citra puluerem augurium putabant.* Tale ego Lucifero nostro velim fœlix, faustumque, nequid, in sequentibus sęculis, ab hostibus, in ea, quam meruit, fama detrimenti capiat; vt insigne post hac obtrectationum, fulmen, sua cum Aquila, ac laurea amoliatur, & citra puluerem veritas ipsa diu cum aduersitatis luctata, triumphum referat otiosa. Cui vero Aquila? arridere magis dixerim, Calari, an Lucifero? vtrique profectò. Illi vel quod tunc temporis, cum Nummum hunc condidit, Romani suum Imperij Aquila, tota cum Sardinia seruiebat, vel quod haud aliter, quam Aquila ad Orientem Solem obuersa, se ipsam exprimere potuit, lumen suo è Lucifero ebibentem; vel quod cum se fœlicem iactare vellet, non nisi auspicatissimum Aquilæ volatum, suo reddere

potuit

potuit in Nummismate; eius insuper volucris quæ Alexandro, Tarquinio, Augusto, Gordio, sexcentisque alijs, semper Imperij, regnique fœlicitatem portendit, neque enim vel Calaritano, vel Sardoo in stemmate, Aquilam vnquam incubantem, aut nidificantem inspeximus, cum sat potius Maurorũ capita, suo quasi in Capitolio, Sardinia ostentet; neque satis sciam an Aquila aliquando ab Encio Rege Theodorici Cæsaris filio insignita sit, vt duas olim, Siciliȩ stẽma acceperat à parente.

16 Hæc in Calarim, cętera opportuna magis in Luciferum cadunt. In Martyrum sepulchris Aquila sæpe insculpta, haud malè Rosarum serto sociatur, & adnectitur, duplici quasi suffragio, inuisam ab Arrianis Lucifero gloriam repositura, sicut nec inconcinne vtrumque iunxit Ambrosius, cum dixit. *Aquilam Christum Dominum dixerim, &c. Refloruit inquit caro mea.* An quod meritò famulari Lucifero Aquila debet, quasi victa, domitaque, qui Augustam in Aquilã tanquam è Cœlo pugnauerat, calamo vsus pro fulmine, potuitque etiam cum Pericle audire *fulmen habet in ore*; quid ni, quando, & victum hostem, & inter necione deletum addita etiam, cum fulmine, Aquila, plurima olim Nummismata indicarunt? An vt Romanæ Religionis antesignanus in Oriente, ac signifer, suam adhuc Aquilam retinere videatur, quã incolumem semper, victricemque, sua in castra retulit moriturus? Adde sedulum Aquilarum obsequium in extinctos, non solum ad exercendam lanienam, & quasi ad gladiatorios ludos, sed ad excubias, ac præsidium; Neque afferam Thesei ossa pręuolantis Aquilæ vnguibus detecta, rostroque defossa; sed ipsa Martyrum corpora sæpius ab Aquilarum excubijs famularibus, natiuisque telis, atque armis, à ferarum, ac belluarum iniurijs vindicata. Excubat hic, & pro Lucifero iam defuncto, vt è morsibus saltem, famam afferat illibatam, ibique potius, vbi lucidum nomen est, Aquilæ congregentur. Non enim iusti, ab Aquilis supplicium, vt Prometheus, metuũt, quod cęlos inuaserint, sed Aquilarum potius inclyto, regioque titulo ab Ambrosio decorantur. *Bona Aquila esse cæpisti, quæ Cœlum petis, terrena fastidis.*

17 Quod si Aquila, Pyrrhus Epiratorũ Rex, suis à militibus dictus prętulit etiã in Nummo, inter Quernam Coronam, Aquilã, quam castrensi quasi calculo acceperat; eblandiri suo Lucifero, Calaris meritò voluit, cum Corona, & Aquila, vt innueret, & pugnasse fortiter in religionis perduelles, & parta de hostibus victoria Coronam fœlicissimè retulisse. Subijcio demum illud, quod ad rem maximè facit, Aquilas olim, concepta iam flãma, è rogo solui emitique solitas in Cæsarum, Augustorumque consecratione, atque Apotheosi, quam nos canonizationem vocaremus, vnde, & ille fortasse mos, ad nos etiam obrepsit, vt ijs in sacris, in quibuȩ diui indigetes renuntiantur, Aues vaticanam ad aram sistantur, emittanturque ad volatum, putabantque esse defuncti animam, quæ Aquilæ speciem induisset, ad superos, ac cælites aduolatura, è fabulis hoc edocti, arcanum in quibus Phrygius adolescens nescio quis, ad cęlestis nectaris pocula, Aquilæ remigio traiecerat Hinc apud Herodianum, & Capitolinũ reperies centum Aquilas in vno Seueriani, ac Maximi funere immolatas Hinc in ipso Pertinacis, Antonini, & Marcianæ Nummismate, Aquilam vel pilo insidentem, vel ex Ara fugientem, vel alijs sese efferentem videas, illa cum Epigraphe. *Consecratio.* Crederem igitur, hunc sequuta morem Calarim, abiectaque omni superstitionis imagine, Aquilam suo etiam in Nummo posuisse, vt Luciferi sui memoriam, nomenq; immortalitati consecraret, transmitteretq; superis, ac posteris nutriendam,

dam, nullo tamen imbuta mendacio, quando veritate sua, è cortina effatus Ambrosius, Christianam nobis etiã Apotheosim concedere ac describere videatur.

18 *Iustorum animæ Aquilis comparantur, quod alta petant, humilia derelinquant, longæuam ducere ferantur ætatem*. Sed quoniam circunfusa verba nos aduocant *Fœlix Calaris* haud omittendum hoc censeo, spectari fortasse atque alludi illam ad Aquilam posse, de qua dicitur. *Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, &c.* germanusque sit sensus. Fœlicem Calarim esse, quod ad superos, sui exemplo Luciferi, prouocetur, quod sub amantissimi antistitis alis tutissimè foueatur, quod fœlix faustumque sibi semper omen, è sui parentis volatu, ac nomine augurctur, quod Fœlicitatis vadem, atque sponsorem, suo habet in pignore ac deposito; non eius solum fœlicitatis, quam crebro in veterum Nummis Heroum, sibi patriæ atque Imperia iactant, sed quam sibi Roma æquius è Petri, ac Pauli sanguine, ac cineribus arrogat, dum canit, *O fœlix Roma, quæ tantorum Principum, &c.*

19 Fœlix igitur Calaris terquaterque, cuius fœlicitatem, marmora ipsa atque æra haud elingui nota testãtur, hãc tibi Lucifer quasi diem peperit, ille, inquam, qui nescit, vel in tumulo occasum, tecum semper hæc viuet, quando ille inter sidera rutilat immortalis. Indignus fœlicis titulo Sylla, qui patriæ fœlicitatem extinxit, tibi hũc vacuum titulum fecit, quæ fęlicitatem ipsis ab extinctis cineribus mutuaris, dederit tibi incunabula, ac lucem Iolaus ille, qui facem ad conficiendam Hydram, prætulit Herculi, dabit clariorem Lucifer ille, qui ad extinguendam Arianam Hydram, religionis facem accendit; subiecturus etiam eorum librorum rogo, qui quasi furenter Hercules in se met, & in sua viscera insaniunt. Hæc habui, quę paucas inter horas imitatus Luciferum, qui breui crepusculo radiat, cursim in hoc Nũmismate expenderem, & quasi vnius manus examine explorarem pietati, quæ maximi ponderis est, potuitque minutum hoc exprimere ab ingenij inopia pro Luciferi gazophylacio, vt aliorum fortasse gazas obsequio saltem præponderaret. Cęterum inspecto saltem Luciferi Nummo diligenter interrogent. *Cuius est imago hæc, & superscriptio?* audiantque libentius. *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.*

An Beatus Lucifer, more antiquo sit Canonizatus. Cap. 38.

1 AD respõsionem huius quæsiti supponendum est. Primo, Canonizationem Sãctorum esse causam, de se reseruatam Sũmo Pontifici, ex quinque rationibus, quas adduxit text. in cap. 1. & in cap. 2. de Reliq. & Venerat. Sanct. & Glos. in cap. 1. eod. tit. in vers. Sedes Apost. l. 6. Prima est, quia est de maioribus. Secunda, quia pertinet ad fidem, cum in ea agatur de miraculis, quæ fidẽ Christianam cõfirmant. Tertia, quia est applicatio dogmatũ Sacræ scripturæ ad causam alicuius hominis. Quarta, ne simplicitas Episcoporum aliquem non Sanctum pro Sancto admitteret, ne, &c. infinitus fiat numerus Sanctorum, & ita vilescat deuotio.

2 Quam sentẽtiam tuentur Canonistæ Innocen. PP. Cardinalis Hostiens. & alij apud Card. Tus-

cum concl. 44. lit. C. Hinc autem fit, vt licet aliquis diuturno tẽpore pro Sancto habitus fuerit, & de eo in aliqua Ecclesia diuinum Officium fuerit de more celebratum; si deinde Romanus Pontifex, causa cognita, eum iudicet non esse Sãctum, nõ prosit antiqua possessio. E cõtrà si quis fuerit diuturno tẽpore habitus pro nõ Sãcto, si deinde Roman. Põti fex Sãctitatẽ agnouerit, & approbauerit nõ obstat fama cõtraria.

3 Secundo supponendũ est, duplicem fuisse in Ecclesia statum Canonizationis Sanctorum. Primus, cum nondum esset publico decreto Romani Põtificis interdicta Episcopis canonizatio (qđ factum est ab Alexandro III.) & Pontifices permitterẽt id fieri ab Episcopis. Secundus postquã hoc decretum prodijt. Primo statu, si quis Episcopus aliquem Sãctum declarasset, illius decretum habebat vim sentẽtiæ Iudicis inferioris, subditæ examini Iudicis Superioris, ita vt non cogerentur omnes fideles illũ pro Sancto habere; donec Romanus Pontifex illud decretũ cõprobasset; subditi tamẽ cogerẽtur, vel assentiri, vel appellare. Secũdo statu, si fieret eiusmodi decretum, non habet vim cogẽdi subditos, vt vel illum pro Sancto habeãt, vel ad Sedem Apostolicam non prouocent.

4 Tertio supponendum est, ante prohibitionem Sedis Apostolicæ antiquitus, solitas fuisse fieri Canonizationes particulares Sãctorum, in suis Ecclesijs, eos propter eorum notam sanctitatẽ, publicæ venerationi exponendo, cum tolerãtia Sedis Apostolicæ, quę permisit, aliquem haberi pro Sancto alicubi, non vbique, vt Constantinus Magnus à Græcis, Carolus Magnus in Capella Aquisgranẽsi vocantur Sancti, & Officium de his celebratur, nec tamen eorum canonizatio, in Ecclesia vniuersali recipitur, licet permittatur à Põtificibus vbi inualuit; Hostien. Ioan. Andr. & alij in cap. 1. de reliq. & ven. Sanct. Et hæc canonizatio dicitur particularis, ad distinctionẽ eius, quæ fit à Romano Pontifice, & ab vniuersa Ecclesia recipitur, quæ potest dici Canonizatio vniuersalis, ad distinctionem prioris.

5 His positis dicendum est, B. Luciferũ more antiquo esse Canonizatum in Ecclesia Calaritana, primis sæculis, adiũcta continua tolerãtia, & permissione Sedis Apostolicæ. Hoc probant antiqua traditio, & veneratio Ecclesiæ Calaritanę, quæ B. Luciferum semper pro Sancto coluit, & venerata est, antiquissima Tẽpla eius Sanctitati dicata; & epitaphia in eius sepulchro inuenta, solis Sãctis apponi, & defferri solita, vt latè in capitibus pręcedentibus ostensum est.

6 Dico secundo, B. Luciferum non esse Canonizatum, Canonizatione vniuersali, quia nullum extat

extat decretum Romani Pontificis cogens vniuersam Ecclesiã ad hunc assensũ;licet diuino munere,& B.Luciferi meritis,speremus non defuturum. Hinc colligo,omnes fideles Diocesis Calaritanæ teneri ad hanc venerationem,& assensum,propter dicta in secũdo supposito: reliquos verò fideles vniuersalis Ecclesiæ,licet non sint eodem modo astricti,sentẽtia,& decreto superioris: tamen ex pietate debere, huic assensum præbere, ex illa regula apud Theologos, & Canonistas trita,quod in his rebus,quę ad Sãctitatem, & pietatem pertinent, pia opinio est præferenda, quæ stat pro Santitate B.Luciferi.

7 Nec refert primo historicos, qui contra B. Luciferum scripsẽrunt, ipsius Sanctitatem dubiam reddidisse, & huic opinioni obstare. Nam respondetur,horum historicorum erratum, iam satis esse detectũ in 2. parte huius lib. secundo etiã, hoc dubio posito, cõsurgere certitudinẽ Sanctitatis B. Luciferi in hunc modum. In dubio melior est conditio possidẽtis.In dubio benignior pars est eligenda In dubio præsumẽdum est,quod fuit. Nõ est recedẽdum à iure, & cõsuetudine: Nihil noui est astruendum. Hæ sunt regulæ,quæ in vtroque iure passim occurrunt; sed B. Lucifer est in possessione opinionis præiudicatæ, Viri Sancti, perfecti, rerum humanarum contemptoris, decẽnio pro fide exulati, & acerba pro ea, ab Arianis perpessi, ergo hæc possessio præualet omni aduersariæ molitioni.Benignius est & conformius charitati, quæ nõ cogitat malum, benè de B. Lucifero cogitare, cum omnes oppositiones facilè dissoluantur, vt in 4. part. videbimus, ergo ita fieri oportet.B.Lucifer, ante multo tẽpore à Liberio, & Athanasio fuit proclamatus vir Sãctus, humilis, Romanæ Ecclesiæ,& Catholicæ Religionis zelo flagrãs, ergo etiã postea talis semper fuisse præsumitur.B.Luciferum mutasse sententiam,est aliquid nouum,ergo non est indubio astruendum.

8 Et confirmatur, 1. nã vt ex c. miramur 61. dist. colligit Tuschus: cum aliquis inter Sãctos est referendus, quæritur an egerit vitam laboriosam, moribus castis,& actibus strenuis munitam, an sit passus persecutiones ex charitate, seu propter fidem, an egerit bona opera, quæ omnia apparent in Beato Lucifero fuisse lucidissima, præclarissima, fulgentissima.

9 Cõfirmatur secundò comparatione cum Sãcto Eusebio Vercellensi: nam in omnibus pares fuere; par labor pro Ecclesia, par fama Sanctitatis, par confessio, par exilium. In hoc vno dispares fuerunt, quod Eusebij Sanctitas non habuit illam eloquentiæ clarita-

ritatem, eam constantiæ, & fortitudinis gloriam, vt aliqui ex eo, Eusebiani dici voluerint, sicut à B. Lucifero, Luciferiani: Hanc etiam meritorum similitudinem visa est indicare mors ipsa, quam Deus, eodem anno, vtrique immisit, vt socios laboriosæ pietatis ad præmium vnà transferret, vtriusque mors, similibus verbis adnotatur in chronicis; Quare sicut Sãctus Eusebius Martyr vocatur, ob ea quę Mediolani passus est, & exilium fidei causa toleratum, ita videtur B. Lucifer pari laude dignus esse, & si id olim factum non est, quia Luciferiani, eum pro vnico suæ ætatis Sancto habebant, quorum non erat fouenda dementia nunc illo iam errore sublato, sine periculo fieri posse videtur.

10 Confirmatur tertio comparatione cum S. Dionysio Mediolanensi Episcopo, qui vnà cum ipso in Cõcilio, Constantij iussu, captus, in Capadocia exulauit, nam hic quoque martyr vocatur, vt in Martyrologio 25. Maij, quæ cõfirmatio magnam vim habet, addito antiquo testimonio Vercellensis Ecclesiæ in illo Hymno insuperioribus relato, quo docetur, eandem fuisse Sãctorum trium venerationem, sic enim habetur.

Eusebium, Dyonisium,
Cum eis, & Luciferum,
Hos deprecamur sedulè.

Quod si S. Dionysius in exilio obijt, at B. Lucifer, vel nouum passus exilium, pro iustitia, famæ iacturam subijt, quod genus quoddam est martyrij, tãtò grauioris, quantò paucioribus innotescit.

11 Quarto confirmatur comparatione facta cum Sancto Gregorio Illiberitano, qui in Martyrologio Romano habetur, & eiusdem omninò sententiæ fuit cum ea, quæ tribuitur B. Lucifero.

12 Sed ait Baronius eũ recantasse palinodiam. Quod non probat, sed infert ex eo, quod in Martyrologio Romano habetur, sine auctore, hoc expræsse asserente. Idem dicendum esset de B. Lucifero; etiã si in schisma incidisset (quod negamus) nam hoc probat vetusta, continua, & inconcussa veneratio Ecclesiæ Calaritanæ, antiquissima templa eius Sanctitati dicata, & celeberrima epitaphia in eius sepulcro inuẽta, & insuper habemus testes, antiquos historicos, Socratem, Sozomenum, Tripartitã, & Nicephorum, expræsse asserentes, B. Luciferum sententiæ Ecclesiæ assentientem remeasse ad tronum, & Ecclesiam suam.

13 Sed dices non referri in historijs vlla miracula, quæ Deus ostẽderit ad B. Luciferi Sanctitatem comprobandã. Respondeo, duplicem essem statum huius causæ. Primus possessorij, in quo statu non indigemus miraculis, satis enim

enim nobis est, si constet ex historijs fide dignis, & traditione, aliquem, vt Sanctum in Ecclesia habitum fuisse, Romani Pontificis tolerantia, & permissu, quod videtur exdictis satis apparere. Secundus petitorij, si ageretur de noua Canonizatione B. Luciferi Episcopi Calaritani, & in hoc quoq; miracula nō requirūtur, neque tamquam signa immediata Sanctitatis (Sanctitas enim in sua deffinitione solum est, *ab omni immūditia, libera, & perfecta, & omnino immaculata mūditia.* Ex Diuo Dionysio de diuinis nominibus, & Rota Rom. in relatione Beati Aloysij Gonzaga; *Vel est quædam generalis virtus complectens omnes virtutum actus, quos per Imperium ordinat in bonum diuinum.* Ex S. Tho. 2. 2. quæst. 8. art. 8. ad. 1. Maluef. de can. Sanct. dubio. 5. num. 5. Luca Castellino cap. 6. in app. sect. 1.) vnde in sua essentia miracula non includit, neque tamquam testimonia Dei simpliciter necessaria: nam si constaret aliunde Sanctitas indubitata, Romanus Pontifex etiam sine miraculis Canonizare posset, quē sciret Sanctū fuisse, sic Leo PP. III. Sanctum Gibertum dicitur Canonizasse, ex testimonio Marcellini Præsbiteri, qui librum fide dignissimum de eius vita conscripserat.

14 Nec defuerunt miracula in B. Lucifero, ante mortem, & post mortem. Primū probat insigne illud miraculū ab eo factū Neapoli cū Zozimo adultero, intruso in locum Maximi Episcopi, cuius linguam ad modum bouis fecit extra os protrahi, donec resipisceret, vt referunt Marcellinus, & Faustinus. Secundum comprobant multa miracula facta, præcipue post inuentionem Sanctarum eius reliquiarum, quorum aliqua inferius afferemus, in fine huius libri.

15 Extāt prætereà de illius gloria diuinæ reuelationes; nam præter eā quæ facta fuit Venerabili Fratri Francisco Hortola Societatis Iesu, viro Sanctitate conspicuo, de qua inferius in miraculorum informatione. Valentiæ in nobili vrbe morabantur quædam Matronæ, Sanctitate famosæ, virtutibus prædite, iugi orationi deditæ, his omnipotēs Dominus, qui puris mentibus secreta communicat, Sancti Luciferi eximiam Sāctitatem, & gloriam reuelauit, quarum vna, post longam orationem, & diuinam, vt piè creditur, reuelationem, Reuerēdo Patri Antiocho Carta, Religioso Professo Societatis Iesu Domus Professæ Valentiæ vice Proposito, & olim Collegij Calaritani Rectori, dixit (vt ipsemet suis litteris, propia manu exaratis, & firmatis testatus fuit) Diuum Luciferum Calaritanæ Vrbis Antistitem, inter Patriarchas honorificum

cum tenere locum, magna gloria & honore Cœlesti coronatum. Quæ reuelatio alteri non absimilis, sed consona, quam de eiusmodi Beati Luciferi Sanctitate, & gloria, quædam monialis in Ecclesiensi Monasterio Ordinis S. Claræ, Abbatissa dignissima, nomine Soror Angela Maria Serra viginti annis ante prædictam (vt iuramento firmauit Reuerendus Pater Iulianus Melis Societatis Iesu, Sanctę Inquisitionis Calificator, & olim in hac Generali Vniuersitate Sardinię, Sacrę Theologiæ Primarius Professor, cui inter alia suæ conscienciæ secreta hoc reserauit) Huic moniali, quę sicuti in vita religiosè vixit, virtutibus claruit, & exemplo, sic in morte fœliciter obijt, Sanctimoniæ fama, nomine, & futuræ gloriæ omine, inter alias reuelationes, quibus diuinus spiritus suum recreabat animum, illustrabat mētem, dotabat animam, factam participem diuinorum, consortem cœlestium, manifestauit, Diuum Luciferū in Patriarcharum, & Pontificum glorioso adnumeratum choro, quę reuelatio superiori fidem auget; quæ reuelationes simul, & si non dum Ecclesię auctoritate firmatę, probatæ tamen personarum auctoritate, Sancti Luciferi testantur gloriam, Sanctitatem firmāt, & prædicant. Hæc est enim munificentissimi Dei nostri in Sanctos cura, vt quos laboribus onerat, honoret splendoribus Sanctitatis, quos hominum inscitia tegit, detegat deifica sapientia; latebat aliquos S. Luciferi clarissima Sanctitas (Et mirum cum sit Lucifer, qui mane oritur occasum nesciens) notescebat nonnullis, sed bone Deus, qui nimis honoras Sanctos, iam cælatum Sydus, medias inter tenebras, Cęlum pandit non solum Calari sed Ecclesijs, valentinæ vrbi, & orbi.

Nec de fuerunt Sedis Apostolicæ, & Summi Pontificis speciales gratiæ, & fauores ad augendam fidelium deuotionem, erga Beatū Luciferum, eius Sanctitatem simul contestantes: siquidē à bonæ memoriæ Paulo V. ad septennos annos fuerunt decretæ, & concessæ, Indulgentiæ omnibus Christi fidelibus inuisentibus templum Diui Luciferi in die, & festo Sanctissimæ Trinitatis, cuius mysterij cōtra Arianos fuit semper accerrimus vindex. Huiusmodi autem Indulgentiarum Breue Apostolicum, est tenoris sequentis.

(✠)

PAV-

Paulus PP. Quintus.



NIVERSIS Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionẽ: ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem, cęlestibus Ecclesiæ thesauris, pia charitate intenti, omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus verè pœniten. & confessis Sacra communione refectis, qui Ecclesiã Sancti Luciferi loci de Selarjus Calaritan. Diocesis, die Festo Sanctissimæ Trinitatis, à primis Vesperis vsq; ad occasum Solis Festi huiusmodi, singulis annis deuotè visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum, concordia, Hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, pro primo, & vltimo anno plenariam omnium peccatorum suorũ Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Pro alijs verò quinque annis intermedijs, septem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem si aliàs Christi fidelibus dictam Ecclesiam visitan. aliquam aliam Indulgentiam perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum duraturam concesserimus præsentes nullæ sint. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 14. Iulij M. DC. XIIII. Pontificatus nostri anno decimo.

S.Cobellutius.

Gratis pro Deo etiam scriptura.

Suppetũt etiam excusæ Imagines B. Luciferi Romæ cum licentia Superiorum, tum tempore Pauli V. quam D. N. Vrbani VIII. nunc fœliciter regnantis, cum Diademate, & titulo Sancti: Ex quibus constat ad Sanctitatem B. Luciferi adstruendam, nulla argumenta desiderari posse; quæ pro ea cumulata non reperiantur.

Addimus etiam, Canonizationem, & venerationem Beati Luciferi, non solùm in Dioecesi Calaritana viguisse, & vigere, sed etiã in toto Regno Sardiniæ: nam in toto illo, & in omnibus eius Regijs Curijs, dies B. Luciferi est Festiuus, vt constat ex Cathalogo dierũ Feriatorum totius anni, iussu Regiæ Audientiæ excuso. Cõstat etiã ex Comitijs generalibus totius Regni celebratis

per

per Marchionem de Vayona, in quibus suffragijs tractatorum totius Parlamenti, fuerũt designatę quingentæ libræ monetæ Sardæ ad reparationem Templi B. Luciferi, in quo eius Sãctissimę Reliquiæ fuerunt inuentæ; prout in actis dicti Parlamenti.

14 Addo tandem, quod Canonizatio, & sanctitas B. Luciferi videtur, nõ solum à Præsulibus Calaritanis, sed etiam ab ipso Romano Pontifice approbata, & declarata: Nam S. Hieron. fuit Damasi Papæ secretarius, cũ ergo is optimè sciret, quid de B. Lucifero Damasus, post eius obitum, sentiret, atque induxerit catholicum, qui eum Beatum vocaret, bonumq; Pastorem, non dubitamus, quin in hoc titulo voluerit significare, Damasum, examine solito, Luciferi vitam, doctrinamq; expendisse, eumque post mortem Beatum pronũciasse, atque adeò catholici nomine, idest ex consuetudine Ecclesiæ, hunc ei titulum deferri.

15 Quod si aliquis obijciat s. Hieronymum scripsisse eum librum ante obitum B. Luciferi, sic enim loquitur tamquam de viuẽte, cũ ait, *verbis eum dissentire non rebus*. Respondeo non esse credibile B. Hieronymum scripsisse, viuente B. Lucifero, vt etiam Mariano in annotationibus videtur. Nã Luciferiani multò post eius mortẽ, Ecclesiæ molesti esse cœperunt, ipso autem viuente, extra Antiochiam nõ audiebantur quidem, & breue est interuallum, à reditu B. Luciferi è Syria ad obitum ipsius, vt minimè potuerit, & Luciferiana secta inualescere; & hic Dialogus scribi: cũ ergo 60. fermè annis post B. Luciferi obitũ S. Hieronymus obierit, annos natus 78. vt Baronius cẽset, eo tẽpore id scripsit, & Beatũ vocauit, ex Damasi Pontificis sententia.

16 Neque obstat illa verborum, velut de præsente prolatio, nam sic solemus de auctoribus loqui: vt cum dicimus Scotũ à S. Thoma in aliquibus dissentire, & potuit aliter scriptum esse, vt fuerit olim *dissentisse*. Denique si eo tẽpore Sanctus Hieron. hæc scripsisset, quo Lucifer in Sardinia viuebat, satis appareret, etiã eum (post schisma, eius occasione exortũ) eundem habitũ esse Beatum, & bonum Pastorem, qui prius fuerat.

Summa totius causæ. Cap. 39.

1 TOtius igitur causæ sũma, hæc est. Primo S. Lucifer Episcopus ideò dicitur secessionẽ fecisse, quia adhæsit communioni Paulini, à se Legato selecti, & vitauit communionem Melesij, electi ab Eusebio collegato, seu potius admissi, cum anteà ab hæ-

re-

reticis fuisset electus. In quo licet antiqui historici conueniant, à nobis in secũda par. huius Libri, quãtum ad dissensionem ab Eusebio, propter hanc causam, impugnatum est, quia in contrariũ stat authoritas Concilij Alexandrini, in quo præfuit Eusebius, qui approbauit electionem Paulini, eius legatos in Concilio recepit, & ad eum epistolam Synodalem direxit.

2 Dato etiam, & non concesso, quod ea fuisset causa dissidij, Eusebio ignoscimus, & Luciferum laudamus, quia electionem Paulini, & factum Luciferi approbauit Damasus Papa, & vniuersalis Ecclesia. Secũdo nõ docuit, Episcopos lapsos non posse recipi, si eos pœniteret, quia expresse, per suos legatos, subscripsit huic decreto in Concilio Alexandrino: multò minus docuit totum mundum esse Diaboli, sed hoc ex eius zelo ægré ferebat, facilè lapsos recipi in Sedes suas, & iterum, sine sufficienti indagatione, & experientia, oues lupis committi, & longè post, ex hoc ocasione captata, alij docuerũt. Hoc series rerũ ostendit, & ex Dialogo S. Hienymi contra Luciferianos colligitur: vbi eum vocat Sanctum, & bonum Pastorem, neque ea, quę de illo ab aduersarijs circũferabãtur, se ait, de tanto, ac tali viro credere. Tertio benè, & Sanctè adhæsit Paulini communioni, & malé alij Melesium prætulere. Probatur ex litteris Damasi ad Paulinum, & ex vita Sancti Hieronymi à Mariano conscripta, qua ostenditur à Damaso iussus fuisse Hieronymus communicare cũ Paulino, à quo & presbyter ordinatus est.

3 Quarto; tanta fuit gratia Melesij apud Orientales, vt non modo obtinuerit, vt cum Paulino sederet, sed vt ei præponeretur, & in Concilio Constantinopolitano, quod vniuersale factum est, fuerit Melesius, non Paulinus auditus, & Melesio, contra pacta, successor datus Flauianus, quod cum Damasus accepisset; Concilium Romæ fecit, cui adfuere Paulinus, & Epiphanius Salaminæ, & Sanctus Hieronymus eos comitatus est. Quinto, Ariani, & Meletiani post discessum Beati Luciferi ex Asia, infestiorem eum reddiderunt; Catholici quoque parum beneuoli fuere, vel quia Meletiani, vel quia Constantinum, Arianum ab eo vocatum, ægré tulerunt, & Luciferianorum errorem, qui ex iniusta viri Sancti depressione, vel impostura, ortum duxerat, fouere nolebant. Sexto Beati Luciferi Sanctitatem vindicarũt Sancti Patres, historici, & authores à nobis in hac tertia parte allegati, sed præcipuè Ecclesia Calari-

laritana, antiquissimo, continuò, & nunquam interrupto cultu, & veneratione, qua eum semper coluit, & venerata est, aras, & templa suo nomini, & Sanctitati consecrans, & eum vt suum singularem Patronum; & indigetem, semper suspiciens; quæ omnia ex solutionibus obiectorum, quæ à Turritano contra illum, facta fuere, manifestiora fient.

Partis Tertiæ finis.



PARS

PARS QVARTA,

DEFENSIONIS SANCTITATIS BEATI LVCIFERI,

In qua respondetur obiectionibus contra illam, factis à Turritano.

Satisfit primo, & secundo oppositis Archiepiscopi Turritani, contra Sanctitatem Beati Luciferi.

Cap. XXXX.

1 

Vnc ad ea dissoluēda, quę contra Sāctitatem Beati Luciferi opponit Turritanus, accedamus. Primo opponit, perseuerantiam adorationis B. Luciferi fundari in inuēto eius corpore, anno 1623. cum duplici inscriptione iam relata.

2 Respondetur, opponentē non legisse, vel domesticos authores, qui ante quam corpus S. Luciferi fuisset, anno 1623. inuentum, ipsum in Sāctorum numero habuerūt, & ita scripto posteris tradiderunt. Ita Ioannes Fara *lib. 1. de rebus Sardois ad annum 304.* Ioannes Arca *lib. 3. de Sanctis Sardiniæ*; neuter horum Calaritanus fuit, alter etiam, nempe Fara Archipresbiter, primū Turritanus, deinde Episcopus Bosanen. Oportebat autem cogitare, hos nō ex proprio (quod aiunt) digito, suxisse, sed ex antiquioribus habuisse, vsque dū in ipsa tempora S. Luciferi refundatur, vnde per manus ducta est, vsque ad præsentem diem, atqui si nulla etiā

esset authoritas, sufficeret traditio, vel vnius diocesis, vt ostenditur in informationibus super hoc recepis; non tamen Vacare à veritate: ab illo quoque tempore, testis est S. Hieronymus; & ante hunc S. Athanasius, & Hilarius, ex quibus ceteri acceperũt, Equilinus, Mombricius, Hermanus, & alij superius relati.

3 Secundo opponit literas B. & M. in prædicta inscriptione, deberi prius interpretari, in sensum *Bonæ Memoriæ*, quã *Beati Martyris*. Respondetur, non videri eum versatum in antiquitatibus Ecclesiasticis; cur enim, non debet potius legi, *Beatæ* quam *Bonæ memoriæ?* quo pacto, vt multa ommittantur, legimus in epitaphio Adriani primi, qui obijt anno 795. & cõmuniter in epitaphijs, Ecclesiasticorum Prælatorum, quos opinio Sãctitatis secuta est, sicut eædem litteræ, in alijs benemerentem significabant, tam ante, quam post Ecclesiam Christi conditam. Vt passim videre licet, in inscriptionibus Sacris, Appiani, Grutterij, & aliorum.

4 Sed demus, legendum *bonæ memoriæ*, non inde negari potest, esse epigraphen martyris, si opponens legisset, in Ecclesia Calaritana plures sat vetustas inscriptiones, inuenisset, dubiò procul, nõ vni martyri, litteris explicatis *bona memoria*, titulum, affigi. Minutæ, Eusebię, & Aphroditę, Faustinæ, & Cæciliæ Virginibus, & Martyribus, itẽ Sisinnio, Domno, Amantio, Priamo, Luciano, Luxorio, Martyribus, & alijs; quorum plures in Martyrologio Romano, vt martyres recensentur: quod si inuentionibus nostrorũ Martyrum nolunt fidem adhibere, credant suis. Nam in reliquijs inuentis in Tẽplo S. Gauini Turribus, in tempore Don Gauini Manca Archiepiscopi Turritani similes literæ B. & M. in eorum epitaphijs marmoreis repte sunt, vt in Fabiano, Marcello, Petronia, Fortunato, Martyno, Pisana, vt videre est in ipsis epitaphijs marmoreis, & vt oculatus testis refert, & exarauit Pater Iacobus Pinto è Societate Iesu, notæ eruditionis, & doctrinæ, in suo tomo de Christo Crucifixo lib. 3. titulo 3. loco 12. à num. 36. vsq; ad 40. quas litteras B. & M. interpretati sunt idem Archiepiscopus Turritanus Manca, simul cũ conuentu omniũ Theologorum Turritanorum, in hoc sensu *Beatus Martyr*, vt refert Franciscus Bastelga Secretarius Sanctæ Inquisitionis huius Regni in Summaria relatione impressa Barchinone anno 1613. fol. 21. num. 2. & mirum est, non hęc aduertisse contrarium, cũ has litteras in sensum *Beati Martyris*, in epitaphio Sãcti Luciferi impugnauit, cum ista explicatio fuerit admissa, pro palata, subscripta, & typis mandata

data à suo prędecessore,& ab omnibus Turritanis; sed eis iam de more est, diuersa statera, velle metiri sua, & nostra, & hoc elogium inuidere Sancto Lucifero, si ei tamquã martyri tribuatur; cum ipsi in suis Sãctis nuper inuentis anno 1614. idem iudicauerint,& docuerint.

5 Cæterum,quod extenso martyris vocabulo, S. Lucifer martyr in ea inscriptione vocetur (si ita lubet interpretari) nihil erroris continet; nam vsu veteris Ecclesiæ perinde iuxta significationẽ Græcanicam,etiam Confessores dicebantur Martyres; *Tertul. de coron. milit. & ad martyres, Ciprian. de singul. Cleric. vel si Origen. sit eius libri autor, idem Cyprian. in varijs epist. Ambros. lib. 2. de fide ad finem lib. 3. cap. fin.* quamuis posteà, sat veteri etiam vsu distinguerẽtur, vt videlicet martyres dicerentur, qui in tormentis, vsque ad mortẽ pro confessione nominis Christi perseuerassent *lib. de duplici martyrio, siuè sit Cypriani, siuè alterius antiqui authoris.* Confessores verò, qui citra mortem in carceribus, vel tormentis Christum confiterentur, parati mortem subire, si res tulisset, nec tàm volũtas martyrio, quam martyrium deesset voluntati, vt colligitur ex S. Cypriano *lib. 2 epist. 6. & 7.* & S. Hieron. *epist. 84.* vbi *Hilarius,* inquit, *meorum (confessorum* temporũ,&c. quos nihilominus,& Cyprianus, & Tertulianus interdum martyres vocãt, tametsi, Tertullianus, non simplicietr martyres, sed martyres designatos appellet.

6 Quæ cum ita se habeant, quid mirum, si ex illo vsu S. Lucifer martyr vocatus sit? qui tamet si sanguinem, & vitam non profuderit, præter exilium, tamen pro fide Catholica multa acerba, inuicto animo passus est, non paucis alijs labentibus, paratus mori, si res tulisset, vt constat ex eiusdẽ libro, *quod moriendum sit pro filio Dei*, imo quia nimis appetẽs erat martyrij, Constantius, & hæretici inuiderunt illi martyrium, vt hoc modo, diuturniori martyrio, cruciarent: quare in hoc vsu rectè fundatur inscriptio S. Luciferi, vt omittam etiam in Martyrologio Romano plures inseri,& coli, titulo martyrum, de quibus tamen an sanguinẽ profuderint, nõ certo cõstat, è contra, aliquos etiam martyres haberi passim, quos idem Martyrologium non expresse nominat, nec propterea fidem iuxta supra dicta derogat. Quod si Ecclesia Calaritana Sanctum Luciferum hactenus venerata nó est, tamquam martyrem, satis illi fuit venerari, tamquam Sanctum Confessorem, nec aliquid amplius prætẽdit, & si prædicta inscriptio recens reperta, aliquid fortasse euincat, manet enim cum vsu illo veteris Ecclesiæ, quam ab initio suscepit. Sanè cum

cum Romæ. *Anno 1582. ambigeretur, an S. Fælix Papa II. reponendus esset, in nouo Martyrologio, casu inuenta* fuit Arca marmorea, in Basilica Sanctorum Cosmæ, & Damiani, cum hac inscriptione. *Hic iacet Corpus S. Fælicis Papæ, & Martyris, qui Constantium Hæreticum damnauit*, nihil igitur mirũ foret, si Calaritana Ecclesia, S. Luciferum, vt Martyrem coloret, fundata in ea inscriptione, & si de cetero, martyr gladio nõ fuerit, nã & de Sancto Fœlice Papa, cuius memoria agitur 29. Iulij certo nõ constat, quæmamodum notat Bellarminus, inter alios *lib. 4. de Romanis Pontificibus cap. 9.* an capite fuerit cæsus, an ærumnis confectus; & tamen ex fide eius inscriptionis; vt martyr suscipitur, & colitur.

Satisfit 3. & 4. obiectioni Cap. 41.

1 TErtio opponit, inscriptionẽ, in sepulcro seu marmore inuento, Sancti Luciferi, esse suppositiciam ad supplãtandum populũ, & ad Luciferi adorationem alliciendã. Ducitur hoc argumento, quia illi inscriptioni, appicta est palma, cum rosa, quæ sunt hieroglifica martyrij, & tamen martyr non fuit; nec vllus ex scriptoribus Ecclesiasticis, tã antiquis, quam modernis (ita loquitur) hoc affirmat.

2 Respõdetur, nimis calumniosam esse affirmationem, præcipitem, & temerariã præsumptionẽ, Calaritanos Præsules velle, falsa adoratione, decipere populum sibi creditum, quod sanè ob tam leue, & ineruditum argumẽtum, ne dum scripto proferendum, sed nec ad animum prudẽtis admittendum esset; Palma quippe non semper est symbolum Martyrij, quod falso assumit opponẽs; sed primo, & principaliter, iustitiæ, & victoriç, per aspera huius vitæ, de carne, & sanguine, reportatæ, iuxta Ambr. *in dom. Palmarum, & in luc. cap. 7. Eucherium de spirit. form. cap. 4. Gregor. lib. 19. moral. cap. 29. Cassiod. in psal. 91. Theoph. in Ioannem cap. 12. Bedam. in cantic. 6.* denique *Origen. in gen. 21.* quamuis deinde traslata sit etiam ad significandã victoriam de hostibus fidei, atque adeo facta sit Symbolum Martyrij, iuxta ea, quæ Ambros. *Sermo. in Domin. 2. Quadrag.* August. *Serm. 73. Innoc. & in tract. 31. Gregor. in Ezechiel homil. 17.* tradiderunt.

3 De rosis idem dico; sunt enim potius humanæ fragilitatis Symbolum, quam Constantiæ, vt late ostendit Pierius *lib. 15.* licet alia de causa ob suauitatem odoris, ad bonam famam significandam translatæ sunt, atque adeo in hominis Christiani signũ assumptæ iuxta ea, quæ idem Pierius *ex illo Pauli II. ad corin. Christi bonus odor sumus*, & præterea ex Cypriano addu-

adducit, ac denique Martyribus, etiam rosæ tribui soleant, ob ruborem sanguinis vt idem Pierius ex Eucherio; cui addi potest illud Bedæ *ser. 18. de Sãctis. Floribus eius nec rosæ, nec lilia desunt.* Cęterũ opponens, Cornelium à Lapide non fideliter citat, idemque meritò ex legibus notandus, facit in cęteris authoribus allegandis, vt ostensum est.

4 Nobis per palmam, & rosam, satis est pro Sancto Lucifero innuere, vt palma quidem significet inconcussam eius fidei constantiam, iuxta ea, quæ Beda loco citato *in cant.* habet, vt planè S. Luciferi constantiam videatur describere; Rosa veró illibatam eius famam adumbret, cuius suauitate latè fragantissima (quod rosæ natura est, tota Ecclesia, tãquam bono odore Christi, recreata est.

5 Quarto opponit, suũ intentum confirmari ex Aquila Coronata, quod est regum, seu Imperatorum Gentilium signum, & tamẽ non constat, S. Luciferum ex Rege; aut Imperatore originem duxisse. Respondeo primo, hoc ipsum temeritatis esse in opponente, quod cum ipsi non cõstet, impugnandum suscipiat, & non potius prudenter suspicetur de origine S. Luciferi, inspecto hoc marmore, ac si nihil præterea in testimonium afferri posset. Secundo arguitur infantiæ: nam si omnes, ex Regibus aut Imperatoribus trahunt originem, qui in stematibus Aquilã Coronatam ferunt; profecto hodie in Europa, plures millenis numerabimus Imperatorias familias, licet alioqui simplicis nobilitatis sint, interdum etiam nullius, saltem, quę notior existat.

6 Addo, illos qui S. Luciferum sarcophago condiderunt, & eidem Aquilam bicipitem affixerunt, non idcircó gentilitia eiusdẽ, insignia voluisse exprimere, sed quidquid generosi, per Aquilam significari potest, eiusdem virtutibus attribuere; quemadmodũ in rosa, & palmá fecerunt; videlicet cõuersationem in Cœlestibus, contemptũ terrenorum, & eleuationem eius mentis, qua, vt consustantialitatem Filij Dei, Contra Arianos, defenderet, obtutum in Cœlestia fixit, instar alterius Ioãnis, cui simili de causa, pro charactere, Aquilam affigi, Hieron. testatur: nam si per volatilia generatim, viri Sancti, significari volunt, iustos, & Sãctos, quemadmodum liquet; *Apud Bedam, in Ioannem lib. 1. cap. 12. Hilar. in Mathe. cap. 12. Ricard. de Sancto Victore de erud. par. 1. lib. 2. cap. 44. Ruper. lib. 11. in cap. 12. Apoch.* multo magis id dicturi sũt de Aquila Regina auium, cuius quam plurimas, in hanc rem significationes, affert inter alios, *Cassan. de gloria mundi par. 12 con-*

sid.

fid. 80. Restaurus tract. 89. de Imp. Facile etiam concedi potest, fuisse appositam à Clero Calaritano, vt Eminentem, eo Symbolo, virtutem, & legationē Apostolicam, in Oriente, & occasu, viri Sancti, designaret. Certè quemadmodum Imperatoris potestas, de iure ad ortū, & occasum solis se extendit; idque per Aquilam bicipitem notatur, ex communi conceptione, *Apud Restaurum, loco citato*, ita inuicta constantia S. Luciferi, & eidem Apostolica delegata potestas, quæ tam in Oriente, quam in Occidente contra Arrianos, atque adeo cōtra Constantium Imperatorem enituit, eodem Symbolo depingatur.

Diluitur quinta obiectio. Cap. 42.

1 QVinto opponit, falsum esse aliud suppositum, quod esset Ecclesia dicata S. Lucifero, ratio præcipua est, quā adfert *in summario num. 7.* quia dum Baronius suos annales in lucē ederet, Calaritani apponi voluerunt Ecclesiam Lucifero dicatam, idque promisisse Baronium in secunda editione, assumente curam defendendi Luciferi, Ioanne Arca, quam tamen non probauit Baronius.

2 Respondetur, non esse mirum si Baronius illicò non esset assensus, qui in re graui prudenter abūdauit cautela, præsertim, cum ex quibusdam, quæsiuisset eius rei ignaris, & non Calaritanis, nam quod attinet ad gnaros, & Doctos, non credo, cum omnes rationes pro Ecclesia, imò Ecclesijs S. Luciferi allatas, ac præcipue in traditione fundatas repudiasse; sed fieri potuit, non fuisse Ioannis Arcæ probationem, ob quam cogeretur Baronius, suam opinionem, aut dubitationem limitare, sed esto respuerit ipsum quod etiam Hēricus Spondanus eiusdem breuiator fecit ad annū *362. num. 48.* dum Ioannem Arcam temerè nimis, atque mēdaciter Luciferum inter Sanctos, collocasse scribit; id nō facturus, si quid popularius, & pro re sua congruum, Baronius ipse accepisset.

3 Sed enim par fuit, vt hic quoque prouidentia Dei, more antiquo, partes ageret, ne tantum humanis, niteretur, res tanta, rationibus. Proinde opportunè repertum est, corpus S. Luciferi, quod litem dirimeret, & eos, qui paulo ante, vel contradicebant, vel dubitabāt, testes adhiberet. ita prorsus factum, vt innumera exēpla ommittamus, nuper cum Sancto Fœlice Papa, de quo iam supra dictum, eo prorsus tempore, quo de eo in Martyrologium recensendo, atque adeò de eiusdem Sanctitate ambigeretur, vt hic quoque par sit causa S. Luciferi, qui pœnè, eo ipso procelloso tēpore,

pore, iidemque fluctibus conflictabatur. Quare Henricus Spondanus, visa authentica authoritate inuentionis corporis S. Luciferi, & de contestata antiquissima eius nominis Ecclesia, in tertia editione, quę secunda est Parisiana, *anno 1622. pag. 464.* se ipso sapientior, sapientis quippe est mutare concilium; pro se, & pro Baronio mutauit opinionem, vt superius dictum est.

4 Enim verò, nemo vel plebeius homo, & anicula, est Calari, qui dicat, S. Lucifero dedicatam hactenus Ecclesiam post inuentionem adeò recentem, dedicatam ante ab immemorabili, omnes fatebuntur: quod id incredibile redditur opponēti, quia Anthiocus Brondo non referat, vt ommittam stupidi hominis esse, ab authoritate negatiua, velle concludere, dico fallaciter ipsum, vt passim, reliquorum authorum, hic quoque abuti nomine Brūdi, falsum est, hunc non meminisse Ecclesiæ ædificatæ in honorem S. Luciferi, & si enim priorē præterierit, quod fortasse, obtectum vetustate collapsum, & parietes fatiscentes, vix Ecclesiæ formam referebat; omnino tamen meminit alterius ędificatæ prope Calarim, inter oppida, vulgo dicta, Pauli, & Selarjus, vt mirū sit, tam inconsideratè proferre opponētem, quæ vel non legit, vel non intellexit, præsertim cum tot authores huius Templi S. Lucifero dicati, meminerint, & inter eos, Fara Archipresbiter Turritanus, qui scripsit anno 1580. idque ab antiquo manuscripto Codice Curiæ Turritanæ, se hausisse testatur; & Ioannes Arca, locis superius citatis, & quod magis est Mōbricius antiquus author, qui scripsit plus centum annis, ante inuentionem corporis S. Luciferi in sua Ecclesia.

5 Addo prætérea, licet Brundo adhæserit opinioni dicentium S. Luciferum in scisma incidisse, non vero, & hæreticum fuisse, vt perperam profert opponens, deinde tamen validè defendit eius Sanctitatem, etsi quid authoritatis in eo est, omnium contradicētium infringit calumnias. Videatur *in cap. 2. Apoc pag. 564. littera H.* & hinc semel statuatur, quæ fides in allegandis authoribus habenda sit opponenti.

6 Verum instat vlterius hoc dilemate, aut Ecclesia fuit dicata Lucifero ante eius obitum, aut postea. Primum dicere est absurdū, quia viuentibus Ecclesiæ non dedicabantur. Secundū dici non potest, quia corpus eius in Ecclesia fuit humatum, ergo prius erat Ecclesia alteri Sancto dicata; sic ille ferè.

7 Respondetur, Beato Lucifero fuisse dicatam Ecclesiā post obitum, eumque humari potuisse in sui nominis Ecclesiam, aliunde

S tran-

translatum, vel absque translatione in eodem loco vbi primum humatum fuit, potuisse, aut nouam extrui Ecclesiam, aut si antea fuit ibidem, cuicunq; tandem Sanctorum nuncupata, potuisse deinde vocabulum Sortiri à nomine S. Luciferi. Hoc si mirum videtur opponenti, dignus est admiratione: nam hodie, Romæ, ne dicam alibi, plures tituli Templorum sunt, qui olim aliorum Sanctorum erant, mutati verò sunt, vel à Sanctorum corporibus eo translatis, vel illic inuentis. Ommitto sexcenta exépla, nuper in Templo Sácti Lucæ olim Sanctæ Martinæ, inuenta sunt corpora Sanctorum Martinæ, Cócordij, Epiphanij; à Martina nunc iterum audire incipit.

Refellitur sexta oppositio contrariorum.
Cap. XXXXIII.

1 SExto opponit falsitatem inscriptionis, tum ex titulo Primatus Sardiniæ, & Corsicæ, quia Corsica non fuit vnita in Spiritualibus Sardiniæ, ante Vrbanum Secundũ, qui sedit *ab anno 1088. vsque ad 1099.* tũ quia hic Pontifex Primatum Sardiniæ, & Corsicæ concessit Pisano Archiepiscopo; tum etiam, quia nomen Archiepiscopi est recens, tum denique, quia nũquam habuit Præsul Calaritanus Primatialem dignitatem, vt constat ex eo quod in Concilio Tridentino interfuerunt Patriarchæ, & Primates, interfuit, & Archiepiscopus Calaritanus, qui tamen non inter Primates, sed inter Archiepiscopos sedit, iuxta descriptionem in fine eiusdem Concilij, ergo, &c. Hæc ex summario num. 4. & 5.

2 Respondetur, opponentem laborare, vel obliuione, vel ignorantia antiquarum eruditionum: duplex est inscriptio, quæ S. Luciferum indigitat, vt superius dictum est, altera sic habet *S. Luciferus Episcopus* prisco caractere; altera, quę recentior videri potest facta nimirum in translatione, vel eleuatione corporis. *Hic iacet B. M. Luciferus Archiepiscopus Calaritanus, Primarius Sardiniæ, & Corsicæ, Catholicus filius, &c.* in qua pro re, & tempore dicitur explicatius, quod in prima, pro vsu etiam illorum temporum, pluribus dicendum non erat, quare nomen Episcopi, non tollit officium, aut dignitatem Archiepiscopi, idque satis constat ex epistola Pelagij, ad omnes Episcopos in qua inter alia *scitote*, inquit, *certam Prouintiam eam esse, quæ habet decem, vel vndecim Ciuitates, & vnum Regem, & totidem minores potestates sub se, & vnum Episcopum, aliosq; suffraganeos decem, vel vndecim Episcopos, &c.*

3 Quis hic non videat, nomen Episcopi, pro Metropolitano, aut Archiepiscopo sumi? vt idcirco

prima

prima inſcriptio, rectè ſolius Epiſcopi nomen ferat, non excludēdo dignitatem Archiepiſcopi, atque ex his vana, & friuola reddūtur, quæ opponens num. 2. ſummarij obijcit, ſucceſſores Luciferi non fuiſſe Archiepiſcopos, quia in Concilio Lateranen. ſub Martino Primo, non inuenitur titulus Archiepiſcopi datus Calaritano: quin vero hinc oſtenditur manifeſtius quam ieiunus ſit, in hiſtoria Eccleſiaſtica, alioquin nec Theophil. Alexandrinus dicendus eſt fuiſſe Patriarcha, qui à Georgio Alexandrino item Patriarcha, in vita S. Chriſoſtomi tantum Alexandrinus Epiſcopus dicitur, ſic in ſexta Synodo Philalites Cæſareæ, & Theodorus Epheſiorum, Epiſcopi tantum dicuntur, & tamen vterque Primas fuit, alter Capadociæ, alter Aſianæ Prouinciæ, vt ibidem expræſſe habetur; & quis ignorat, Romanos Pontifices Eccleſię capita, antiquiſſimo inſtituto, Epiſcopos dici, & ſcribi: hinc tamen, qui negaret eos eſſe Eccleſię Capita. & ſuper omnes Epiſcopos, dignitate eminere, cum nouatoribus, pręſertim noſtri ſęculi philoſopharetur.

4 Quod ſpectat ad Primatum Calaritanum. Calaritanus rectè dicitur Primarius Sardiniæ, & Corſicæ, quia per aſſiſtentiam iuris, ab initio naſcentis Eccleſię, habet fundatam intentionem, vnde à S. Athanaſio, in Apologia contra Arianos, vocatur Primariæ Vrbis Epiſcopus Sardiniæ, nō ſecus ac Dionyſius Italiæ, imò, & Liberius Romæ; vbi etiam animaduertendum venit, quod cum idem Athanaſius, hoc loco, nominet etiam Euſebium, non dicit Primariæ alicuius Vrbis, ſed ſimpliciter Epiſcopum, ad denotandum diſcrimen, inter Primates, ſeu Primarios, & alios, ſiue Epiſcopos ſiuè Archiepiſcopos. Vrbanus II. porro non vniuit de nouo Sardiniam, & Corſicam in Spiritualibus, quia per aſſiſtentiā iuris, erant vnitæ; hoc ipſo quod à Romanis, duæ Inſulæ in vnam Prouintiam fuere redactæ, ſolum itaque Vrbanus, Indulto Apoſtolico, non animaduertens Ius Calaritani antiquum, vtramque Inſulam Piſano deſignauit, cui tamen idcirco, nullum ius oritur rite fundatum, vt latè probabitur in Rota, vbi lis huius Primatus vertitur, cum refutatione earum, quæ pro hac re ab opponente adducūtur; interim miror hæc protuliſſe Turritanū, qui ſibi vſurpat nomen Primatis Sardiniæ, & Corſicę, quo enim titulo id facit, ſi vnionem, in Spiritualibus, Sardiniæ, & Corſicę de nouo factam ab Vrbano II. ſoli Piſano deſſert? ſuo igitur, circa Primatum, ſeſe gladio iugulat, quo, dum ſpiritu cōtradictionis, & calumniæ in Calaritanū inuehit; ſe ipſū ferit.

5 Quod porro opponẽs, nomen Archiepiscopi recens putat, falsum est, non enim legit, quæ Fœlix II. qui vixit eisdem temporibus S. Luciferi, scripsit ad Alexãdrinam Synodum *epist. 1. cap. 12. epist. 2. cap. 4. epist. 3. cap. 3.* sentiẽs, vt essent Primates soli, qui in Nicena Synodo sunt constituti, reliqui autem, qui Metropoles tenẽt, Archiepiscopi vocarentur. Non legit *epist. 4. Leonis VIIII. & Nicolai I.* ad consultationes Bulgarorum, vbi antiquissimo testimonio, Clementis nimirum primi, docent Archiepiscopos, in his Ciuitatibus esse institutos, quibus veteri Ethnicorum ritu Archiflamines præsedissent; nõ legit Concil. Niceni. *canon. 17.* ex Arabico versum; *nõ cap. graue nimis de Cleric. nõ residen. & cap. referẽte de præb. & in hac capita animaduersiones Iacobi Cuiacij Doctissimi*; nõ nouellam 1. colat. 10. Imperatoris Iustiniani, in qua suæ patriæ Acridę (quę est metropolis Bulgarię, Prouintiæ Occidentalis secundum diuisionem Imperij à Cõstantino factam) primæ Iustinianæ à se nuncupatæ, Episcopum erexit in Archiepiscopum. Nõ denique (vt sexcenta omnittam) legit epistolas Gregorij Magni *lib. 1. nempe epist. 60. 61. & 1. ad Ianuarium*; & quod magis mirandum est, non meminit in fundatione Ecclesiæ S. Gauini, lingua Sardoa dicta Fũdague, à Sassaritanis impressa (licet comentitię) narrari anno 517. in quo dicunt fuisse consecratam Ecclesiam S. Gabini, sedem Turritanam erectam fuisse in Archiepiscopalem, & ibi tunc interuenisse, inter alios, Archiepiscopum Pisanum, cũ hoc, quomodo constet nomẽ Archiepiscopi in Oriente esse recens, ipse dicat, eo vel maxime, quia narratio, seu codex huius fundationis cum tam particularibus circunstantijs, eodem tempore fuit facta, vt ipsi autumant ad futurorum sæculorum memoriam, vt in similibus casibus cõsuetum est, tamquam instrumentum, & scriptũ fundationis. Quamuis autem hæc omnia ficta fuisse existimemus vtimur tamẽ eorum auctoritate, ad hominẽ, ad refellẽdam Turritani obiectionem, in qua asserit nomen Archiepiscopi in Occidente recens esse; cum ex hoc Codice constet in sua met Ecclesiã Turritana antiquissimũ esse. Quod si verò Sanctus Greg. Ianuario Calaritano inscripsit tamquam Sardiniæ Episcopo *lib. 7. epist. 55.* hoc ipsum, non solum non excludit nomen, & dignitatem Archiepiscopi, sed planè significat nomen Metropolitani, & Primatis totius Prouintię, quęmadmodũ Doctissimé ostendit Albertus Picolus *lib. de antiquo iure sicul Eccles. cap. 11.* vbi inter innumera exẽpla, Ianuarij quoq; Calaritani Sardiniæ Episc. meminit.

6 Quare

6 Quare tam inter Orientales, quam Occidentales non est recēs nomen Archiepiscopi, & rectè vtrorumque consuetudine, potuerunt, hoc nomine insignire S.Luciferum, sui Clerici, & familiares, tametsi lōge post eius obitum facta sit ea inscriptio, siue in translatione, siué in eleuatione, sed neq; reliqua pars inscriptionis vacat misterio *Ca.Flo.* sic enim habet inscriptio marmoris non *Canfalonarius*, vt aduersarius fingit (vt suadeat esse recentem hanc inscriptionem, hic namque titulus competit Calaritano Archiepiscopo, post quam Serenissimi Aragonię Reges, summa rerum, in Sardinia potiti sunt) sed Catholicus filius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, siuè ratio habeatur Sanctitatis, & zeli pro ortodoxa religione contestati, seu etiam dignitatis in Prouincia eminentis; sic enim in Nicena Synodo, Catholici nomen, tributum est, & Archiepiscoporū ordinandorum facultas Seleuciensi Archiepiscopo, vt habetur, *in eodem Codice, grac. Ambit. cap. 33. & 34.* sic idē vocabulum summis Cathedralidus tribuitur *in diplom. messanen. Eccles. à Rogerio concesso* sed in his immorari superfluum. Quod denique ex Concil. Triden. de confessu opponitur, nihil falsis habet: nam non vnus sedit inter Archriepiscopos, etiam post Calaritanum, Primas, vt itidē expresse patet, de quo simile argumentū fieri posset.

Satisfit septimo, & octauo obiecto.
Cap. XXXXIV.

1 SEptimo opponit, debere cessare, adorationem reliquiarum S.Luciferi, ex eo quod, cum duo corpora eiusdem sint inuenta, nescitur vtrum sit adorādum. Respondetur, fuisse inūenta duo corpora, diuersis temporibus, & quia de priore ambigebatur cuiusnam esset, an S.Luciferi, an alterius, quia sine vlla inscriptione inuentum est, in quo, sicut, & in alijs multis, fallitur aduersarius asserens in prima inuentione fuisse repertum epitaphium, quod ipse autumat; nullū enim repertum fuit, & idcirco numquā fuit expositum adorationi, sed planè seclusum, & sub spe aliqua, suspēsis animis, spectatum, si quid vlterius Diuina prouidentia statuisset. Fecit verò ea, quod alias cōsueuit in similibus euentis, certisque (Deo laus) inditijs manifestauit, posteriore inuentione detectum esse corpus Sancti Luciferi, verum, & tot votis impetratum, omnemque in posterum substulit ambiguitatem. Hæc si opponens sincerè, vt par erat, in animū demisisset, à tam inepta argumentatione temperasset.

2 Octauo. Opponens nō iam argumentatur sed supplicat aduertant

tant (scilicet Eminentissimi PP.) illis temporibus, cadauera nō solita sepelliri in Ecclesijs, sed quingentis post annis ab obitu S. Luciferi: hinc nempe conatur inferre, aut non sepultùm, aut fortasse etiam non inuentum in Ecclesia corpus S. Luciferi, iuxta subtilitates in superioribus examinatas.

3 Respondetur. Est sane quod Eminētissimi Domini, pro tam salutari admonitione, & reconditioris eruditionis manifestatione opponenti gratias agant: Poterunt verò in parte, gratiam reddere, si rursum opponētem moneant, vt diligentius studeat Canonibus SS.PP. & historijs Ecclesiasticis; imprimis enim cap. *præcipiendum. 13. quæst. 2.* ab opponēte allegatum prohibet sepelliri in Ecclesijs modicas personas, vt loquitur glosa, non autem personas in dignitate; præsertim Ecclesiastica constitutas, vt deinde permittitur, etiam *cap. nullus ead.* & postea *in Conc. Tribur. cap. 17.*

4 Deinde non legit Tertul. *in apolog.* Nisenum *in orat. defun. Meletij*, Nazian. *epist. 18. ad Sophron.* aliam fuisse rationem in sepelliendis martyribus, vt planè in extruēdis, in eorum cultum, Templis, effusæ essent impensæ Christianorū. Quid verò si ob supradictas causas Sanctus Lucifer instar Martyris habebatur? Hæc porro longè ante fuerunt quam caput illud male ab opponente citatum, conditum est, quid ergo ad rem, imó post alterum etiam Canonem quingentis post annis editū, plane in vsu erat, viros alicuius nominis, in Templis tumulari, quod pluribus refert Onuphri. *in lib. de ritu sepel. cap. 7.*

5 Denique non legit opponens antiquitus Sanctorum, imò, & fidelium corpora nedum vrbibus, sed etiam Templis inferri cœpisse, idemque factum de corporibus virorum magni nominis, quidni & de corpore Sancti Luciferi Archiepiscopi, Primatis, legati Apostolici, denique illius, qui passim Sanctus post obitum haberetur, more antiquo, canonizatus apud Sardos, cui primo die erigi poterāt Tēpla, & aræ, vt accidit B. Satyro, & alijs Sāctis Cōfessoribus, quare Canon, ille *præcipiendum* nihil aliud videtur præcepisse, quam moderationem, adhibendam, quod colligitur ex glos. cit.

Satisfit nonæ obiectioni, & Authoritati D. Augustini. Cap. 45.

1 Nono opponit, & omnino conatur persuadere, vt desistatur ab adoratione, & cultu Luciferi, duabus de causis. Prima est quia clarè constat fuisse scismaticum, & caput sectæ. Secunda quia non solum errauit, sed etiam decessit in errore. Primum probatur *numero 10. in summario.*

2 Res-

2 Respondetur ad primum, negando, quod dicitur, falsa imponendo authoribus: nam falsò citat, & prorsus infideliter S. Augustinũ, sic enim habet opponens. *Luciferianos à Lucifero Calaritano Episcopo, nec Philast. inter hæreticos posuit; credo tamen scisma, nõ hæresim condidisse.* At S. August. tom. 6. lib. de hæresib. ad quod vult Deum, hæresi. 81. hoc lõge diuerso modo habet. *Luciferianos à Lucifero Calaritano exortos, & celebriter nominatos, nec Epiphanius, nec Philaster inter hæreticos posuerunt, credo tantummodo scisma, non hæresim eos condidisse, credentes.*

3 Itaque Augustinus nõ de Lucifero, sed Luciferianis loquutus est, qui à Lucifero, ob celebritatẽ nominis, sine eius culpa, nomen tulerunt, sicut Collucianistæ à Sanctissimo Luciano Martyre, & alij hæretici à Sanctissimis Viris, qui errorum suorum authores nequaquam extiterunt, vsurparunt nomenclaturam, fidemque suam, vel opinionem credidit, non Philastrio solum, sed qui longe doctior illo erat, Epiphanio, quod vterque crediderit eos (non eum) scisma tantum condidisse, & profecto mirũ est, quod cum Philastrius omnium opinione, plurima inter hęreseos referat, quæ vix erroris philosophici, notam merentur; de hoc tamẽ errore Luciferi, vel Luciferianorum eum non meminisse; sed quod pro Sancto Lucifero maximè facit, ne ipse quidem Epiphanius diligentissimus hæreticorũ insectator, ipsũ verbo vllo notauit, quod vero *to. 3. de Agone Christiano cap. 30.* de ijsdem dicat, *cum Lucifero, qui mane oriebatur cadere meruerunt*; intelligendum est de Dęmone, qui omnis scismatis caput fuit, alludens ad locum Isaiæ *quomodo cecidiste de Cælo Lucifer*; qui sensus tamquam proprius illius loci præferendus est, sensui accõmodatitio, qualis esset, si detorqueretur ad B. Luciferum; quibus accedit, interpretationes esse, quasdã veluti præsumptiones, in quibus secundum regulas iuris, potentior præualet, & potentior est, quæ peccatum excludit. Nec maiorẽ vim habet, quod idem August. *tom. 2. epist. 50. ad Bonifatium* habet, loquens de pertinatia Luciferianorum. *Hoc* (inquit) *displicuit Lucifero, quia factũ est in eis suscipiendis atque sanandis, qui veneno perierant Ariano, & cui displicuit, in tenebras cecidit scismatis, lumine amisso claritatis.*

4 Quidam modernus notæ eruditionis existimat, hanc epistolam ad Bonifacium non esse Diui Augustini, nixus testimonio Bellarminij, qui lib. de scriptoribus Ecclesiast. in obseruatione ad 2. tomum epistolarum D. August. ait sexdecim epistolas August. ad Bonifatium, & Bonifatij ad August. quę interseruntur inter epistolam

stolam ad Honoratum,& epistolam ad Edciciam non esse Augustini, sed fallitur,quia illæ epistolæ incipiũt à 182. vsque ad 197. At vero epistola ad Comitẽ Bonifacium, in qua agit de scimate Luciferi, est epist. 50 cuius meminit idem August. 2. retractationum cap. 48. vt suam ibi eam recognoscens, quam minimè retractauit. Dicendum est igitur, D. Augustinum in hoc fuisse deceptum ex historia Ruffini, sicut ab illa deceptum etiam fuisse,autumat Bellarmin. lib. de script. Eccles. tribuens quasdam sententias Sixti Philosophi Pythagorici, Sixto Pontifici, & Martyri, vt testatur Hieron. in epist. ad Thesifontẽ,& idẽ August. lib. 2. retract. cap. 42. Hausit etiam ex fama Arianorum, & Meletianorum, & ex opinione dicentium, eum in scisma incidisse, quod decretis Concilij Alexandrini non videretur assensus, quod falsum esse demonstratum est in fine 2. partis impugnando sententiam Baronij, & dato & non concesso, quod factum fuisset, scisma propriè dici non posset;legatus quippe Apostolicus, pari cum Eusebio authoritate fuit, à Capite Ecclesiæ non dissensit, præsertim, post quam hic approbauit eius Concilij,alioqui Prouincialis,decreta,teste Socrate,& Sozomeno, licet alioqui rigidior fuerit in ijs Episcopis Arianis,dignitati restituendis, qui tanto tempore, & tantis calamitatibus, Ecclesiam afflixissent, nixus scilicet decretis antiquioribus, quæ antea Concilium Anthiochenum,Nicænum, & Melchiadis PP. dispositiones, ita voluerunt, recipi Episcopos, lapsos, vt tantum laica communione impertirentur, præsertim cum deceptionẽ subesse metueret,neque enim semel decipi cõtigit Catholicos, simulatione huiusmodi resipiscentium.

5 Adde Augustinum fortè nomine Luciferi,intellexisse ibi Luciferianos, qui Luciferi nomen vsurpabant, & dicebant illam sententiã fuisse Luciferi, hæc autẽ explicatio ex verbis sequentibus necessarió euincitur, siquidẽ nõ Lucifero, sed Luciferianis displicuit, quod in Cõcilio Alexandrino,cum lapsis Arianis factum est, cũ Lucifer acta Concilij Alexandrini approbarit, & per suos legatos subscripserit, vt in 2. parte huius libri cap. 25. contra Baronium latè à nobis ostẽsum est: cunque de huius veritate constet, ex subscriptionibus legatorum ipsius in illo Concilio,& ex epist. Synodi ad ipsum (neque enim aliud est, quod probet Pontifices cõsensisse Concilijs generalibus, quam hęc duo (vt dictũ est sæpe) quod in contrarium affirmatur, vel falsum est, vel propter reuerentiam Sancti Patris explicandum;præsertim cum ex historijs

Socra-

Socratis, & aliorum antiquorum Orientalium constet, ipsum decretis Ecclesiæ, & Synodi assentientem, in Sardiniam remeasse.

Doctorem maximum fuisse præcipuum vindicem Sanctitatis Beati Luciferi probatur. Cap. 46.

1 SEcundo affert locum S. Hieronymi in dialogo aduersus Luciferianos; *Cogor* (inquit) *de B. Lucifero, secus quicquam, quam, & illius meritum, & mea poscit humanitas existimare, sed quid faciam? veritas os reserat, & inuitam linguam, conscium ad loquendum, pectus impellit, in tali arti. Ecclesia in tanta rabie luporum, segregatis paucis ouibus, reliquum gregem deseruit, bonus quidem ipse pastor, sed multam prædam bestijs relinquens.*

2 Sed ex hoc loco similiter, id tantum probatur, ob supra dictas causas dissensisse Luciferum verbis tantum, vt inter alios, notauit Ludouicus Aurelius Perusianus breuiator Baronij, qui excusit anno præterito *1636. Romæ lib. 4. pag. 389.* vbi ex hoc loco Hieronymi tenet, Luciferũ secessionẽ illam, citra crimen fecisse, quod affirmare non potuisset, si sensisset, secessionem illam factã fuisse ab illo, factis, & rebus, non solis verbis, vtpote ex magno zelo, per exagerationem prolatis, sicut dicitur verbis dissentire, quando aliquis, reipsa fidem, & Ecclesiæ sententiam tenens, per zelum, & exagerationem cõtraria videtur proferre, cuius rei habemus illustre testimonium, *in cap. 10. D. Pauli ad Hebreos,* vbi contra articulum remissionis peccatorum habet illa verba notanda; *Voluntariè enim peccantibus, &c. iam non derelinquitur pro peccatis hostia.* Idest voluntariè deficientibus à fide, vt ex græco, super hunc locum notauit Cornelius à Lapide; at hæc dissonantia contra remissionem peccatorum, in prædicto loco sola est verborum. Vt explicant omnes interpretes, *non relinquitur*, id est *agrè*, *& vix relinquitur*, quia dictum fuit per exagerationem, sicut etiam dixit Christus Dominus, peccatum in Spiritum sanctum non remitti in hac vita, id est vix, & difficiliter remitti, licet ex illo loco Apostoli cum omni rigore intellecto, Nouatus sumpserit occasionem disseminandæ suæ hæresis, qua negabat dari in Ecclesia pœnitentiam, & expiationẽ peccatorum; idem de S. Lucifero (teste, & interprete Doctore maximo) prorsus dicendum est circa doctrinam eius, de nõ recipiendis lapsis: qui cum decretis Alexandrinæ Synodi, per suos legatos (qui in ea interfuerunt) assensisset, & subscripsisset, vt ait Socrates *lib. 3. cap. 7.* solis verbis per exagerationẽ, ex ardenti suo zelo, prolatis, dissẽsit. Ad illud au- 3

tem quod ait, *segregatis paucis omnibus reliquum gregem deseruit:* explicandus est D Hieron. deseruisse ad tempus, in Oriente, donec veniret Romam ad oraculum sedis Apostolicæ, cuius decretis, teste Socrate, assensit. Secundo explicari potest, hoc dixisse Hieronymum, non ex marte proprio, sed iuxta famam à Ruffino, & hæreticis in odium tanti viri sparsam; aliquid enim horum necessariò fatendum est, ne sibi Hieronymus in eodem loco cõtrarius videatur, qui aliàs perperam virum scismaticum, Beatum, & bonum pastorem appellasset, & solis verbis, non rebus dissensisse, quia scismaticus, nec Beatus, nec bonus Pastor dici potuisset, nec solis verbis dissentire, & non rebus, qui, & decretum fidei diffinitum in concilio negasset, & re ipsa ab alijs Ecclesiæ membris separatus fuisset, sed nequam, fur, & latro, qui mactasset, & perdidisset oues, sicut in simili præstitit idẽ Hieronymus, de scriptoribus Ecclesiasticis, loquens de Tatiano, cui licet aliquid laudis tribuat ante relatam eius hæresim, tamẽ continuò ab eius laudibus recedit, & eum carpit, vbi primum eius hęresis meminit, his verbis, *Tatianus, qui primum oratoriam docens, non paruam sibi exortam rethoricæ gloriam comparauerat, Iustini martyris sectator fuit, florens in Ecclesia, quamdiu ab eius latere non discessit: postea verò inflatus eloquentiæ tumore, nouam condidit hæresim, quam postea Seuerus auxit, à quo eiusdem partis hæretici Seueriani vsque hodie appellantur.*

4 Vbi nec Beati, nec boni titulis, illum exornauit, quamuis prioris vitæ meritis potuissent adaptari; sicut dixit de Lucifero, & solis verbis, eum dissensisse, licet fuerint postea, qui eius dissensionẽ non solis verbis, sed rebus extenderent, & si citra eius culpá, vt puta, qui iã mortuus erat, vt notat scoliastes Hieronymi, & arrogato eius nomine, varios errores pertinaciter sererent. Huc spectat illud Hieronymi, initio eiusdem dialogi, quidam Luciferi sectator; cum alio Ecclesiæ alũno, odiosa loquacitate, contendens, caninan facundiam exercuit: asserebat enim vniuersum mundũ esse diaboli, & vt iam familiare est eis dicere, factum de Ecclesia lupanar. Cæterum nihil simile ex doctrina, aut facto Luciferi vnquam haustum est, sicut neq; error ille Sancti Luciferi, philosophiam sapit, cuius meminit Augusl. loco citato, *ad quod vult Deum* animã videlicet, ex transfusione generari, quam tamen Augustinus à quodã anonymo, Luciferianis adscribi dicit.

5 Quare, & S. Hieronymus non aduersus Luciferum, sed aduersus Luciferianos, eius nomine vendicato, hæresim disseminantes,

dialo-

dialogum instituit, tametsi horum ocasione, etiam illius meminit, quem tamen vltrò, & post mortem, *Beatum appellat* (quod nulli impio, post obitum, datum est, alioquin etiã posset dari proditori Iudæ) *& bonum pastorem*, & dolet præter meritũ illius coactũ esse ad existimandũ, secus; neque enim, voluisset, vel minimam ab illo dissentiendi, etiam in verbis fuisse ocasionem ortam.

6 Cæterum ibidem constanter fatetur, quod ad Luciferum spectat, *verbis eum dissensisse, & non rebus*, & nihil illorum, quæ circũferebantur, & ipse retulerat, se de tali viro credere, sic enim ait, relatis his, quæ de B. Lucifero circumferebatur, *nihil de tali viro credo*, quæ verba non solum sunt applicanda alijs immediate prolatis, à D. Hieronymo, scilicet Luciferũ hoc fecisse, amore gloriæ, & nomẽ suum posteris transfundendi; sed etiam omnibus alijs prius relatis, in quibus de scisma te facta fuit mentio; tum quia negatiua, *nihil*, æquiualet vniuersali, vt est tritum apud Logicos, tum etiam, quia si priora, circa eius scisma, ab hæreticis imposita credidisset, nulla erat ratio ob quam, *de tali viro*, vtpote scismatico, non crederet vanagloriam, & superbiam; quia magis est esse scismaticum, diuidere membra Christi, & eius tunicam inconsutilem, scilicet Ecclesiam, peccando contra charitatem, quãtumuis ex nimio zelo, peccasset, quam soli vanagloriæ esse obnoxium, peccando contra solam humilitatem: atque adeo si de Beato Lucifero Hieronymus credidisset primum, non erat cur nõ crederet Secundum, vt repugnans meritis tanti viri; nam si quod magis videtur inesse, inest, quod minus, nulla est ratio, ob quam non insit, iuxta cõmune philosophorum proloquium.

7 Pari modo sunt explicanda illa alia verba, *multam prædam bestijs relinquens*. Cõsequenter dictũ vel ex relatione Ruffini, & aliorum, vel propter occasionem datam ex dissentione verborum, quæ ex nimio zelo per exagerationem protulerat, vt dictum est, nisi aliter dicamus, in his verbis, sicut in prioribus, Diuum Hieronymum, ex sensu totius Ecclesiæ, de B. Lucifero conqueri, eum ab Orientis, & vniuersalis Ecclesiæ tuenda solicitudine, quam vt legatus tenebatur, secessisse ad curam vnius Ecclesiæ Calaritanæ, cui vtì Episcopus præsidebat, quod indicio est, totam Ecclesiam fuisse conquestam de B. Lucifero, quod Meletio, & eorum fautoribus, in meliori causa, se noluerit, moram faciendo, opponere, sed latebris quæsitis, tot populos, tanta præsentiæ suæ vtilitate fraudasset. Qua ratione, & sensu possunt etiã priora verba expli-

ri, *segregatis paucis ouibus reliquum gregem deseruit*, id est, his paucis segregatis, qui cum Paulino, & ipso Lucifero consentiebant, reliquos omnes deseruit in tāto discrimine ab Oriente recedens, ꝙ amore suæ gloriæ, ne videretur, ab aduersarijs superari, hoc illum fecisse, contrarij sugillabant.

8 Eodem modo soluēda est difficultas, quæ oriri potest ex verbis eiusdem Hieron. qui in Luciferianos inuectus, in illo dialogo sic inquit, *nec ob Sardorum tantum mastrucam* (est quoddam genus vestis pelliceæ in plebeis Villarū Sardiniæ vsitatæ) *Dei filium descendisse*, & infra, *si Ecclesiam per totum orbem diffusam, non habet Christus, aut si in Sardinia tantum habet, nimium pauper factus est*. Intelligēdus est Hieronymus iuxta superius dicta, ex suppositione, quod vera essent, quæ de Lucifero Calaritano, Ruffinus, & alij hæretici Meletiani, sparserant, quæ iam confessus erat, se nō credere, alioquin, non modo Athanasio refragaretur, qui, vt supra ostēdimus, Sardiniam; & Calaritanā Ecclesiam, eiusdem Luciferi tempore, ab omni hęresis, & scismatis macula, puram, & intactam fuisse testatur. Sed etiam sibi ipsi, qui Luciferum Beatum, & bonum Pastorē appellauerat, & in chron. egregio confessoris nomine decorauit, quæ præconia Hieronymi, cum Lucifero iam defuncto, tributa fuerint, palam fit, id non anteactæ vitæ meritis, sed veritati, & ipsius Luciferi rectę fidei dedisse, quod in maximo Doctore, præcipuè ponderandum est, cum aduersus hæreticos, & scismaticos, magnis semper, & vehementibus spiritibus, illos mordendo, insurrexerit, sicut idem de se, ait, apolog. 2. ad Ruffinum; *canes latrant, pro Dominis suis, tu nō vis me latrare pro Christo?* certè si ipse sensisset, Beatum Luciferū fuisse scismaticum, nō illum laudando lambisset, sed contra illum latrasset; imò, & momordisset eum, qui si non Christum, eius sponsam, scilicet Ecclesiam, dilacerasset; forsan etiam, aliqui ex Luciferianis Occidentalibus, in illa disputatione (quam refert Hierony.) Romæ reperti fuerunt Sardi, qui ad popularem gloriam aucupandam, Luciferi nomine cognominari ambiebant, & cōtra hos potuit etiam Hieron. illa verba proferre, intacto Lucifero, quem talibus præconijs exornauerat.

9 Potest etiam aliter explicari, quia Luciferiani, occasionem ruinæ, ex Luciferi virtutis sublimitate quærentes, dicebant, eum solum Sanctum, immaculatum, innocentem, impollutum, segregatum à pecatoribus; & ideò dixit S. Hieronymus in illo dialogo contra Luciferianos, non propter solam Sardorum mastrucam filium Dei descendisse, id est non

ideò

ideò tantum eum factum hominem, vt solus Lucifer Calaritanus esset Sanctus, aliorum etiam hominum animas, Christi sanguinis sensisse virtutem; ex quo non solum non obscuratur, imó potius clarior enitescit gloria Sanctitatis Luciferi; quem ibidem Diuus Hieronymus, Beatum, bonum Pastorem, ac talem, tantúque virum prædicauit.

11 Quod autem Marinianus, Victorius Reatinus Episcopus, superiora verba Hierony. declarans, per angulum vniuersæ terræ, Sardiniam intelligit, à veritate alienum est: cum ex eodem Hieron. proprius eiusdem sententiæ sensus diuersus ab eo percipiatur, scilicet Luciferianos, in angulo terræ habitasse, hoc est apud Iberiam, & Celtiberos, scilicet, apud Tarraconensem, Hispaniarum Prouinciam, vt notauit Baron. *in suis annal. ad annũ 371. pag. 311.* Addo quod vbicunque se ocasio obtulit perhonorificè D. Hieronymus de eodem loqutus est, quemadmodũ in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, *cap. 105.* commendat de mira constantia, & præparato animo ad Martyriũ his verbis. *Lucifer Calaritanus Episcopus, cum Pancratio, & Hilario Romanæ Ecclesiæ Clericis, ad Constantium Imperatorem, à Liberio Episcopo pro fide legatus missus, cum nollet sub nomine Athanasij Nicenã damnare fidem in Palæstinam relegatus, miræ constantiæ, & præparati animi ad martyrium, contra Constãtium Imperatorem scripsit librum, eique legendum misit, ac non multo post, sub Iuliano Principe Calarim reuersus, Valentiniano regnante obijt.* At si schismaticus obijsset, alioqui iam deffunctò non pepercisset, qui viuenti etiam Ruffino, alijsque nihil erroris condonauit, vt Apollinari ad annum 379. de quo ait in chronico; *Apolinaris Laodicensis, iactatione ingenij, quosdam errores pertinaciter asseuerans, hæresim sui nominis suscitauit, quam Damasus, habito Romæ concilio, damnauit.* idem dixisset de Lucifero, si in scisma, vel errorem incidisse deprehendisset.

12 Denique in chronicon ad annum 371. expresè fatetur *Luciferum Calaritanum, numquam se Arianæ miscuisse prauitati.* Certè si Sanctus Lucifer fuisset, vel obijsset scismaticus, nullatenus hoc taeuisset, qui errores hæreticorũ, & scismaticorũ numquam silere potuit, vt ipsemet testatur in Apologia contra Ruffinum, *in hoc vno tibi consentire nõ possum, vt hæreticis parcam, mori possum, tacere nõ possum*, imò nec maioribus Ecclesiæ luminaribus pepercit, vt Ambros. August. Basilio. & Hilario: nã D. Ambrosium aliquando vocat coruum, aliquando corniculam, quæ, alienis pennis, induit se, eo quod studijs Græcorũ præcipuè Basilij Magni, ornauerat

rat sua scripta, *ex Græcis bonis* (inquit) *fecit latina non bona* insuper, & eius Commentarios super Lucam, nugas vocauit. In D. etiam Augustini epistolis, dixit se meminisse, legisse hæreticalia, & Basilium Magnũ aliquando superbiæ, & arrogantiæ notauit, vt videre est in Pico Mirãdulano *Apolog. quæst. 13. quæst. 7.*

12 Quod autem Baron. *tom. 4. ad annum 371. pag. 310.* explicans hanc sententiam Hieronymi de Lucifero dixit, omninò improbabile est, scilicet, quod ideò dixerit Hieronymus, Luciferũ numquam se Arianæ miscuisse prauitati; nõ solum, quia immunis fuerit ab Ariana hæresi; sed quia abstinuerit à communicatione illorum Episcoporum, qui cũ Arianis, quantumlibet pœnitentibus, communicauerãt, cui adstipulatur Arnaldus Pontacus *in notationibus ad Chron. Hieron.*

13 Nam quod hæc Hieronymi verba pro Sancto Lucifero, non contra Luciferum dicta sint, probatur primo, ex simili eiusdem Hieronymi attestatione: nam cum de Paulini ad Episcopatum electione à Lucifero Calaritano facta, loquitur, sic ait in Chron. *Lucifer accitis duobus alijs confessoribus, Paulinum Eusthatij Episcopi Præsbiterum, qui se numquam hæreticorum communione polluerat, in parte Catholica Antiochiæ Episcopũ facit*, haud dubium quin per hæreticos, intelligat Arianos non conuersos, tunc enim temporis Luciferianorum secta non erat orta, alias si de Arianis iam conuersis, intelligẽdus esset Hieron. sicut Luciferum Calaritanum, ita, & Paulinũ debuerat execrari, quia Paulinus Luciferianorum scisma sequutus fuisset, lapsos restitutos explodens, quod est absurdum, videlicet, vt virum scismaticum, & ab Ecclesia eiectum diuinis laudibus prosequeretur; imó, & scismaticis etiam adscriberetur idem Hieronymus, qui ab eodẽ Paulino Episcopo, Præsbyter ordinari assensus fuit, vt testatur idem Hieron. *in epist. 61.* & idem Baron. *tom. 4. ad annum 362 pag. 76. de Paulino ait*, nulla vmquam, vel tenui suspitione pollutę fidei Catholicæ laborasse; sed eam, magna laude, inter tot, tantaq; discrimina propugnasse.

14 Et confirmatur, nam Hieronymi verba (quod Lucifer numquam Arianæ se miscuisset prauitati) nullatenus valent de lapsis ab Ecclesia restitutis, intelligi, quia Arianos, vel quoslibet alios hæreticos, ab Ecclesia post satisfactionem semel admissos, hæreticorũ nominibus designari vetitum est, *2. quæst. 1. si peccauerit, & ibi Doctores.* Quod si Hieron. Episcopos in gremio Sanctę Ecclesiæ reuersos, infami *Arianæ prauitatis* cognomento adhuc donaret, reprehensione quidẽ non

care-

careret, imó nec suspicione Luciferiani, eorum frasi, & sententia vsus, circa pœnitentes, & conuersos ad fidem, quos, vt prauos, & præuaricatores Luciferiani execrabantur.

15 Adde aliud Hieron. testimonium in Chron. quod scripsit post aliquos annos, Lucifero vita functo, vbi inquit, *Lucifer accitis duobus alijs Confessoribus, &c.* quid honorificum magis de Lucifero, à Doctore maximo dici potuit, quam cum, illi augustissimũ *Confessoris*, nomen attribuit? quod etiam in Dialogo aduersus Luciferianos, illi tribuit, vbi Luciferũ vnà cum Athanasio, & Eusebio Vercellẽsi ita laudauit *miror quosdam, & certè Nicenæ fidei sectatores, tãtæ duritiæ existere, vt tres Confessores de exilio reuertentes nõ putẽt id, ob totius orbis salutẽ necessariò facere debuisse, &c.* Vbi per tres Confessores, Athanasium Alexandrinum, Eusebium Vercellensem, & Luciferum Calaritanum, intelligit, nam alijs adaptari nõ potest, vt patet ex epistola Synodali Athanasij ad Ruffinianum, & ex his, quæ Baron. notat *ad annum 362.* & hæc de auctoritate Diui Hieronymi.

Authoritati S. Ambrosij respondetur. Cap. XXXXVII.

1 TErtio adfert Sanctum Ambrosium, qui in oratione obitus fratris sui Satyri, *Lucifer* (inquit) *tunc tẽporis se à nostra communione diuiserat, & quamquam pro fide exulasset, & fidei suæ reliquisset hæredes; non putauit, tamen* (nempe Satyrus) *fidem esse in scismate, &c.*

2 Ad hanc auctoritatem Diui Ambrosij, vt Respondeat Scipio Scambatus Societatis Iesu Theologus in celeberrima Academia Viẽnensi, Sacrarum literarũ Professor (cuius eruditionem, & doctrinam mirata est vniuersitas illa, vt testatur Collegium Viennense Cæsareũ, & Academicum Soc. Iesu in epistola dedicatoria, quã scripsit Emerico Losi Archiepiscopo Strigoniẽsi, in libro Institutionis vitæ ad exẽplar Passionis Domini, quod cõposuit idem Scambatus excuso Viennæ anno 1637. vbi inter alia de ipso ait, *supra candelabrum Sacræ eloquentiæ constitutus non luxit tantum, verum etiam fluxit copiosissimè*, vbi etiam eum Solem sapientiæ appellat.) in defensione Sanctitatis B. Luciferi, quam in ea vrbe, composuit, duo præmittit. Primum est, verã Ecclesiam illam esse, quæ Romano Pontifici subest, & cũ eo communicat, eam veró, quæ à Romano Pontifice diuiditur nõ esse Ecclesiam, sed schismaticum cõuentum; sed in hoc quoque posse esse discrimen, vt duæ Ecclesiæ, vel aliquis Episcopus, ab alijs, vel pluribus dissideant, vtraq; tamen

pars

pars, Ecclesiæ Romanæ coniũgatur. Secundum, esse quædam dogmata Ecclesiæ, quæ non ita manifesta, vel vsu explorata fuerant priscis sæculis, sicut postea fuerunt, cum Ecclesia semper in fidei cognitione proficiat, atque inter hęc reponi potest etiam immediata subiectio omnium Episcoporum Romano Pontifici: videntur enim antiquis temporibus simplicius vixisse Episcopi, & multum tribuisse multitudini, & consensui Episcopali, vt ait S. Hieronymus cõtra Luciferianos, *illo tempore nihil tam pium videbatur, quã vnitatem sequi, & à totius mũdi communione non scindi*, vt qui ab hac recederet, etiã priusquam Romæ eius causa cognosceretur, schismaticus diceretur; & si nullo vnquam tẽpore, schismaticus habitus est is, qui Romano Pontifici communicaret.

3 Cum igitur apud omnes constet, Paulinum Episcopum Antiochenum à Lucifero constitutũ fuisse, Meletium viro ab Eusebio, si cõmunio Paulini fuit Catholica, nunquam Lucifer à communione discessit, quia semper cum Paulino communicauit, sed certum est communionem Paulini semper fuisse Catholicam: nam Damasus Papa statim atque est creatus, viuente Lucifero Calari, Paulino, nõ autem Meletio scripsit, & formulam fidei misit, qua ei cõiungerentur omnes, qui vellent esse Catholicæ communionis. Quare Lucifer nunquam discessit à catholica cõmunione.

4 Quod si obijciat aliquis, ergo Meletij communio schismatica fuit, quia duo eiusdem Ecclesiæ Episcopi esse non poterant. Respondet, reuera initio fuisse schismaticam, sed errore quodam, & confusione rerum, Catholicam euasisse. Nam reuera Romanus Pontifex non poterat admittere communionem Meletij, cum admisisset Paulinum, sed Eusebius Vercellensis legatus admisit Meletium, & Paulinum exclusit. Quare etiam Ambrosius Mediolanẽsis finitimus, & alij, qui olim Meletio iungebantur amicitia, & ipse S. Basilius eius cõmunionem admisere. Non ergo fuit bellum ex vtraque parte iustum, sed Lucifer ius, & rectum tenuit, Eusebius verò deceptus specie misericordiæ aberrauit.

5 His ita suppositis sic respõdet auctoritati D. Ambrosij, *Lucifer à nostra communione secesserat*. Hic secessus (inquit) non fuit à communione Romana, cũ Lucifer ipse legatus esset, & Paulinus Romanæ Ecclesiæ coniungeretur; sed Ambrosius, & Eusebius, & Basilius, alijque cõmunionem Romanam ab se stare dicebant. Rursum confusa sunt multa, quæ distinguenda fuisse asserit; Nam primo duplex erat quæstio. Altera an liceret communicare Meletio

tio

tio tamquã Episcopo ritè electo Antiochiç, in qua quęstione proculdubio rectè iudicauerat Lucifer non posse, cum Meletius ab Eudoxio hæretico illegitimè fuisset electus, & nulla vnquam Catholica institutione, Antiochię Episcopus constitutus. Altera an Meletius, vt Episcopus Sabattẽsis lapsus, post pœnitentiam esset recipiendus, in qua rectè censebat Eusebius, illum esse recipiendum; Nam Alexandrina Synodus vtrumque decreuerat, & Paulinũ esse Episcopum Antiochenum, & lapsos esse recipiendos, sed, Meletij fautores Luciferum accusabant tamquam ob lapsum Meletio esset infensus, cũ ille solum, vt pseudo Episcopum Antiochenum auersaretur. Rursum erat duplex tempus distinguendum. Primum, quo de hac causa in Syria Lucifer iudicabat, quo tempore ipsius erat ferre sententiam, quæ communio esset Romana; Alterum post quam ille deposuit munus legationis, quo tempore cum in Asia remãsisset Eusebius legatus, ipsius communio censebatur esse Romana, & tamen Paulini communio reuera erat Romana. Ista erat causa dissidij, ob partium confusionem.

6 Quod si aliquis obijciat Eusebium fuisse Primarium in legatione, & vt Theodoretus narrat, rogasse Luciferum, vt Alexandriam iret, ipsum verò Antiochiam profectum, propria voluntate illic Episcopum constituisse, vt proinde ipsius acta irritare potuerit. Respõdetur, Eusebium non fuisse Primarium legatum, sed addictum fuisse Lucifero; cum enim Lucifer esset Sardiniæ Metropolitanus, & Eusebius esset Sardus, censuit Liberius, facilè posse ipsos conuenire, & litteras Lucifero dedit, vt Eusebium ipsius nomine, ad suscipiẽdam legationis societatem hortaret. Præterea nulla ratione Luciter Eusebio suberat, quia in omnibus negotijs, quæ ordinauit in Syria, nõ expectauit Eusebij præceptum. Deniq; hæc ipsa Paulini electio comprobata est in Synodo Alexandrina, cui præfuit Eusebius, quæ fieri irrita non debebatur, atque ex verbis historicorũ Socratis, & Nicephori apparet, Luciferum protestatũ esse iniuriam sibi fieri ab Eusebio, quod ipsius acta cõuelleret, quod minimè fieri potuisset, si Lucifer subditus fuisset Eusebio. Accessit ad summam totius perturbationis, quod cum ipse Liberius inter lapsos connumeraretur, qui cum Arianis comunicasset, videri poterat eadem causa Liberij, & Meletij, etsi ipse Meletius Arianus non fuerat, tamen Arianorum se communione pol-

luerat.

7 Ex his, breuem responsionem colligit ad ea, quæ objiciuntur ex Ambrosio, Lucifer enim se ab Episcoporum quorundam, inter quos erat Ambrosius, cōmunione seiunxerat, sed non à Romana, & ideò non fuit ille schismaticus, sed quia illa ætas multum tribuebat multitudini Episcoporum, visa est res speciem habere schismatis. Atque adeò error potius ex parte aduersa erat, quam ex hac. Posteà tamen Melentiani cum Romano Pontifice, & cum Paulino consenserunt, & Luciferiani offensi in sententia perstiterunt, atque ita factum est schisma,

8 Ad manifestiorem rei explicationem, distinguenda sunt quatuor tempora. Primum quo Lucifer discessit ex Asia anno 362. Secundum, quo mortuus est anno 371. Tertium quo Meletius, & Paulinus conuenerunt, vt simul Antiochenam Ecclesiā regerent anno 377. Quartum quo Satyrus in Sardiniam venit anno 383. Et primo quidem, Lucifer in Romana, & Paulini communione permansit, & Luciferiani Antiochiæ ijdem erant, qui prius Eustathiani dicebantur, Catholici Paulino obtemperantes. Secundo autem tempore, cum Damasus Papa iam quintū annum sederet, Paulini communio etiam Catholica erat, & Luciferiani Catholici, sed non nihil aduersus Romanos irritati, quod faciles essent in admittendis quibuscunque lapsis, vix vllo signo edito pœnitentiæ, & quod Meletio fauerent, & quod Hilarius Romanus iam cepisset obstrepere aduersus lapsorū admissionem. Itaq; hoc anno, iam Lucifero ex hac vita sublato, venisse in Sardiniam, & Hispaniā Luciferianos adnotat Gordoneus, & significat Nicephorus, cum ait auctores schimatis, illud seorsim à Lucifero excogitasse.

9 Tertio tempore, cum iam inter Paulinum, & Meletium conuenisset, mirum non est si manifestius pro schimaticis habiti sūt, qui adhuc Luciferiani dici volebant, qui iam Ecclesiæ Romanæ communicare desiuerant, ex quo cum Paulino non communicabant. Quarto tempore prorsus alieni erāt à communione Romana, cum Satyrus in Sardiniam venit. Nunc ex verbis S. Ambrosij ostendamus Luciferū non fuisse schismaticū. Ait enim, *& quamquam pro fide exulasset, & fidei suæ reliquisset hæredes, non putauit tamen fidem esse in schismate.* fides pro qua exulauerat, erat integra, & in ea vnitas quoque Ecclesiæ sub Petri cathedra continebatur; atque huius fidei vsque ad mortē fuerat assertor, & vindex, eamque tradiderat suis, sed in schismate Luciferiano hāc

fidem

fidem non esse, Satyrus existimauit, quia, qui pertinaciter à Romanæ Ecclesiæ communione seiungitur, in aliquo versari errore censetur, Atque hæc ad S. Ambrosij auctoritatem, respondet iste auctor.

Iuditium auctoris circa præcedentem solutionem ad auctoritatem Diui Ambrosij; & eius propria solutio. Cap. 49.

1 ERudita sanè responsio ad locum Ambrosij; & quam, ambabus vlnis exciperemus, si vera esset sentẽtia Græcorum historicorum antiquorum, & Ruffini circa dissidium Luciferi, & Eusebij propter electionem Paulini; eo quod ipsam improbasset Eusebius, Melesium prætulisset. Sed quoniam in 2. part. huius libri cap. 28. hanc sententiam, ex actis Synodi Alexandrinæ (cui præfuit Eusebius) impugnauimus, in quibus liquidò constat, Synodum Alexandrinam ratam habuisse electionem Paulini, eius legatos admittendo, & epistolam Synodalem ad eum scribendo; corruẽte fundamento præcipuo illius dissidij, & separationis Luciferi ab Eusebio, doctrina in eo fundata tota corruit. Vt ommittam hunc auctorem nõ probare, Diuum Ambrosium fuisse communionis Meletianæ, ab initio, non vero Romanæ. Et ideò alia via, & ratione à nobis quærenda est solutio huius auctoritatis Diui Ambrosij.

2 Respondetur ergo, D. Ambrosium in eo loco (pace illius) grauiter allucinatum fuisse, quia Satyrum in naufragio, verisimilius est in Sardiniã nõ appulisse, quia vt constat ex eadem oratione funebri S. Ambrosij, Satyrus naufragauit veniens ex Africanis, & Siculis oris, fortè in Syrtibus, q̃ respiciunt Orientem, & distant multis cẽtenis milliarium à Sardinia, quę vergit ad Occidentem, nam tempore D. Ambrosij (quia adhuc non erat inuẽta acus nautica) nauigationes fiebant parũ à litoribus recedendo, quare à Siculis oris, Satyrum, Pharum trãsmeasse, vt litora Calabriæ teneret, & ibi naufragasse verisimilius est: Nec potuit Satyrus videre B. Luciferum, qui iam duodecim annis anteà excesserat é vita: nam D. Hieronymus, Baronius, & alij obitum Sancti Luciferi refundunt, in annum 371. & Satyrus obijt anno 383. vel vt alij 384. in quo in Italia timebatur aduentus Maximi, qui fuit prędicto anno, vt euidẽter deducitur, ex verbis D. Ambrosij in illa oratione, multis argumentis. Primo, quia Satyrus eo ipso anno, quo commemoratum est habuit cum illo Episcopo congressum, vbi Mediolanum appulit, mortem oppetijt, vt ex ipsius Ambrosij

verbis colligitur, dum ait loquens cum Deo, *Amantissimi fratris, ex Siculis, Africanisue regionibus exoptatum nobis reditum contulisti, ita enim maturè, post quā venit, ereptus est, quasi propter hoc solum videretur esse dilatus, vt ad fratres rediret.*

3 Secundo, quia ex eadem oratione funebri D. Ambrosij constat, Satyrū in Africa adhuc moranté, à Symaco propinquo suo, per litteras admonitum fuisse, ne in Italiam reuerteretur; eo quod tunc temporis propter subsequētem Gratiani Imperatoris necē, & Maximi tyranni conatus, & proditiones, pro occupando Imperio, omnia terroris, ac tumultus plena essent, Satyrū veró, charitate fratris Ambrosij, quem indiscrimine positum videbat, in Italiam festinasse, & venisse, continuoque obijsse; vnde cōcludit, *Fœlix igitur tā opportuno obitu, quia non es in hunc seruatus dolorem.*

4 Tertio ex eo, quod subdit Ambrosius, scilicet Marcellinam sororem, pro fausto fęliciique itinere Satyri, votum Sancto Laurentio vouisse, quod votum ex subsequto Satyri obitu, & ad superos ascensu, ratum fuisse testatur.

5 Quarto, quia idē Ambrosius in eo loco ait, eo ipso tēpore, quo cæso Gratiano, periclitāti Italiæ, ob formidatā Maximi irruptionē metuebat, Satyri obitum contigisse. At Gratiani cædes, cum anno 383. vel iuxtà alios 384. acciderit, dubium esse nō potest, quin Satyri mors, cum in eundem annum, vt ex Ambrosio cōstat, inciderit, Luciferi obitum, qui anno 371. (secundum Hieron.) decesserat, duodecim ferè annis subsequta sit. Nam iuxtà Prosperū Aquitanum in Chronicon. Gratiani cædes, & Maximi tyranni, sub Ricimeris, & Clearchi Consulatu euenit, qui Consulatus ad annū 384. incidit, vel vt Socrates *lib. 5. cap. 11.* Sozomenus *lib. 7. c. 12. & 13.* & alij ad superiorem Merobaudis, & Saturnini Cōsulatum referant ad annum 383. quod nostra nihil interest, cum quocunque ex his duobus annis acciderit Gratiani cædes, multis post Luciferum Calaritanū defunctum, annis contigerit.

6 Illud etiam in verbis D. Ambrosij diligenter expendendum est, quod Satyri aduentum in ea loca, non vt rem certam, & sibi exploratam, sed dubitāter, quasi non satis compertam cōmemorauerit, dum inquit, *fortè ad id locorum in scismate regionis illius Ecclesia erat.*

7 Quare errasse depræhenduntur, qui adhibuerūt operam corrigēdis codicibus Canonū, iussu Gregorij XIII. Pontificis Maximi; dum ab Ambrosio, narratū Satyri fratris cum Episcopo colloquium, in Sardinia euenisse adnotarūt, etenim cum verba Ambrosij sint huiusmodi. *Primus ser-*

uatus

natum ex vndis, & in Portum terrenæ stationis euectus, cur de Sardinia potius, quam de alia regione sint interpretanda, nulla sufficiēs ratio adduci potest. Similiter lapsus est Fara, *lib. 3. de reb. Sardois pagina 88*, qui verba S. Ambrosij, *de Portu terrenæ stationis*, ad Calaritanum Portum transferre, conatus est, cum multò verisimilius sit, in litoribus Calabriæ Satyrū naufragasse, vt dictum est.

8 Cum igitur in illo loco, duo errores conuincātur, alter historiæ, Cosmographiæ, & Geographiæ alter, quid mirum, si Sanctissimus Doctor, in his, aliorum relatione deceptus fuit? etiam in eo, quod existimauit B. Luciferū, se à cōmunione fidelium segregasse, etiā deceptus ab ea, quam sparserant fama, Ruffinus, & alij, hæretici Meletiani. Dixi Ambrosium, quæ de B. Lucifero scripsit, accepisse à fama sparsa Ruffini, & hęreticorum Meletianorum, quia quamuis D. Ambrosius cōposuerit illam orationem de obitu fratris, anno 383. in quo mortuus est Satyrus, Ruffinus verò scripserit suam historiam anno 385. vt multi volunt, tamen fama, non solùm ex scripta historia Ruffini, sed etiam ex verbis, rumoribus, & epistolis missiuis, potuit percrebescere, sicut percrebuit, vt constat ex verbis Hieronymi, *in dialogo contra Luciferianos*, dictis in numero plurali, *dicunt eum amore gloriæ fecisse, &c.* Vbi non solum Ruffino, sed etiam alijs hæreticis, qui nullam historiam scripserūt, tribuit hūc rumorem, præcipuè cum illis tēporibus, adeò ingens fuerit in orbe numerus Arianorum, fautore Constantio, vt mundū se Arianū vidisse miratum esse, testetur idē Hieronymus, & ideò facillimum fuit illis, eam, cōtra B. Luciferum disseminare famam.

9 Hanc autem nullius esse ponderis, & authoritatis præcipuè, quando est ab improbis, & fidei hostibus disseminata contra seruos Dei, & eiusdem fidei professores disertè tradidit Tertull. in Apologetico cap. 6. referens carmē Virgilianum Æneidos 4. *fama malum, quo non aliud velocius vllum*, subdit Tertullianus, *cur malum fama? quia velox? quia index? an quia plurimum mendax? nec tunc quidem cū aliquid veri affert, sine mendacijs vitio est, detrahens, adijciens, demutans de veritate. Quid? quod ea illi conditio est, vt non nisi cum mentitur perseueret, & tamdiù viuit quamdiù non probat*, & paulò post. *An verò fama credat nisi inconsideratus? quia sapiens nō credit incerto. Quod ab vno aliquo Principe exorta sit necesse est, exinde in traduces linguarum, et aurium serpat. Et ita modici seminis vitium, cætera rumoris obscurat, vt nemo recogitet, ne primū illud, os, mendaciū seminauerit, quod sæpè fit, aut* inge-

ingenio æmulationis, aut arbitrio suspitionis, aut non noua, sed ingenita quibusdam mentiēdi voluptate, quo nihil disertius ad præsens institutum dici potest.

10 Quod si alicui arriserit opinio dicentium, B. Ambrosium in eo loco non de Lucifero, tunc viuēte loqui, sed de aliquo alio Episcopo Luciferiano, in quem incidit Satyrus, in cuius occasione scismatis Luciferi meminit, aliter responderi potest. Primo nomine Luciferi itellexisse Luciferianos, qui ob celebritatem nominis (vt ait Augustinus) ab illo nomen tulerunt, & si citra eius culpam: Secundo responderi potest, illa dixisse de Lucifero, iuxta famam sparsam à Ruffino, hæreticis, & sectatoribus Meletij, cuius patrocinium sumpsit Magnus Basilius, & alij Oriētales magni nominis, teste Baronio tom. 4. anno Christi 370. cuius contrarium apertè testati sunt, Diuus Athan. in duabus epistolis citatis ad Iouinianum, & Synodus Alexandrina, cum eodem Athanasio, in actis illius, & in epist. ad Ruffinianum, quæ extat *in Concil. Niceno secundo, actione prima tom. 2. Conciliorum gener. impress. Colo. pag. 471.* Neque est inconueniens, vt in rebus facti, aliorum relatione decepti fuerint, & errauerint SS. PP. cuius passim ocurrunt innumera exempla, præsertim, cū ex aduerso præpōderatur aliorū SS. PP. authoritas, vt in præsenti D. Athanasij, Concilij Alexandrini, Nazianzeni, Isidori, imò, & D. Hieronymi vt probatum est.

11 Tertio deniq; potest responderi (siquis velit etiam ab hoc errore facti, & sparsæ hæreticorum famæ creditæ, B. Ambrosium vindicare) ipsum non fuisse loquutum de Lucifero Calaritano; sed de Smirnensi, vt explicuit hunc locum Ambrosij Bernardus Lutzemburgus *lib. 2. de hæreticis in litera L.* sequtus S. Isidorū Hispalensem, qui *8. lib. Ethimolog. cap. 5.* Luciferianos à Lucifero Smirnę Episcopo, ait fuisse exortos, & Ioannes Montholonius tom. 2. sui promptuarij fol. 28. qui etiam tempore Constantij, potuit exulare propter fidē, plures enim Episcopos fuisse exulatos ab illo præter Eusebium, Luciferum Calaritanum, & Athanasium, testatur Baron. *ad annū 361.* vbi ait, *nulla habita ratione exulum, cum, & plures etiam hæreticos; sed qui Arianis haud in omnibus consentirēt, Constantius proscripsisset; ex quo omnes iussit exilio relaxari.* Ex quibus, hæc authoritas D. Ambrosij nihil ponderis contra nostrum Luciferum, prælefert.

Respondetur decreto Gratiani.

Cap. XXXXIX.

1 Quarto affert Gratianum in causa 24. quæst. 3. cap. 39. vbi ait Luciferianos,

nos,

nos, à Lucifero Episcopo Sardiniæ exortos. Respondetur in decreto Gratiani, nó requiri historiam, sed Canones, quare mirum non est, si interdum historiæ, & nomina ex errore confundãtur, quorum errorũ aliquos sub Gregorio XIII. eius iussu cõstat fuisse correctos, & in præsenti casu deceptum fuisse Gratianum, ex Ruffino, & alijs, constat ex his quæ diximus explicando auctoritatem Diui Augustini, cui innititur. Et cõfirmatur ex his quæ in hac materia Gratianus refert quæst. 1. huius causæ 24. nam recitans Ambrosij verba de Luciferianis ait. *Aduocauit ad seCiprianus Episcopum Satyrum*. Quod sanè in historia falsum est, cum Satyrus Episcopum aduocasse dicatur, cuius nomen non expressit Ambrosius. Glosa etiam casum narrat cum plurimis historiæ erroribus, ex quibus apparet in decreto esse Canones requirendos, non historiam, ait enim,

2 *Lucifer vir Christianus erat, & cum nollet consentire errori (ẽgregationis; quam fecit Anastasius Imperator Mediolani, missus est apud Alexandriam in exilium, vbi cum multos conuerteret, præfecit eis quendam Episcopum, qui fortè non fuit ab vniuersitate electus. Succedente alio Imperatore, missus est quidam legatus Alexandriam, qui deposuit illum Episcopum, vnde Lucifer indignatus cæpit tamquam hæreticus Ecclesiam infestare, à fide tamen non deuiauit.* Hæc, Glosa affert, quæ sunt omnino fabulosa, etenim Lucifer missus est legatus ad Conciliũ Mediolanense sub Constantio, deinde exul in Palestinam, Eleutheropolim, postea Antiochiæ cõstituit Episcopum Paulinum, ipse legatus, quem malè alij admittere detrectarunt. Sic eadem Glosa quæst. 1. *aduocauit*, ait Alexandriæ Episcopum ordinatum à Lucifero, quod falsum est, sicut, & cętera, quę de Satyro, & Cipriano narrat.

3 Itaque decreti huius auctoritas, in materia historiæ nulla est. Decreti quoque interpretes, & si in iure Canonico docti, historiã deprauatè enarrarunt, vt Turrecramata, qui aliter à Glosa, sed tamen cum plurimis, & ipse à vera narratione alienis, rem proponit, ita vt facilè appareat ignoratam fuisse huius historiæ veritatem, similiter deceptus est Gẽnasius in historia, cum dissensionem Luciferi, dixit fuisse contra Hylarium, & Damasum, quia nec fuit contra illos, nec tempore Damasi, sed Liberij anno 361. vel 362. ex his similiter hauserunt, & decepti sunt in materia historiæ Aymerich, & alij Gracianum secuti. Itaque cum Glosa dicit de Lucifero *à fide tamen non deuiauit*, accipimus, quod dat tãquam ex verbis Ambrosij, cum autem ipsa, & Canonistæ aliquid

secus dicunt tamquam ex verbis Gratiani, contra Luciferum non sunt vllius momenti, vel auctoritatis, quia, & sibi implicantia dicunt, dum aiunt à fide non deuiasse Luciferum, & tamquam hæreticum Ecclesiam infestasse (non enim potest esse hæreticus, qui non deuiat à fide) & ex facti ignoratione decernunt; Ex facto enim ius oritur, & facti mutatio ius mutat. In specie de Aduoc. §. 3. iuxta princip. & de test. §. 5. num. 5. facti series iuris dispositionem inducit, verbo seria ff. de condit. & demonstr. verbo, quidam referūt ff. de iure codic. Fed. de Senis cōs. 152. & 298. Bellon. cons. 5. in punct. de quo quæritur in princ. Bald. cons. 292. & 242. lib. 2. & 67. lib. 3. & sicut ex facto ius oritur, ita ex facto ius moritur Ancharranus cons. 254. & propter minimam facti mutationem, mutatur totum ius l. si is ff. de excus. tutorum cap. fin. de vend. & empt. Bald. cons. 417. casus talis est num. 4. in fin. lib. 2. & cons. 52. obligatio lib 3.

4 Vnde cum Gratianus dicit Luciferianos vnà cum auctore Lucifero cecidisse, si Luciferi nomine intelligit Episcopum Calaritanum, deceptus est, falsa enarratione, & ambiguitate loci Diui August. lib. de Agone Christ. c. 30. à nobis superius iam relato, & explicato, vbi S. Doctor vocat auctorem schismatis Luciferum primum Angelorum lapsorum ducem, quare, & locum Ezechielis vsurpat. *Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris*, atque adeó cum locus sit ambiguus nō est inferēdum præiuditiū nostro Lucifero Episcopo, ex nomine; Nam etiam S. Lupus Episcopus Trecensis, & S. Iudas Apost. & alij Sancti, videri poterant habere nomina prædamnata, cum ipsi fuerint laude digni. Et hæc de duplici tex. Gratiani causæ 24. quæst. 1. & 3.

5 Nec videtur hic prætermittēdum S. Isidorum *lib. 8. Ethimol. c. 5.* in alijs impress. modernis decretorum Gratiani citatum, Luciferianos non à Lucifero Calaritano sed à Smirnēsi dixisse, exortos, & ita intelligit, & citat hunc textum de Lucifero Smyrnensi, Ioannes Mantholonius Eduensis tom. 2. sui promptuarij fol. 28. pag. 2. in principio, qui extat in Bibliotheca S. August. Romæ, & hoc amplius suadet illa particula textus *cum eorum authore*, quæ solum reperitur in Isidoro (qui loquitur de Smyrnensi) non vero in August. qui citato loco de agone Christiano, reticuit illam, vnde potius ab Isidoro, quā ab Augustino videtur extractus, videatur tom. 3. D. Augustini, præcipue Lugduni impressus 1586. in officina Plantiniana, ad veterū Codicum collationem, per Theologos Louanienses emēdatus lib.

vno

vno cap. 30. de Agone Christiano. Ex quo etiam constat quam parui momēti sit authoritas huius decreti Gratiani, propter varietatem illius, nam in aliquibus excussionibus, vt in ea, quæ facta fuit Lugduni per Frācīscum Fradin sumptibus Aymonis de Porta, anno 1528. dicitur *à Lucifero Smyrnēsi ortū*; in alijs vero modernis, in quibus dicitur *à Lucifero Sardiniæ*, in aliquibus citatur D. August. in alijs vero, D. Isidorus, qui cōtrarium docuit, vt dictum est, & ita non sibi constat.

6 Quinto affert quamplurimos authores recētiores, de quibus inferius. Ommito opponētem plures fallaciter allegare, & imponere, tale enim est, quod de Antiocho Brōdo dicit, de cuius sententia, & quam honorificè sentiat de Sancto Lucifero supra ostendimus; tale quod Bellarm. *de scriptor. Ecclesiast.* non integre referat, & quam bene alibi etiam sentiat Bellarmi. de Sancto Lucifero, ipse reticeat; sed nimis temerarium est, quod iuxta Brundum, temeritatis notet, qui de Sancto Lucifero secus sentiant; cum Brondo fuerit in eo loco accerrimus Sanctitatis Beati Luciferi vindex, ita quidquid ad linguam venit, limam non habuit.

(✠)

Alijs authoribus, & fundamentis contrariorum aduersus Sanctitatem B. Luciferi respondetur.
Cap. L.

1 Veniamus porro ad alterā huius oppositionis partē, non solum errauit Lucifer; sed etiam in errore mortuus est, ita in summario *num. 11*. Dicit primo hoc asseri à Sanctis Patribus DD. Ecclesiæ Augusti. Ambros. Hieron. locis supra allegatis, quia alicqui memorantes eius errorē non tacuissent eius pœnitētiam, sicut S. August. meminit pœnitentiæ Sancti Cypriani, præsertim cum post mortem eius scripserint.

2 Secundo, reuersurus ex Antiochia Calarim, Romæ etiam coram Liberio reclamauit contra decretum Concilij Alexādrini, vt tradūt Marcellinus, & Faustinus eiusdem discipuli, & deinde Neapolim pergens, vitauit cōmunicationem Maximi, quod asserūt eius discipuli, & confirmat Baronius.

3 Tertio præter dictos, DD. expresse affirmāt, Luciferū impœnitentem mortuum, Ruffinus *lib. 1. cap. 30. Euseb. lib. 10. hist. Eccles. Victor. Reatin. in scholijs, in dial. 1. Hieron. aduers. Luciferianos S. Antonin. par. 2. tit. 9. cap. 1. §. 2.* denique Baronius omni exceptione maior, *tom. 4. annal. ad annum 362.*

4 Quarto vrget argumẽto Theologico, quo conuinctus est Abulensis ad dicendum, Salamonem fuisse damnatum, quia de publico suo peccato non satisfecit, eius argumentum sic potest colligi. Lucifer Ecclesiæ Dei magnum scandalum præbuit, & huius peccati ipsum non pœnituit, ergo mortuus est impænitens. Alterã antecedentis partem probat, quia nõ dicitur quis pœnitere de peccato, & debitam contritionem habere, si dum necesse est alteri satisfacere, & potest, satisfactionẽ non exhibet, vt patet exemplo bonorum temporalium, honoris, & famæ, &c. Sed Lucifer non satisfecit Ecclesiæ, nec pœnitentiam à Summo Pontifice petijt (ita enim subsummo minorem, alioqui argumentum, vt ab opponente proponitur, nec materiam nec formam habet) ergo non pœnituit. Minorem huius probat, quia nullum extat pœnitẽtiæ, vel satisfactionis eius argumentum, alioqui non tacuissent Sanctissimi Ecclesiæ Doctores, ergo, &c.

5 Ad primũ respõdetur, quot verba, tot mẽdacia, nemo enim ex illis Sãctis Patribus dixit Luciferũ impœnitentem obijsse, & turpis impositio est dicere, Sanctos Patres id asserere. Deinde ex illis id tantum, eo argumento colligi, quod non tacuissent eius pœnitentiam, si pœnitẽs obijsset, imó vero non tacuisset S. Hieronymus, si impœnitẽs decessisset, qui alioqui pro zelo, vel minima, quęque, etiam in Sanctissimis Viris, Basilio, & Ambrosio, alijsque perstrinxerit, vt aduertit Ioannes Picus Mirandulanus *in apolog. pro Orig.* Cõtra, cum semper bene de Sancto Lucifero senserit, tum etiam cum de morte eius egit, nihil de eo dixit, vnde vel minima suspicio ingeri posset, verum cum paulo ante, miræ constantiæ, & parati ad martyrium animi, & Beatum Virũ prædicasset, paulo post redijsse in Sardiniam, & sub Valentiniano obijsse ait, *de scriptoribus Eccles. c. 105.* Contra hoc tam crassum mendaciũ, faciunt etiam, quæ superius retulimus, ex Sancto Athanasio *epist. ad Iouinia. Socrat. lib. 3. cap. 7.* & alijs; quod August. meminerit pœnitentiæ S. Cypriani, mirum non est, quia cum in Affrica notissima fuerint eiusdem gesta, plura, imò omnia, de eo scire potuit, ex scriptis, & recenti traditione; non item de Sancto Lucifero, longius remoto, & de quo plerique cum dubia fama scripserunt, vt aperté colligitur, *ex Sozom. lib. 3. cap. 4.*

6 Ad secundum respondetur eodem modo, reuersus enim in Sardiniam, Romæ, & Liberio rationem legationis reddidit, & petita ab eo facultate concessit cum benedictione. *Hinc illud Socratis lib. 3. cap.*

3. cap. 7. fidei, & sententiæ Ecclesiæ assentiens, in Sardiniã ad propriam sedem se recepit. Idem dicit Zozomen. Tripartita, & Nicephorus. Testimoniũ Marcellini, & Faustini, verum non est, nec admittendum, tamquam hæreticorum, & non discipulorum Sancti Luciferi, cum ipsi expresè detrectent Luciferianos se vocari, sed Christi discipulos se iactant, vt id genus hæretici facere consueuerunt, apud Baronium *tom. 4. ad annum 362*. neque verũ est Marcelinum hoc dixisse, falsum enim esse ex eo constat, quod nihil simile in eius epist. habeatur, imò contra, miris laudibus extollit Beatum Luciferum, & cõsequenter retundit imposturæ calumniam.

7 Porro Neapoli S. Luciferum vitasse communionem S. Maximi, simile mendatium est, vitauit vero cõmunionem Zozimi, tamquam adulteri, & ab Arianis (quos fuisse in illa Vrbe testatur: Idacius Clarus præfatione in librum, quem scribit contra Varimundum Arianum) qui Maximum expulerant, intrusi (actio digna tanto viro, & Apostolicæ Sedis legato) Sanctitatem verò Maximi, non minus, quã suam, insigni illo miraculo testatus est, facto in lingua Zozimi, quæ in modum bouis extra os protendebatur, cum volebat, faciendo Sacrum, verba Consecrationis proferre, donec Episcopatui male parto cessit, quod referunt Marcellinus, & Faustinus. Certè miraculũ in confirmationẽ actionis scismaticæ (si huiusmodi fuisset illa vitatio Zozimi à B. Lucifero) nec Deus facit, nec facere potest; mẽtitur etiã in eo, quod ex Marcellino refert, scilicet B. Luciferũ à Summo Põtifice defecisse, quia nihil horum continet illa epistola, quam ego Romę proprijs oculis lustraui, & licet hoc ex Baronio desumpserit (quem non vidisse epist. sed à referentibus accepisse, & deceptum fuisse verisimilius est) magis tamen epistolæ originali, quam auctori referenti credendum est; fragmentum huius epistolæ, seu libelli extat excusum in tom. 9. Bibliothecæ veterum Patrum recentis impressionis post opuscula S. Luciferi; in quo, & vitatio Zozimi in Vrbe Neapoli, eo quod esset adulter, & intrusus, & miraculũ in eius lingua factum ad prædictionem B. Luciferi Romam pergentis, & eius miræ laudes referuntur: nec est aliquid, quod contrariorum sententiæ suffragetur, imó neque in tota epistola, seu libello fit aliqua mentio Beati Luciferi præter eam, quæ continetur in dicto fragmento, ad cuius lectionem, pium lectorem remitto. Reperitur etiam hoc fragmentum excusum in parte 1. Sanctuarij Calaritani cap. 8. pag. mihi 132.

compoſita à Patre Seraphino Eſquirro Capuchino.

8 Ad tertium reſpondetur, iuxta dicta in ſecunda parte huius defenſionis, Ruffinum mentiri, ſicut mentitus eſt, in ſimili contra Hylariũ, vt benè notauit S. Hieron. *lib. 2. aduerſus eundem*, ſic etiã mentitus eſt, cum dixit doluiſſe iniuriam Luciferum, quod Epiſcopum Paulinum à ſe electum, apud Antiochiam non recepiſſet Euſebius, quomodo enim, id verum, ſi & Romanus Pontifex eã electionem ratam habuit, vt benè aduertit Baron. & Ruffinum redarguit; ſed quod benè animaduertere debet opponens, pro reſponſione ad ſuperius argumẽtum. Mendatij quoque cõuincũtur ex hoc loco, qui dicunt, Luciferum coram Liberio reclamaſſe contra decreta Alexandrini concilij, inquibus tamen de approbãda electione Paulini Sancitũ erat, verba Ruffini *lib. 1. cap. 30. regreſſus ad Sardiniæ partes, ſcilicet Lucifer, ſiue quia cita morte præuentus, tẽpus ſententiæ mutãdæ, nõ habuit, ſiuè hoc animo immobiliter, hærebat, &c.* ſed falſum eſt, cita morte prçuentum, ſuperuixit enim, poſt reuerſionem, minimum nouem annis, ſed nec immobiliter, tenuiſſe, quod illi tribuitur, ex hactenus dictis patet. Quod Euſebius idẽ dicat, ac Ruffinus de Lucifero, ſimile mendacium eſt. Citatur, *lib. 10. hiſt. Eccleſ.* at ibi nec verbum quidem, quippe qui vltimus librorum Euſebij non pertingit, niſi ad annum Chriſti 318. Cæterum, & ſi id dixiſſet Euſebius, fides illi habenda non eſſet, vtpote ſciſmatico, & qui in gratiam Cõſtantij mentitus eſt etiam, patrem Cõſtantinum in hæreſim Arianam relapſum obijſſe.

9 Cæteri ex antiquis, vt Socrates, Zozomenus, & Theodoritus Græci, cũ omnes fuerint hæreſeos labe polluti, non ſunt teſtes idonei contra Catholicos *2. quæſt. 7. cap. 23.* & maximé contra tantum hæreticorum propugnatorem Beatum Luciferum, vt in ſecunda parte huius defenſionis dictũ eſt; nam Socrates, & Zozomenus fuerunt Nouatiani, & Origeniſtæ, Theodoritus fuit Neſtorianus, vt Baronius fatetur, & hi hauſerunt à Ruffino, & hæreticis, ea quæ de ſciſmate B. Luciferi ſcripſerunt. Caſſiod. Abb. dum fatetur ſuam hiſtoriam à tribus ſcriptoribus græcis, ſcilicet Theodorito, Zozomeno, & Socrate (quam ideò Tripartitam nuncupauit) ſumpſiſſe, nihil amplius habet authoritatis, quam illi tres. Seuerus ſulpitius, Sigonius, & reliqui, prædictis authoribus moderniores, vel hærent dubij, vt refert Cardinal. Bellarm. *lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſti.* vel vt arietes, ſine cauſæ diſcuſſione, & certa veritatis inquiſitione, Ruffinum, & antiquos Græcos ſequti ſunt, & ideò nullũ

pon-

pondus authoritatis addũt, sicut nec Nicephorus, qui fuit scismaticus, & suos Græcos sequtus, Victorius Reatin. quem sæpe citat opponẽs, & errat, *lib. 10.* Eusebij citando, ex quo ipse excerpsit, Eusebium non lustrans; & procliuis est ad falsa de Lucifero dicẽda, vt patet ex scholijs ad Sanctum Hierony. *de scrip. Eccles. in Lucifero*, imponens Augustino, quod Luciferum inter hæreticos numeret.

10 Apud D. Antoninum, non reperitur nomen hæresiarchæ in textu, sed solum in titulo, quod alius videtur apposuisse, sed siue S. Antoninus, siuè alius id nomen dederit Lucifero, non est mirum quia sequti sunt authoritatẽ Ruffini, Gratiani, & Glosæ, qui licet non dicant Luciferum hæresim excogitasse, & Glosa dicat ipsum à fide non deuiasse, tamen dicunt Luciferianos fuisse hæreticos, & vnà cum eorum auctore Lucifero cadere meruisse. Hos autem historiæ ignorantia deceptos esse & Ruffinum mentitum fuisse, manifestũ est, ex superius dictis, De Baro. ex Henrico Spondano, superius allatum est, quid statuendum.

11 Addo primo, plures ex his, vt Socratem, Zozomenum, Tripartitam, & Nicephorum, apertè docuisse B. Luciferum assensisse Ecclesiæ, & cum pace illius remeasse ad thronum suum; neminem autem ex antiquis præter Ruffinum, finalem impœnitentiam Beato Lucifero imposuisse, neque August. neque Ambrosiũ, nec authores Græcos, ex quibus cæteri hauserunt.

Beatus Lucifer si debuisset satisfacere, satisfecisse piè credendum est, & decimo obiecto respondetur.

Cap. LI.

1 AD quartum, argumentum capitis pręcedentis respondetur, si quid scandali, S. Lucifer (dato, & non concesso) ea dissensione, præbuisset, satisfecisse, piè credendum est, cum Sanctis Patribus, qui illum post mortem Beatum appellant. Dico si quid scandali præbuisset, nam Sancti Patres quidam nõ nisi timidè, & dubitanter eum arguunt, vt ait Belarm. *lib. de scriptorib. Eccles. in Lucifero*, & S. Hieronymus, verbis tantum, & nõ rebus eum dissensisse scribit, vnde non magna satisfactio erat rependenda, nam quod opponens arguit, exemplo bonorum temporaliũ, honoris, & famæ, de ridicula Theologia est, nec vmquam legitur aliquis conuersus ad Ecclesiam; à quo id genus satisfactionis exquireretur, vt satisfaceret honori aut famæ, &c. Argumentum à Salomone non omnes conuincit, & plures habet à Salomone facientes, vt refert, & late probat Pineda Soc.

Iesu

Iesu de rebus Salomonis, tomo integro, in quo pari cũ eruditione, & pietate, illius patrocinium suscepit. At *Greg.lib.2.moral. cap. 2. & Prosper. par. 2. cap. 27.* quæ loca citat opponens, nihil de hac re dicunt, aut certè planè contrarium insinuant, sed iam de more est opponẽtis, authoribus imponere; denique siquid satisfactum opportuisset à Sancto Lucifero, (quod negatur) nõ est omissum, nec erat necesse vt SS.PP. id(quẽamodum loquitur opponens) plenis bucis clamarent, & propalarent: satis est, quod plures, eum post mortem laudẽt, aliqui timide loquantur, Sanctus Hierony. præterea à maledicis eum vindicet, nec credat, de tali viro, quæ isti, quasi satis firma credunt, vt constat, ex eiusdem verbis *in dial. aduersus Luciferianos.* D. Athanas. Hilar. Pictauen. Nazian. & plures alij, miris laudibus, & præconijs, exornent.

2 Decimo opponit, non esse credendum, ijs, qui Luciferianorum sectę authorem dicunt fuisse Luciferum Smirnensem, quia omnes hoc affirmãt de Lucifero Calaritano. Ad hoc iam in superioribus responsum est, Luciferianos nomen Luciferi Calaritani vsurpasse, ob celebritatem eius nominis, negatur tamen ipsum fuisse authorem talis schismatis, sicut Lucianistæ, à Sanctissimo Martyre Luciano appellati sunt, quin suorum errorum Sanctissimus Martyr fuerit author, & similia possunt afferri exempla.

Etiam dato, & non concesso, quod B. Lucifer fuisset auctor schismatis, quod illi imponitur, adhuc, attentis illorum temporum circunstantijs, non sequitur ipsum lethaliter peccasse, neque ideò, è Sanctorum numero expungendum esse. Cap. LII.

1 Tandem, ex abundanti addimus, quod dato, & nullo modo concesso, quod B. Lucifer, in schisma, quod ei imponitur, incidisset, & ab Eusebio, & alijs, imò, & ab ipso Liberio Papa se seiunxisset, vt inter alios, voluit Belluacencis, sed falso, quia neque Marcellinus, & Faustinus hoc dixerunt, neque alius antiquus auctor, neque est verissimile Luciferum, Papam Liberium non recepisse (quem constabat multo ante Arianorum communione esse pollutum) quia eius legatum, eo ipso tempore in Oriente se gerebat. Adhuc attẽtis illorum temporum circunstantijs, non sequitur ipsum lęthaliter peccasse, aut, è Sanctorum numero expũgendum, Probatur sequentibus, & efficacissimis rationibus. Prima quia vt Sanctus Greg. Nazianzenus oratione de vita Basilij ait, etiam viri perfecti inter se diffident, quin desinant esse perfecti, cum solius Dei sit, numquam aberra-

errare, at eo tempore quo schisma tribuitur B. Lucifero erat peculiaris ratio, vt Sanctus aliquis posset ab alio dissidere; ob causã Liberij Papæ, quidam enim eum hæreticum fuisse dicebãt, & Arianum, quo titulo Fœlix Pontificatum inijt, teste Baronio tom. 3. annal. anno Domini 357. & seq. quod si esset, excidisset à Papatu, & cum non fuerit denuo electus, non fuisset postea vnquam Papa, vnde Vincentius Beluacensis lib. 14. cap. 12. tit. de S. Eusebio Præsbytero, ait, *Eusebius Præsbyter vrbis Romæ cæpit ipsum Liberium declare hæreticum, multiq; propter eius doctrinam, communionem Liberij vitabant, populumq; confortabat in Domino.* In quibus verbis, auctor non bene dixit Liberium ab Eusebio Præsbytero, fuisse declaratum hæreticum, cum hic sit actus iudicialis, quem inferior erga superiorem exercere non potest, sed tamquam in re notoria procedebat Eusebius, & Liberio iam cum Arianis communicante, præsumẽs eum esse Arianum, populum ab eius communione auocabat; & tamen non ideò increpatur Eusebius, nec Sãcti nomine priuatur, attẽta illa circunstantia temporis, in qua Liberius Papa Arianus censebatur.

2 Secundo idem constat exemplo S. Fœlicis Papæ, & Martyris, qui viuẽte Liberio, Pontificatum inijt, & schisma fecit, & tamen propter illam circunstantiã temporis (Liberij, Ariani existimati) excusatur à culpa, & in Martyrologio Romano fuit collocatus. Tertio nam S. Gregor. Illiberitanus, qui in Martyrologio Romano habetur, eiusdẽ omnino sententiæ fuit, cum ea, quę tribuitur Lucifero, neque verum est, quod ait Baronius eum recantasse palinodiam, quia non probat. Quarto nam illa verba Isidori in Hosio, quę recitat Baronius, Gregorium *fuisse ex numero vindicantiũ fidem integram*. Nihil aliundè significant quam eam sententiam, quæ Lucifero tribuitur, fuisse sectatum, qui Paulino adhæsit, & nunquam à vera communione deflexit.

3 Quinto nam Theodosius valde Catholicus Imperator, anno Christi 388. rescriptum dedit pro Gregorio Hispaniẽsi, & Heraclide Oxyrincano, qui erant Luciferiani, seu potuis schismatis Luciferiani accerrimi defensores, vbi eorum causam, publicé, Catholicam, Sanctamque esse declarat, quod & Baronius recitat, & constat ex epistola illa Catholicorum Marcellini, & Faustini relata cap. 25. 2. part. huius lib. quo rescripto, etiam Marcellinus atq; Faustinus, qui Vrsicini partes sequti fuerant, collaudantur. Adeò ea tũ tempora fuere, vt harum dissensionũ etiã optimi viri, possent esse participes.

4 Sexto

4 Sexto nam & si S. August. dicat in epist. ad Bonifacium, B. Luciferum amisisse lumen charitatis, hoc non probat, ipsum incidisse in mortale peccatum, cum etiam Christus dicat in Appocalipsi Angelo Ephesi, id est S. Thimoteo, illius Ecclesiæ Episcopo *reliquisti pristinã charitatem*, quod intelligendum esse de lãguore in prædicatione, ex humana prudẽtia, plerique existimãt: cæterum S. Thimoteum, tunc non fuisse in statu peccati mortalis, omnibus grauioribus Theologis placet, licet S. Ambrosius, & Haymo contra senserint; Ac denique ob hoc dictum, è Sanctorum numero, non expungitur; quare neque S. Lucifer expungetur.

5 Septimo nam Paschasius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, non solum incidit, sed etiam obijt in schismate contra Symachum Papã pro Laurentio, nec tamen commisit in hoc mortale peccatum, sed veniale, quod igne purgatorij expiatum est, vt narrat S. Greg. in dialogis.

6 Octauo quia Sanctus Vincentius Ferrerius fuit Magister Sacri Palatij Benedicti XIII. Antipapę; nec tamẽ ideò in lethale crimen incidit, errans ex inuincibili ignorantia (quæ est ratio à priori excusans à lethali peccato in his, & similibus casibus) neque ideò, è Sãctorũ numero fuit expũctus; quare nec S. Lucifer expungetur.

7 Sed dices B. Satyrus vitauit cõmunionẽ Episcopi Luciferiani, imò existimauit fidem non esse in illo schismate, igitur nullatenus credidit illum Episcopũ fuisse à pecato lethali immunem. Respondetur primo, Satyrum ignorasse an ille Episcopus haberet ignorantiam inuincibilem, quæ eum excusaret, & ideò consultius iudicauit cum eo non communicare. Secundo respondetur, eo tẽpore, quo Satyrus conuenit cum Episcopo Luciferiano, Ecclesiam tempore Damasi Papæ fuisse ab omni schismate Summorũ Pontificum Fœlicis, & Liberij immunem, & ideò, non excusauit eum ex inuincibili ignorantia, quem cognouit, tunc à communione veri, & indubitati Summi Pontificis, & vniuersalis Ecclesiæ, esse seiunctum.

8 Tertio, respondetur, quod eo tempore, quo, hæc Satyro acciderunt, nempe anno 383 vel vt alij 384. Luciferiani multas hæreses profitebãtur, vt videre est in Bernardo Lucemburgo lib. 2. de hæreticis lit. L. verbigra. quod Deus in Luciferi deiectione peccasset; quod laicus veniens ab Arianis deberet recipi, non Clericus; & quod anima de carnis substantia esset propagata, & ideó tunc optime iudicauit Satyrus, fidem nõ esse in illo schismate, propter hæreses admixtas, nam schisma formaliter, nõ excludit fidẽ, sed cha-

rita-

ritatem; & optime vitauit Satyrus communionem illius Episcopi quem existimabat non solum schismatis, sed hæresis labe esse pollutum. At B. Lucifer neq; fuit hæreticus (cuius doctrina, miris laudibus, fuit ab Athanasio celebrata in epistola, quam ad ipsum scripsit, cuius signum est, quia nemo vnquam protulit librum, vel sententiam, quam certo constaret ab ipso esse prolatam, quæ videri posset hæretica, imò Diuus Hieronymus dialogo contra Luciferianos disertè affirmat, Luciferum re ipsa benè sensisse de fide, quod idem docent Socrates, & Nicephorus; neque S. Epiphanius, & Philaster, qui suorum temporum omnes hæreses recensuerunt, alicuius hæresis B. Luciferi meminerunt) & dato, & nõ concesso, quod in schisma, quod ei tribuitur, incidisset, potuit ex inuicibili ignorãtia excusari, propter lapsum Liberij Papæ, & schisma Summorum Pontificũ eiusdem Liberij, & Fœlicis, illa temporum occurrentia, exorti.

9 Hæc ex abundanti dicta sint, etiam facta illa hypothesi, quod B. Lucifer in schisma incidisset, quam absolutè, & omninò negamus, vt constat, ex omnibus, quæ in superioribus adducta sunt.

(✠)

Proponitur, & soluitur contraria obiectio Innocentij. I. Cap. LIII.

1 Sed contra nuper dicta, potest nobis opponi auctoritas Innocentij. I. quam licet non opposuerit Aduersarius, quia illam non lustrauit, libuit hic apponere, vt si quis in ipsam inciderit, facilè hinc hauriat solutionem.

2 Sirmondus in notis ad Concilia Gallicana tom. 1. pag. 33. anno Christi 406. Honorij Imper. 12. affert epistolã quamdam Innocencij. I. scriptam anno 406. ad Episcopos Synodi Toletanæ, in qua loquens de schismate, tũc in Hispania vigente sic ait. *Iam primum, quod ad ipsam fidem attinet, quod Bætici, vel Carthaginenses Episcopi propter Galliciorum cõmunionem à pace omnium discederunt, orta dissentio est, quæ non solum non minuitur, verũ etiam per dies singulos, studio contentionis augetur, cum obtinẽdi proposito vnusquisque, quod voluit æternum orbem mali, & circulum quemdam de tali animositate fecerunt, cum vtique bono cuique in rebus talibus vinci melius sit, quam malo more prauum propositum, quod semel placuit obtinere. Nã quæ alia causa, & superioribus temporibus illius Luciferi, præter pertinaciam fuit, quæ eum retraxit, à cõcordia illorum, qui Arianorum hæresim prudẽti conuersione damnauerant*; Qui locus magnam ingerit dificultatem, quia hic Põtifex fuit vicinus tem-

poribus B. Luciferi, & scribens ad illud concilium, credendum est fuisse plenè informatum, & locutum ex certa scientia; pertinacia etiam in schismate, non videtur posse consistere sine peccato lethali.

3 Huic auctoritati respondetur. Primo hanc epistolam Innocentij nō esse certæ auctoritatis, imò suspectam, & suppositititiã. Primo quia profertur post annos 1200. cum eius non meminerint veteres. Secundo quia Epistolæ Pontificum post Syricium, Innocentij decessorem, diligenter à tribus Ecclesiasticis scriptoribus collectæ sunt, Cresconio, Ferrando Afris, & Dionysio exiguo Romano, præcipuè autem Synodales; deinde ab Antonio Carafa Cardinale, alijsque doctis viris, vndique excussis Archiuis, cōquisitæ, in tria volumina digestæ sunt; quare si quid noui affertur suspitione non caret. Tertio quia nota temporis est manifestè falsa, ex histor. Ecclesiastica, quia vel hæc epistola directa est ad Synodum Toletanam, quę ab omnibus prima dicitur, & sub Stilichonis primo Consulatu anno 400. cæpta in annum sequentem producta fertur; vel ad aliã, quæ sub Innocentio acta sit, atque in eum annum 406. inciderit. Atqui non videtur ad Episcopos Synodi Toletanæ primæ, esse directa, nam hæc Synodus cum ageretur, sedebat Mediolani Episcopus Simplicianus, cuius in actis cōcilij mentio fit, atque in Concilij Affricani actis, quæ notantur post Consulatum Fl. Stilichonis, idest anno sequẽte, erat iam Episcopus Mediolanensis Venerius. Cum ergo Cōcilium Toletanum primũ sua acta clauserit, ediderítque anno 400. non videtur, post sex annos ad idem Concilium, Innocẽtius, Anastasij successor, sub quo illud coactum fuerat, litteras dare potuisse; Erit igitur alia Synodus 2. Toletana, sed nulla vsq; ad tempora Theudis creditur fuisse celebrata, qui Theudus Rex, vt scribit S. Isidorus, facultatẽ dedit Episcopis conueniendi, licet esset hæreticus, sub initium Pontificatus Ioannis Papæ II. anno 531. Cnm igitur ex dictis constet nullum Concilium Toletanũ actum esse sub Innocentio I. papa, hinc sumitur argumentũ efficax probans, hanc Epistolam esse suppositiciam: vt omittam titulũ huius epistolæ sibi contradicere, nam cum dirigatur ad Episcopos Synodi Tolosanæ, quæ est in Gallia, agit de dissentione, & corrupta disciplina Ecclesiarũ Hispaniæ.

4 Est etiam alia epistola Innocentij Papæ ad Synodum Tholetanam, quæ est 23. inter eas, quæ editę habentur, de qua duplex est opinio, prior Loaysæ. & Ambrosij. Morales, illius in notis ad Cōcilia Hispanica, huius, lib. 11. c. 5. hist.

5. historiæ Hispanicæ, hanc epistolam missam esse ab Innocẽtio Papa, sub initio Pontificatus sui, ad Synodum, occasione Legatorum, qui post Synodũ peractam Romam venerint, & vsque ad creationem Innocentij, quæ in Aprilẽ mensem, anni 402. incidit, perstiterint, atque adeò non esse productam Synodũ per aliquot annos, sed morã legatorum, ob tempora parum tuta, mortéque Pontificis interuenisse. Quæ sententia si verà est, ista quæ anno 406. à Simondo dicitur, scripta epistola, nihil verò habet simile. Altera est Card. Baronij, qui existimauit Concilium Toletanũ 1. ad annum 405. & secundum Consulatum Fl. Stilichonis esse redigendum, eoque anno datam Epistolam Pontificis Innocentij ad Toletanam Synodum, quæ legitur 23. inter editas.

5 Verum hæc sententia constare non potest, nam ipse Baronius fatetur ad annum 400. Simplicianum Mediolanensem Episcopum, cuius in actis Synodi, mentio fit, non vixisse vltra hunc annum 400. eoque Venerium Mediolani sedere cœpisse. Itaque Toletana Synodus 1. sub primo Cõsulatu Stilichonis absq; dubio peracta est, atque adeò Epistola illa 23. Innocẽtij, quę vulgo legitur, non potuit scribi ad Synodum, quæ, eo sedente sit facta; nec potuit ad aliã Synodum dirigi, quæ inter primam, & secundam Toletanam sit media, vt Binius in notis ad Concilia suspicatur; Toletana enim vel Hispanica Concilia, nõ fiebant tàm breui interuallo, cum ante hoc Toletanum, proximum fuerit Cæsaraugustanum ante annos 20. in quo Priscilliani secta dãnata est, & in posterum regulæ quædam tradãtur in hoc Concilio, quibus viuatur, quod nõ fieret, si proximis annis iterum se conuenturos sperarẽt.

6 Hinc colligimus sub Innocẽcio I. Papa nullum Toletanum Concilium videri fuisse celebratum; quia quod Baronius existimat primõ sub Innocentio peractum, agnoscitur non probandum, cum illud peractũ sit, Simpliciano Mediolani sedente, qui obijt anno 400. cum adhuc viueret Põtifex Anastasius. Quod verò Binius suspicatur aliud concilium, sedente Innocentio, Toleti conuenisse, non est verò simile, cum nullum sit eius inditium, præter hanc Epistolam 23. quæ benè iuxta Loaysæ, & Moralis sẽtentiam, sub innitia Innocentij missa censebitur. Quare omninò fictitia videtur Epist. anno 406. ab Innocentio ad Concilium Toletanum missa.

7 Præterea cum Epistolæ huius vnius 23. missæ ad Toletanum Concilium, plures meminerint, nemo meminit istius alterius, quæ à Sirmondo refertur; vel ergo

go tamquam eodem tempore missa profertur ad hãc excludendam, quæ nunc legitur; vel tamquã posteà destinata, si ideó profertur, vt hæc reijciatur, facilius ipsa repellitur. Si velut posteà scripta producitur, tempora designentur, & causæ.

8 Quarto quia hęc epistola laborat vitio falsæ constructionis. Primo ibi. *Iam primum, quod ad ipsam fidem attinet*. Nam posteà loquitur de contentione gratuita, & non necessaria, quæ non modo, non pertinet ad fidem, sed pulchrius esset in ea vinci, quam vincere.

9 Secundo ibi, *quod Bæthici, vel Carthaginẽses Episcopi*. Nam illud, *vel*, potest accipi dubitatiué, & ęquiualenter: si accipitur in sensu dubitatiuo, est falsa constructio, quia Papa decernit de re, cuius nescit causæ statũ, dubitatio enim ex Baldo in rub. c. de probat. *Est animi passio, cum præcisa ignorantia terminorum*. Et dubitans habetur pro ignorante, in Specul. de test. §. 1. versic. item, quod sunt varij. Glosa in l. de æt §. nihil, & in l. qui interrogãtur §. de inter. act. Quare ruit contraria oppositio, quæ dicebatur supponi, vt certum, Papam esse benè informatum, quia non supponitur vbi contrarium demonstrãtur. Si accipitur in sensu æquiualentię, quasi idem sit Prouincia Bæthica, & Carthaginensis, est falsum in Ecclesiastica historia, quia erant diuersæ, vt declarat Conciliũ Toletanum, habitum anno 610. Era. 548. sub Gundemaro Rege; vbi sunt hæc verba. *Scientes proculdubio Carpentaniæ Regionem nõ esse Prouinciam, sed partem Carthaginẽsis Prouinciæ, iuxta quod, & antiqua rerum gestarum monumenta declarant. Ob hoc quia, vna eademque Prouincia est, vt sicut Bæthica, Lusitania, vel Tarraconensis Prouincia, &c.* vbi notandum, *vel*, positum esse in sensu æquiparantiæ, quia tã erat Prouincia, Bæthica, sicut Lusitanea, & Tarraconensis, & hæ omnes à Carthaginẽsi diuersæ erãt. Carpẽtania autem vbi Toletum, & Matritum est, erat pars Prouintiæ Carthaginensis. Atque idem apparet ex notitia Imperij vbi ponuntur Hispaniæ Prouintiæ septem. *Bæthica, Lusitanica, Gallæcia, Tarraconẽsis, Carthaginensis, Tingitana, Balleares Insulæ*. vt ex Zozimo, & alijs memorat Iacobus Gutherus lib. 2. de off. domus Aug. c. 6. & hoc maximé tẽpore Constantini, licet etiam à tẽporibus altioribus idem fuerit, Ecclesiastica enim distributio, sequebatur antiquam diuisionem Prouintiarum, sicut dicitur in c. Prouintiæ dist. 99. illis verbis Anacleti Papæ, *vbi dudum Primates legis sæculi erant*.

10 Tertio apparet falsa constructio ibi, *propter Galliciorũ communionem à pace omnium dissederunt*,

orta

orta contentio est. Nam hęc sententia duo dicit opposita. Primum, ortam esse dissentionē, ideò quod Episcopi Bæthici, vel Carthaginenses, communicauerint Gallęcijs, & separauerint se à reliquis; Secundum quod hinc deducitur Gallecios antea fuisse schismaticos: itaq; dicit Bæthicos, vel Carthaginenses fuisse primos auctores schismatis, & tamen indicat prius Gallecios fuisse schismaticos, quæ sunt opposita.

12 Denique in ijsdem verbis est manifesta peruersio historiæ Ecclesiasticæ, nam schisma, quod fuit in Hispania eo tempore, fuit ob Priscillianum hæreticū Gnosticum, quem nonnulli colebāt; sic enim scribit S. Sulpicius Seuerus Sacræ historiæ lib. 2. *Cæterum Priscilliano occiso, non solum non repressa est hæresis, quæ illo auctore proruperat, sed confirmata latius propagata est, nanque sectatores eius, qui eum prius, vt Sanctum honorauerant, postea, vt Martyrem colere cæperunt, peremptorum corpora ad Hispanias delata, magnisque obsequijs celebrata eorum funera, quin, & iurare per Priscilianum summa Religio putabatur. Ac inter nostros perpetuum discordiarū bellum exarserat.* Hæc Seuerus, qui cum in Aquitania hæc scriberet, significat, ibi maxime hæc mala viguisse, quæ tamen in Asturias, & Galleciā præcipuè manarunt; Erant autem Simphosius, & Dictinius Pater, & filius Episcopi in hac Hispaniæ parte, in qua fere totū hoc turbulentum negotiū erat, & videtur scriptor huius Epistolæ cōfinxisse, Galleciorum communionem fuisse causam schismatis, quia legerat in Concilio Tolet. 1. hæc verba de Simphosio, & Dictinio. *Habentes hanc fiduciam, quod cum illis totius Galleciæ sentiret fidelium multitudo.* Sed in his verbis non dicuntur Episcopi externi secuti Gallecios, sed Gallecij proprios Episcopos. Itaquos mala cōstructio historię est dicere schisma ortū esse ex communione inter Gallecios, & reliquę Hispaniæ Episcopos, cum in Gallecia primum ortum fuerit malum hoc, quod alijs hæresis erat, qui cum Prisciliano sentiebant, alijs schisma, qui rectè sentientes; tantum ob communionem diffidebant.

13 Constat itaque præcipuam schismatis causam, duplicem fuisse, alteram quod Idacius, siue Ithacius, apud Maximum, qui Imperium assumpserat, Priscillianū accusasset, & capite plecti curasset, quod multi Episcopi nō probantes, à cæteris discesserunt. Alteram quod nonnulli Priscillianum ipsum pro Sancto habentes colerent, qui non schismatici, sed hæretici erāt iudicandi. Hoc autem schisma anno 400. iam sopitum fuit, sic enim ait Seuerus loco citato, post Priscilliani supplicium

plicium narratum. *Hoc inter nostros perpetuum discordiarum bellum exarserat, quod iam per quindecim annos fœdis dissentionibus agitatum, nullo modo sopiri poterat.* Ergo vsq; ad annum 400 quo, Concilium Toletanum coactum est, dissidium mansit, quindecim enim anni sunt, à Priscilliani supplicio ad primam Synodum Toletanã, vlterius autem schisma durasse non legitur, nam quæ esset causa dissidij, cum præcipui duces iam partiũ studia dimisissẽt, vt in Cõcilij actis apparet, præsertim autẽ Symphosius, & Dictinius Episcopi pater, & filius, quorũ Dictinius, qui hactenus in parte aduersariorum fuisset, atq; in hæresim pœne lapsus, schisma fecisset, ex hoc tẽpore tã Sancte vixit, vt inter Sanctos Episcopos eius memoria apud Asturicenses colatur, vt scribit Ambrosius Morales. Vt quid ergo fingitur Epistola Innocentij scripta anno 406. ad sopiendum schisma iam sopitum anno 400. Cum igitur hæc Epistola Innocentij, quam affert Sirmondus, annis mille ducentis, nulli fuerit cognita, nullo, vel cõciliorum, vel decretalium libro recepta, nullo historico præteritę ætatis probata, multa impropria, & à veritate, & historia aliena contineat, supposititia, & ficta meritò censenda est, cum etiam Genebrardus scribat, Innocentium vnam Epistolam scripsisse ad Synodum Toletanam, quę est 23. in qua hic locus nõ habetur.

14 Argumentum enim Epistolæ Pontificiæ falsæ, aut surreptitiæ, est falsa constructio, vt decernit Lucius III. Papa & habetur cap. ad audientiam tit. de rescrip. lib. 1. *Ad audientiam nostram te significante, peruenit, quod H. de S. Stephano super absolutione sua litteras tibi, vt prima facie videbãtur, Apostolicas præsentauit, quibus quoniam manifestum continent, in constructione peccatũ, fidem te nolumus adhibere.* Quæ verba cũ significent litteras Appostolicas, falsa cõstructione viciari, intelligendum est, falsam constructionẽ, non solum dici eam, quæ opponitur gramaticæ latinæ, sed etiam eam, quæ rectæ historiæ, & iusto ordini sententiarum, imò eam, quæ opponitur stilo curiæ, & decoro Põtificio. Quare Glosa ad hunc locũ ait. *Vitium latinitatis, viciat rescriptum. Sicut si Papa loquatur vni, in plurali, aut si Patriarchas, vel Episcopos filios appellauerit, tales litteræ sunt falsæ. in fin. de fal. cap. quã graui.* Ac Felinus hoc ampliat, vt etiam si constaret de mente Pontificis, & litteras esse ipsius, tamẽ si adsit falsa constructio, non habeant vim litterarum Pontificiarum.

15 Et confirmatur amplius, quia omnes auctores, qui B. Luciferũ tuendum suscepere, constanter affirmant, B. Luciferum à nullo vn-

vnquam Romano Pōtifice fuisse damnatum, imò nullus eorum, qui contra B. Luciferum scripserunt, hoc asseruit, neque huius Epistolæ meminerunt, quod si hæc verba tam grauia prolata fuissent à Pontifice Innocentio, quis existimet, aut omnes scriptores, etiam contrarios, ea ignorare potuisse; aut si scirent, neminem vllo verbo fuisse aliquod eius inditium daturum. Neque obstat auctoritas Sirmondi nunc illam proferentis, quia, ille, bona fide, ex alio trāscripsit, q̄ inuenit.

16 Secundo respondetur, dato, & non concesso, illā Epistolam esse Innocentij, posse intelligi de Lucifero Smyrnensi, qui fuit auctor illius schismatis secundum D. Isidorum, Lutzemburgum, Montelonium, Honorium Augustudonēsem, Nauclerum, & Erasmum citatos in 2. part. huius lib. c. 16.

17 Sed esto demus fuisse locutum de Lucifero Calaritano, non mirùm Innocentium Papā natione Scotum, vt ait Genebrardus, non satis notam habuisse historiam rerum in Asia gestarum, tempore Liberij Papæ; ideoque in illa fuisse sententia ex historia Ruffini, quæ eo tempore manibus omnium ferebatur, sicut etiam fuit D. Augustinus, quæ, simul cum fama, quam omnes hæretici, imò & Catholici Meletiani, qui vniuersum ferè Orientē occupabāt, sparserunt, (nam Paulinū pauci secuti sunt) fuit tam vniuersalis, & potens, vt hoc ita fuisse existimaret fere vniuersus orbis, atque adeò, vt posset ab Innocentio adduci, tamquam exemplum ad auertendos à simili schismate Hispanos. Cum autem illa historia Ruffini, & fama illa sparsa, fide laboret, vt satis in superioribus ostensum est, Pontificem quoq; fuisse deceptum, narrationibns à verò alienis, dicendum est, sicut diximus de D. Ambrosio, & de Diuo Augustino. Pontificem autem Romanum, licet indeffiniēdis rebus fidei, & morum nō posse errare; in rebus tamen facti, & historiæ posse deficere, exemplis demonstratur; nam S. Leo Papa cum accepisset litteras Eutychetis Archimandritæ, de his, quæ Constantinopoli acciderant, & Sancti Flauiani Archiepiscopi litteras ab Eutychete interceptas nō accepisset, Eutychetem, scripta Epistola, laudauit, S. Flauianum, alijs datis litteris reprehendit, quod negligenter egisset. Re autem melius cognita, S. Flauianum summopere comendauit, Eutychetem verò reiecit; ac similes retractationes litterarū Apostolicarum leguntur in vita Martyni V. & Paschalis II. sed quid egemus antiquis exemplis, cum experientia quotidiana constet, in rebus facti, rescripta, & breuia Apostolica, obreptionis, & subreptionis vitijs sæpius laborare,

18 Ful-

18 Fulcitur hæc responsio. Primo auctoritate D. Hierony. qui fuit coetaneus B. Luciferi, hic in Dialogo contra Luciferianos disserte testatus est, nihil eorum, quę de tali, ac tanto viro (scilicet Lucifero) circunferebantur, se credere, hoc vnum constanter affirmando, ipsum solis verbis, non rebus, à cœteris dissensisse, de quo late superius diximus expendendo hunc locum Diui Hieronymi. Secundo auctoritate S. Damasi Papæ in cuius secundo anno Pontificatus obijt B. Lucifer, Nā in coacto Romæ Concilio, inquo confutauit varios errores, & hæreses multarum Prouinciarum, nullam tamen mentionem fecit Luciferi, nec eius schismatis, quod argumētum, licet sit negatiuum, in pręsenti materia est magni pōderis, quia ad Summum Pontificem tamquam ad Pastorem vniuersalem, pertinebat hunc errorem, & schisma detegere, & condemnare, sicut alios detegit, & condemnauit, nec potuit eum latere, quia comunicauit cum Paulino, & D. Hierony. harum rerū conscijs, imò, & ex historia Ruffini, & fama Orientalium, vsque in Occidentem sparsa, hoc non potuit illum subterfugere.

19 Tertio roboratur, nā eodem modo videtur deceptus Pontifex in illa epistola assignādo causam schismatis Luciferi, quod ei displicuerit, quod in Concilio Alexandrino cum lapsis Arianis factum est; quia manifeste constat ex eodem Concilio, Luciferum acta Cōcilij Alexandrini approbasse, & per suos legatos subscripsisse, vt in 2. part. huius lib. cap. 25. contra Baronium late à nobis ostensum est, neq; enim est aliud, quod probet Pontifices consensisse Concilijs generalibus, quam subscriptiones legatorum in illo Concilio, & Epistola Synodi ad ipsos, vt sępe dictum est. Non igitur mirum, quod in illo loco Pōtifex ille errauerit in facto, quando ibidem deprehenditur errasse in causa facti; atq; adeó vt ex Felino superius dicebamus, hæc epistola Innocentij non habet vim litteræ Pontificię, q̄ obliget ad assēsū; neq; causæ B. Luciferi obest.

20 Tandem ad illud, quod additur in obiectione, scilicet pertinaciam in schismate non posse consistere sine peccato lethali. Respondetur primo negādo suppositum, videlicet B. Luciferum fuisse pertinacem in schismate, quia hoc non euincit auctoritas huius Epistolæ, quæ supposititia est, & dato, & non concesso, quod esset vera, iam ostensum est in materia facti, & historiæ illum Pontificem fuisse deceptum.

21 Secundo, respondetur, dato vtroque, sed nullomodo cōcesso, quod & Epistola esset vera, & Innocētius in facto, & historia non fuisset deceptus, adhuc pertinatia

in

in schismate, per aliquod tempus potest consistere sine peccato lethali, vt de schismate, in capite superiori dictum est, si procedat ex ignorantia inuincibili, quam (dato, & non concesso, quod in schisma in Oriente lapsus fuisset D. Lucifer) habuisse, ex circunstantijs illius temporis ibi probatum est.

Satisfit alijs obiectis contra Ecclesiam Calaritanam, & eius Archiepiscopum. Cap. *LIIII.*

1 NON solum in D. Luciferum, sed etiã in alios Sanctos, quos, in suis Sanctuarijs Calaritana Ecclesia colit, Turritanus inuehitur, vt contra illam, nullum non moueat lapidem, tũ falsa imponẽdo, tum vera calumniando. Opponit enim vndecimo, in Ecclesia Calaritana adorari Ianuarium Episcopum Calaritanum, non solum indignum veneratione; sed etiam ea dignitate, quem id circo, non semel, & asperè reprehendit Sanctus Gregorius.

2 Respondetur, huius Ianuarij, nullam fieri cõmemorationem (cuius ne reliquiæ quidẽ memorantur) in Ecclesia Calaritana. Quod si nemo ex scriptoribus Calaritanis, eũ, Sancti vocabulo, appellat, desumpsit ex antiqua quadam pictura, & sculptura Ecclesiæ Calaritanæ Sancti Diademate insignitis, quod ad traditionem sufficeret. Ianuarius porro, quem Ecclesia Calaritana, offitio duplici veneratur, est vnus ex Sãctis Episcopis, & Martyribus Africanis, qui in persecutione vandalica Arianorum, vnà cum reliquis Sanctis Episcopis, Præsbiteris, Diaconis, & alijs fidelibus, de quibus narrat Victor Affric. *lib. 2. de persecutione Vandalica,* in exiliũ acti sunt; hunc vero, tãdem cum pluribus delatus, post mortem in Crypta (quæ nuc Ecclesia est S. Restitutæ Martyris, & matris Sãcti Eusebij Vercellen.) inuentus est cum duobus alijs Sanctis Ludouico, & Egidiano, quemadmodum liquet ex tabula marmorea in sepulchro inuenta, & his verbis, vnà cum insculpta Cruce, exarata *S. Ianuarius Episcopus, & M. S. Ludouicus Episcopus, & M. S. Egidianus Episcopus, & M. sunt Affricani.*

3 Præterea veneratur, & plures alios Sanctos, quorum reliquię in Basilica S. Saturnini, Ecclesia S. Luciferi, alijsque Sanctuarijs inuentæ sunt, illorum nonnulli memorantur in Kalendario Romano; nonnullorum verò nominibus inueniuntur templa antiquitus in Sardinia dedicata, in quibus omnibus cognoscendis, ea se obtulerunt argumenta inscriptionum, caractherum, & id generis inditiorum, videlicet Martirij instrumentorum v. g. ensium, clauorum,

uorum, vinculorum, & aliorum instrumentorum; terræ aspersæ sanguine, ampullarum vitrearũ sanguine, & reliquijs refertarũm, & insuper, quod huiusmodi corpora non fuerint ibidem sepulta: sed aliunde trãslata, quod ex ipsa ossiũ dispositione, & situ clarescit, & ex ipsorũ sepulchrorũ præciosa constructione, cum epitaphijs ex varijs lapillis mosayco opere concinnatis; item perennis odor, & suauissimus, ex huiusmodi sepulchris, & reliquijs efflatus, valetudo præter naturæ ordinẽ repente ab infirmis recuperata, admotis huiusmodi reliquijs, titulus *Sanctorũ Innumerabilium*, repertus in eminentiori parte altaris Basilicæ Constantinianæ S. Saturnini, quod necessario complectebatur, non solum inuentos intra ambitum illius Ecclesiæ (hi enim non tanti fuere) sed omnes alios per girũ dictę Basilicę in Ecclesijs subterraneis, & Sarcophagis, miro ordine dispositis, repertos, quæ omnia necessario permouerunt Don Franciscum de Esquiuel Archiepiscopum Calaritanum, virum vitæ irrepræhẽsibilis, & qui nomen magni elemosynarij meritis tulit, vt seruato præscripto Sacri Concilij Tridentini adhibitaque matura cum Theologis deliberatione, eas inferret, in celebre Sanctuarium, quòd in Ecclesia Cathedrali extruxerat, publicæque venerationi exponeret, super qua re peculiari scripto, & narratione, certior redditus Sanctissimus Paulus V. edidit Breue sub datum Sanctæ Mariæ Maioris die 26. Maij Pontificatus anno 13. significans voluptatem, quam ex ea relatione percepisset, vnaque propensionem tam pij operis promouẽdi, si quando occasio sese obtulisset. Quæ omnia recenset Abrahã Zouius, in vita Pauli V. Romæ typis mandata, & Sanctissimo Vrbano VIII. nuncupata: Breue autem, seu rescriptum Apostolicum, est tenoris sequentis.



Vene-

VENERABILI FRATRI
ARCHIEPISC. CALARITANO.
Paulus Papa Quintus.



ENERABILIS Frater, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum litteris fraternitatis tuę accepimus, etiã relationem inuentionis Sanctarum Reliquiarum, quas inuentas esse scribis, quæ videbitur libenter, quam maximo dum, & operis argumentum,& Auctoris merita postulant. Intereà scito rem gratam te nobis fecisse, quod illam ad nos miseris, nosque tibi eam charitatem præstare, quam tua merita requirunt, quod re ipsa perspicies, quotiescunque in Domino tibi gratificandi se dabit occasio. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris die 26. Maij Pontificatus nostri anno XIII.

S.C. Sanctæ Susannæ.

4 Insuper non est miranda ingens multitudo horũ Sacrorum pignorum, quæ reperta sunt Calari in prædictis locis; quia cum hæc vrbs semper, & præcipue tempore Romanorum, fuerit Regia, Caput, & Metropolis totius Regni, vt laté c. 3. lib. 2. Primatus Calaritani ostendemus, & in ea fuerint commorati Procõsules, & Præsides Romani, primi Flamines, & prima iudiciaria potestas cũ magno foro causarum, ad illam cõfluebãt plurimi, non solum ex toto Regno, sed ex Italia, Africa, Græcia, & ex alijs mũdi partibus, qui simul cum Calaritanis, Zelo fidei flagrãtes, Martyrium subibant; imò, & ex alijs Regni partibus vincti Christiani tamquã malefici ad eam afferebantur, ibiq; diræ mortis sup-

plicio afficiebantur, & à Christianis, clam sublata ex patibulis, & plateis, Martyrum corpora, in ea sepeliebantur. Hinc tam ingens multitudo, vt meritò ad eam significandam, à priscis Christianis appositus fuerit relatus titulus, in superiori parte Altaris Maioris Basilicæ S. Saturnini repertus, SANCTI INNVMERABILES.

5 Atqui hoc argumentum satis esset ad continendum in officio Archiepiscopum Sassaritanum, ne alioqui grassantem in Sãctos, Dauid inter eos numeret, qui *psal. mo. 72.* ait, *posuerunt in Cœlum os suum, & lingua eorum transiuit in terra*, vt alia littera habet, *vsit Sãctos terra*. Veruntamen deberet imitari modestiam Archiepiscopi Calaritani, & eius Ecclesię, qui tantum abest, vt calumniati sint, vt peculiari cultu, & solemnitatibus prosequti fuerint inuentioné Sanctarum Reliquiarum, quæ tempore Dõ Gauini Manca Archiepiscopi Sassaritani, huius, qui modo est prædecessoris; detecta sunt Turribus, in Templo Sancti Gauini, quamquam pro his colendis, non essent maiora argumenta, quam militant pro Reliquijs Calari inuentis, vt videre est in epitaphijs marmoreis Turribus inuẽtis, & refert Pater Pinto, testis oculatus, in suo tomo de Christo Crucifixo lib. 3. tit. 4. loco 12. num. 36. & sequentibus, in quarum pluribus reperitur sola ✠ in principio exarata, & postea nomen Martyris cum litteris B. & M. in fine *requieuit in pace*, vt in *Fabiano, Marcello, Petronia, Fortunato, Martino, Pisana*, quibus, & alijs signis adductus Archiepiscopus Don Gauinus Manca, illas Reliquias, tanquam Sanctorum Martyrum Turritanorum, Theologorum calculo, exposuit populo venerandas, vt refert Bastelga in sua relatione summaria à nobis relata cap. 40. quamuis eis deesset relatio missa ad Sedem Apostolicam, eoque desideraretur rescriptum, seu Breue Apostolicum, quod maiorem cultui authoritatem adderet, sicut addidit nostris Reliquijs Calaritanis.

5 Quod spectat ad Litanias, quæ Calari in festo Sancti Marci, & Ferijs trium rogationum nõnullisque alijs occasionibus recitantur, numquã Ecclesia Calaritana recensuit alios Sanctos, præter eos, qui censentur in Breuiario Romano; verum quidem est, in Litanijs, quæ typis mãdatę sũt, cũ peculiaribus quibusdam orationibus, Iubilæi tempore, insertos quoq; esse nonnullos Sanctos Patronos, & ciues Calaritanos, exẽplo aliarum Ecclesiarum, idque ab hodierno Archiepiscopo, ꝙ iam tempore sui prædecessoris, introductum inuenisset, toleratũ est, in principio sui regiminis; posteà tamen, accedente decreto

Sacræ

Sacræ Congregationis Rituum, in hoc genere securè cauente, mandauit, ne vllis in Litanijs, vel causa Iubilæi recitandis, amplius insererentur alij, præter Sanctos in Romano Breuiario memoratos, quod executioni datũ, res ipsa, in proximo etiam anni superioris Iubileo, probauit.

Satisfit duodecimæ obiectioni.
Cap. LV.

1 Duodecimo opponit, & exagerat Reliquias Sancti Luciferi, & aliorum Sanctorum exponi, & adorari, sicut alias ab Ecclesia Apostolica approbatas, nõ sine Catholicæ Religionis contemptu, ac decretorum Summorum Pontificum, statutorũ Sacri Concilij, ac Sacrarum Congregationum mandatorum vilipendio.

2 In qua oppositione, iniuria maior sit, an ignorantia, vix discerni potest, quænam illa sint decreta, statuta, mandata nõ significat opponens.

3 Duo sunt capita in decret. *de Reliquijs, & veneratione Sanctorum.* In primo prohibetur veneratio cuiusdam in ebrietate occisi, vel si miracula per eum fiant. In secundo veró cauetur, ne inuentæ de nouo Reliquiæ, publicę venerationi præsumantur exponi, nisi prius authoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ, Vtrumq; condidit Alexãder III. sed quid hinc ad rem nostram? loquitur autem de Reliquijs nouis, hoc est incertis, & incognitis, & in posterum cauet, non veró de Reliquijs Sanctorum, quos iã vetusta Religio, & veneratio cõmendat, quin verò, antiquas Reliquias, ita præcipit Religiosè, & reuerenter haberi, vt nolit etiam eas populo, nisi capsis inclusas, ostendi, *Molfes. cons. 45. num. 10. Contelor. de Canoniz. Sãctorum cap. 22. num. 11.*

4 Concilium Tridentinum *Sess. 25. cap. de inuocat. & vener.* similiter vetat ponere imagines insolitas, aut ponendas curare, nulla etiam admittenda noua miracula, aut nouas Reliquias recipiendas, nisi recognoscente, & approbante Episcopo, &c. hic etiam, nihil est quod militet contra venerationem Sancti Luciferi, & aliorum, & huic etiam est conforme decretum Sanctæ Inquisitionis, nuper, hoc est anno 1625. *die 2. Octobris* editum, quod cum multa in futurum caueat, circa venerationem Sanctorum, simul etiam declarat, nolle se præiudicare in aliquo, neque intendere iis, qui, vel per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi tẽporis scientiam, ac tolerantiam Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij, colun-

coluntur. Hæc,decretum Sanctæ Inquisitionis. Eadē verò decreuerat Sāctissimus Vrbanus VIII. eodē anno *13. Martij*, cuius decreti meminit Congregatio.

5 Quæ tantū ab est, vt sint contra factum,in re, Sancti Luciferi, & aliorum Sanctorum, vt potius summoperé illi faueāt, & approbent hactenus gesta, vt mirū sit, tam inconsideraté; quempiam verbis malignis obgarrire posse aut audere; cum Turritani, in adorandis Reliquijs inuentis in Templo S. Gauini, idem faciant; & quod attinet ad venerationem S. Luciferi, in illa cōcurrunt omnia, scilicet immemorabilis temporis cursus, quippe à quarto nascentis anni sæculo, tenuit inuiolabili tenore,& Religione populi Calaritani,& totiusDiocesis; quæ cum tot pios Doctos, Sāctosque Prælatos habuerit, ab eo tēpore, credibile non est, errasse; hoc enim ad diuinam prouidentiā peculiariter spectat, ex communi Theologorum sententia, ne in simili argumento, fideles suos errare permittat.

6 Secundo eadem veneratio fuit conformis Patribus, Sāctorumq; Patrum scriptis, Sanctus Hieronymus, Beatum dixit,etiam post mortem, quod non conuenit dici,nisi de ijs,quos pie,in Domino obdormisse credimus,imò,& bonū Pastorē. S. Athanasius nō dubitauit asserere, pro tot laboribus Ecclesiæ Catholicæ causa gloriose exanthlatis, Luciferum inter Beatos Cœli collocandum, *scio (inquit) & credo ipsum Dominum, qui Sancto, & Religioso animo tuo reuelauit omnem notitiam, redditurum tibi, etiam pro hoc labore, præmium, in Regno Cælorum, &c.*

7 *Tertio fuisse longissimi temporis scientiam*, superfluum est ostendere, id enim liquet,per traditionem, per continuatam Religionem, Templorū ædificationem, ac denique multorum sæculorū memoriam.

8 *Quarto fuisse tolerantiam Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij voluntatem*, adeò nō est necesse probare, quam in meridie lucem claram esse; neque verò solum fuit tolerantia,sed præsumitur expressa scientia. Habuerunt quippe Sardi, post obitum Sancti Luciferi, S. Hilarum, & S. Symachū Romanos Pontifices, pluribus annis Ecclesiam regentes, quibus nisi perspecta, & probata fuisset Sanctitas Luciferi, & Religio Sardiniæ, Calaritanæ præsertim Ciuitatis,& Diocesis, in eo venerādo, numquā tollerassent. Quod magis,confirmant Indulgentię concessæ à Sede Apostolica, inuisētibus Templū S. Luciferi, & imagines eiusdem cū Diademate, & titulo Sancti, Romæ de licentia Superiorum excusæ.

9 Clarum porro est apud Doctores, ne dum tot sæculorum

cur-

cursum, sed vel lapsum annorum 30. sufficere, vt in celebrando, alicuius Sancti festo, præsumatur confirmatio Pontificis, & si alioqui is Sanctus non sit canonizatus *Ias. l. sciendum numero 16. & 17. ff de verb. oblig. Alciat. cons. 17. num. 84. lib. 4. Rota decis. 179. nu. 1. par. 2.* & plures alij, quos refert, & sequitur *Cantelor. de Canonizat. Sanct. cap. 4. num. 15.*

10 Vt ommittam hanc eandem causam contra Sanctum Luciferum, & S. Georgiũ Calaritanos, jam præteritis annis 1606. vsque ad 1608. tempore Pontificatus Pauli V. ab alijs calumniatoribus (qui omnes Diuino Vlciscente numine, breui infæliciter perierunt) exagitatam fuisse, & coram Sacra Congregatione Rituũ discussam, neque aliquid contra dictam venerationem decreuisse, pauci habitis eorum oppositionibus. Imò posteà imagines Sancti Luciferi cum titulo, & diademate Sancti excusæ sunt Romæ cum licentia Superiorum, & Indulgentiæ ad eius Sanctitatis deuotionem magis augẽdam, concesse, vt in 3. par. huius lib. cap. 58. ostensum est.

11 Sed obijcies cum Baronio cõtra Ioãnem Arca, ante inuentionem Reliquiarum Diui Luciferi, nullum diem determinatum alicuius mensis fuisse assignatum eius celebritati in Diocesi Calaritana, quod est signum antiquitus, non fuisse in ea, eius cultum, & venerationem.

12 Respõdetur Ecclesiam Calaritanam primis sæculis celebrasse festum B. Luciferi, quia antiquissimæ Ecclesiæ post eius obitum in illius honorem constructę, huius plenam fidem adstruunt, ad quid enim Templũ absque cultu, & veneratione? quod ideò erectum est, vt in eo Sanctus inuocaretur, & cultus Calaritanæ Ciuitatis B. Lucifero præstaretur; Quod si sequentibus sæculis vsq; ad nostrum huiusmodi celebritas exoleuit, id ratione bellorum, & tumultuum, qui fuerunt in Insula, Diræ Vandalorum, & Saracenorũ seruituti multis annis mancipatæ, Archiuorum incendijs, & alijs causiis, tẽporũ iniurijs obortis tribuendum est, cuius plurima exempla, tàm in alijs Prouintijs, quàm in nostra Sardinia prę manibus habemus, in quibus intermissa celebritas temporũ interstitijs, varijsque euẽtibus, deinde fœlicius restituta fuere, sic festũ Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, eiusque ortus, quæ aliquando priuatè, aliquãdo publicè acta, intermissa deinde fuit, donec vniuersalis Ecclesia perpetuam atq; immobilem instituit ob illam diuinam reuelationem cælitus factam, vt tradit Bernardinus de Bustos, in suo Mariali.

13 Idem cõstat de festo Stigmatum B. Franc. ꝙ Papa Benedictus

XI.

XI. duplici officio celebrari voluit, quod posteà lapsum (verba sunt Breuiarij in officio Stigmatum) Paulus V. Pontifex Maximus restituit, & similia possunt afferri exēpla in alijs Prouintijs; In nostra Sardinia plura occurrunt, Nam S. Priamus Marty. in Martyrologio Romano collocatus, Ecclesiam vetustissimam habet in Regione Sarabensi sitam in Cliuo montis Miri, ibi Altare cum Imagine S. Priami vetustissima cum hoc epitafio sui nominis *S. Priamus Sardus*, & tamen festum, & celebritas eius pœnitus exoleuerat immemorabili obliuione, semperque est actū festum SS. Primi, & Fœliciani, errore illius Regionis communi. Sic in Sancto Bartholomeo M. & in S. Elia, etiam M. quorum antiquæ Ecclesiæ, constructæ sunt propé Calarim, tribus milliaribus ab vrbe distantibus celebritas antiqua exoleuerat, equiuocato nomine cum B. Bartholomeo Apostolo, & Elia Propheta, quousque nostris temporibus inuentis eorum Sacrosanctis Reliquijs, fuit de nouo restituta. Idem in Sancta Cecilia Virgine, & Martyre Sarda (distincta à Romana) euenit, cuius festum Calari exoleuerat, & nostris temporibus, inuento eius Sacro corpore, restitutum, & plura alia possunt afferri exēpla, quæ breuitatis causa ommittimus.

14 Addo celebritatem B. Luciferi absque intermissione, quotannis, exercitam fuisse in Ecclesia Oppidi de Selarjus, aliquando tamē sub nomine S. Luxorij, æquiuocatione contracta ab ignaro vulgo, ex Lucifero, & Luxorio, quæmadmodum, & Sarabenses circa nomina Priami, & Primi, aliæq; plebes errore communi, cum antiquissima tabella, & pictura ipsius Altaris cōuincat fuisse Templum B. Lucifero dicatum, non B. Luxorio, hic enim fuit sæcularis æques, ille Episcopus, quem imago præsefert, & repræsentat, simul cum B. Virgine, quæ in ea depicta cernitur.

15 Quod verò attinet ad alios Sāctos, in Sāctuario Calaritano expositos. Respondetur constare immemorialem antiquitatem fidelium venerationis, etiam ab illis sæculis, nam multi illorum reperiūtur in Martyrologio Romano, in alijs antiqua Tēpla eorū Sanctitati dicata reperiūtur; aliorū deniq; antiquam venerationem â primis sæculis testantur epitaphia, inscriptiones, & reliqua, quæ requiruntur, iuxta normam Concil. Triden. circa venerationem Reliquiarum, Summo Pontifici relata, & ab eo, gratulatione, tacitè approbata, quibus nullo modo cōtradicunt moderna decreta, quæ de modernis Sanctis, & veneratione Reliquiarum, sine prædictis circunstātijs.

& no-

& notis intelligenda sunt, vt ommittã aliquos ab opponente falsò (vti solet) citari in summario, qui in Ecclesia Calaritana nunquam auditi, nec nominati sunt.

Satisfit decimo tertio obiecto.
Cap. LVI.

1 DEcimo tertio opponit, amotam fuisse Calari venerationem, & imaginem D Proti. Respondetur Archiepiscopum Calaritanum, suamq; Ecclesiam, venerari Sanctum Protum, vt Martyrem Sanctissimum; quod cautum fuit, cõcernit quamdam tabellam pictam, domi cuiusdam laici priuati Sassarẽsis (qui appellatur Matthæus Manconi) seruatam, quam, in festo horum Sanctorum, inter alias picturas, nouiter exposuerat, ad sacellum ornandum, in ea videbatur S. Protus, Pallio supra Casulam, paucis diebus ante depicto, cum Cruce Patriarchali, & Mitra ad pedes, etiam recentiore pictis (vt cum iuramento testificauerunt Pictores, ad videndam, & recognoscẽdam dictam tabellam vocati) eo ingenio, vt prætẽsum Primatum à Sassaritano Archiepiscopo, in opinionem vulgi imitteret: aiunt enim (sed falsò) Sãctum Protum fuisse Archiepiscopum Turritanum.

2 Hæc ergo nouitas, quæ (tempore litis Primatus) contra ipsum Martyrologium Romanum, & contra omnes historias, etiam Turritanas (vt videre est in Fara Archipresbytero Turritano *lib. 1. de Rebus Sardois*, qui allegat Codicem antiquum Curiæ Turritanæ, & historias antiquas Archiepiscoporum Cano, & Alepusij) sese obtruserat, moderanda fuit ab Ordinario; constat enim ex his S. Protum fuisse Saccerdotem simplicem, talemque exhibent omnes Picturæ, vetustæ, & nouæ, quod non solum liquet ex maiori tabula, in Sacello B. M. V. Carmelitanæ Ciuitatis Calaris, vbi istud festũ agebatur, verum in reliquis omnibus picturis, non solùm Calaris, sed omnium locorum totius Regni, Romæ, & in orbe, vt poterit iuridicè (si libuerit) testibus omni exceptione maioribus, nunc degentibus in Vrbe, qui neutrales sint, nec Calaritani, nec Sassaritani: Vetat enim Conc. Triden. *sess. 25. in tit. de inuocat. venerat. & Reliquijs Sanctis, & Sanctis Imaginibus*, vllam insolitam ponere, vel ponẽdam curare Imaginem, in quocunque loco, vel Ecclesia, etiam exempto.

3 Porrò pictura, quam exhibuit Turritanus, cum testificatione Redeoliues Secretarij Mẽsę Turritanæ, licet videatur antiqua, & lacerata, verisimilius est fuisse suppositiciam, & artificio antiquatam; tũ quia singulare exem-

plum est, numquam alibi visum, & sine vllo adminiculo alicuius Martyrologij, & historiæ veridicæ (& si habent, producant) tum quia Turritani, & ipse Redeolilues sunt soliti similia facere, & inuerisimilia; imò falsa propalare, vt patet in his, quæ scripserunt de fundatione Templi Sācti Gauini Turritani, contra omnes historias generales orbis, vt latè ostendit Dionysius Bonfant *in suo Triumpho Martyrū pag. 537. lib. 13. cap. 31. à §. 1. vsque ad 16.* & in Cathalago primorū Antistitum Turritanorum, Sassari excuso anno 1625. in constitutionibus Synodalibus factis per modernum Archiepiscopum, qui omnes (Valentino relicto) euidenter impugnantur à nobis in libro secundo de Primatu Calaritano cap. 16. tum denique quia incredibile est, hanc picturā, in loco publico Ecclesiæ Turritanæ palam positam, latuisse Canum, & Alepusium antiquos Antistites Turritanos, nec illius meminisse Codicem antiquum Curiæ Turritanę, latuisse insuper Faram Archipresbyterum Turritanum; notæ eruditionis, inter ipsos, sicut, & alios authores, qui scripserunt de Sanctis Turritanis, & quod incredibilius est, latuisse Don Ildelfonsum de Lorça, & D. Gauinum Manca prædecessores moderni Archiepiscopi, & validissimos defensores, & zelatores honorum, & prærogatiuarum Ecclesiæ Turritanę, qui in picturijs, in editione, & impressione omnium imaginum, etiam Romæ ab ipsis fieri iussis, Sanctum Protum, vt simplicem Sacerdotem expræsserunt.

4 Ipsam verò imaginem, & tabellam dicti Manconi, Archiepiscopus Calaritanus, custodiri mandauit, in Oratorio Palatij Archiepiscopalis, cum magna reuerentia, deleto tamen Pallio, Mitra, & Cruce Patriarchali, ineptè, & nouiter pictis, vtique sine tunicellis, sine quibus pallium deferri non potest, & non fuit restituta dicto Matthæo Manconi, ne de nouo, deleta faceret depingere, & esset noua occasio tumultuum, & scandalorum in illa Ciuitate, & fuit mirum aliquam maximam commotionem populi, imò, & manuum iniectionem in ipsum, à Calaritanis non fuisse sequtam, & quidem dignus erat supplitio, sicuti oēs nouatores, qui ansam præbent, & occasionem, huiusmodi scandalis.

5 Imò vlterius supplicat Calaritanus Sacram Congregationem, vt tàm Archiepiscopo Turritano, quàm alijs omnibus mandetur, ne in posterum Sāctum Protum depingant, vel depingere faciant, aut excudere, nisi vt simplicem Sacerdotem, vt in Martyrologio, & historijs cōtinetur, & vti in picturis omnibus sem-

per

per fuit obseruatum, quia non solum omnis nouitas est vitanda, sed etiam quia ista præiudicat iuri Primatus Calaritani, præcipuè post motam litem. Ex quibus, &c,

6 Visa hac nostra defensione à Sancta Congregatione, & maturê (vti in omnibus rebus solet) re discussa; circa Imaginem Sancti Proti decreuit, solum esse depingendam, vt simplicis Presbyteri, prout in Martyrologio Romano. Circa venerationem verò Sancti Luciferi, & aliorũ Sanctorum, quos colit Calaritana Ecclesia nihil innouauit, & quãuis pluribus alijs oppositionibus semper Turritanus acriter institerit, contra eius Sanctitatem reclamando, ipsa Sacra Congregatio, eius continuas oppositiones parui pendens, semper, instar columnæ, immota permansit, ita vt illi, in hac re, tot ventorum furijs à Turritamo agitatæ, possit illud Virgilianũ 4. Æneidos applicari.

Ac veluti annosam, valido cũ robore quercum,
Alpini Borea, nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant, it stridor, & altè
Consternunt terrã, concusso stipite, frondes:
Ipsa hæret scopulis, & quãtũ vertice, adauras
Æthereas, tãtũ radice in tartara tẽdit. (heros
Haud secus assiduis hinc, atq; hinc vocibus
Tunditur, & magno, præsensit pectore curas.
Mens immota manet, lacbrymæ voluuntur inanes.

Quod si hæc arboris comparatio, propter eius frondes, ventorum furijs aliquando subcumbentes, minus arriserit, accipiat lector aliam immotæ rupis, ex eodem Virgilio 10. Æneidos.

Ille velut rupes, vastum, quæ prodit in æquor
Obuia ventorum furijs, expostaque ponto.
Vim cunctam, atque minas perfert, cœlique marisque
Ipsa immota manet.

Finis Partis Quartæ.



Auctor Lectori optimo.



VIA vnum ex præcipuis fundamentis defensionis Sanctitatis Beati Luciferi Archiepiscopi Calaritani, est mirabilis inuentio eius Reliquiarum in Ecclesia suo nomini, & Sanctitati à priscis sæculis dicata, cum tribus Epitaphijs eius Sanctitatē declarantibus, & miracula facta à Deo per intercessionem B.Luciferi, & ad contactum Reliquiarum illius; Ideò libuit in fine prædictæ defensionis Typis mandare, copias Instrumentorũ, & informationum iuridicè super omnibus his receptarum, vt plenius constet factum, quod in dicta defensione supponitur.

Prima est in qua continetur inuentio prædictarũ Reliquiarum in prædicto loco, & Templo, cum interuentu plurium testium omni exceptione maiorum, & præsentibus quinque publicis Notarijs, qui suis attestationibus, & signis illam obsignarunt.

Secunda, in qua continetur iuditium Theologorum, quos iuxta formam Sac.Conc.Trid. Don Franciscus Esquiuel, tunc Archiep.Calaritanus congregauit, vt eorum calculis, & assensu, prædictæ Reliquiæ B.Luciferi publicæ Venerationi exponerentur; sicut nemine discrepante fuit decretum, & executioni mandatum.

Tertia, in qua cõtinetur principium inuentionis Reliquiarum B. Luciferi Calaritani, à Diuino numine incepisse, diuinitus, reuelatione facta cuidã S.viro Soc.Iesu nuncupato, Franciscus Hortolà, *qui spiritu profetico designauit locum in Templo, in quo effodientes, hoc cæleste Thesaurum reperiretur, quod rei probauit euentus, sicut in alijs casibus, & inuentionibus, spiritu profetico, ab eo pronunciatis idem euenit, vt testes deponunt; Continet etiam hæc vltima scriptura plura miracula à Deo facta in confirmationē Sanctitatis B.Luciferi, & eius SS.Reliquiarũ, quibus sicut & alijs, Deus serui sui Sanctitatem etiam declarauit.*

Consultò autem illas in hunc locum remisi, nec in defensione inserui, ne vel legentibus fastidium generarent, vel filum defensionis interrumperent. Hic verò erit in libertate legentis nostram defensionem, vel prætermittere si libuerit, vel legere si maluerit.

COPIA

COPIA INSTRVMENTI AVTHENTICI

INVENTIONIS CORPORIS S. LVCIFERI cum eius Epitaphijs.



N nomine Sanctissimæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, trium personarum, & vnius solius Dei veri, qui viuit, & regnat semper, & sine fine, & in honorem, & gloriam Virginis Sanctæ Mariæ Dominæ nostræ, & Beati, ac gloriosi S. LVCIFERI Archiepiscopi Calaritani, Primatis Sardiniæ, & Corsicæ, lucis, & speculi, ac defensoris Sanctæ Ecclesiæ Romanæ, & omnium aliorum Sanctorum, ac Sanctarum Calaritanæ Ecclesiæ. Sit notum cunctis hanc scripturam, & publicum instrumentũ visuris, audituris, & lecturis in iuditio, & extra, qualiter hac die Lunæ decima nona præsentis mensis Iunij, millesimi sexcentesimi vigesimi tertij, Indictione sexta, Pontificatus Sanctissimi Patris Nostri Gregorij Papæ XV. anno tertio, Regente Inuictissimo Rege Domino nostro Philippo IIII. Cum Reuerendissimus Don Sebastianus Carta, Dei, & Sanctæ sedis Apostolicæ Gratia, Episcopus Medauren. de Consilio Regis Domini nostri, Canonicus Sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ, & Primatialis Calaritanæ, & in spiritualibus, & temporalibus Vicarius generalis, Illustriss. & Reuerendissimi Don Francisci Esquiuel, Dei, & Sanctæ sedis Apostolicæ Gratia, Archiepiscopi Calaritani, Episcopi vnionum, Primatis Sardiniæ, & Corsicæ, Confalonarij Sanctæ Romanę Ecclesię, Prioris Sancti Saturnini, Domini Baroniarum de Suelli, & Sancti Pantaleonis, & Insulæ Sancti Antiochi, Regijque Cõsiliarij, simul cum Magnifico, & Egregio Doctore Ioanne Carnicer, Consule primo in ordine, anno præsenti, Magnificæ Ciuitatis Calaritanæ, & Assessore Regij Patrimonij pro Sua Maiestate, & in præsentia Venerabilium Ioannis Barrai, Mauri Serra Sacerdotis, Sebastiani Carboni Subdiaconi, oppidi de Mandas, Doctoris Ioãnis Francisci Carmona, Ioannis Antonij Fadda Nuncij Ecclesiastici, Saturnini Hortu, Nicolai de Fenu oppidi de Oliena, Ioannis Mransoi oppidi de Bitti, Michaelis Pugioni, Ioannis Mariæ Arca, dicti oppidi de Bitti, Ioannis Andreę Pilloni oppidi de Siliqua, Iosephi Gayane de Bitti, & Gasparis Sirigu Notarij, & Secretarij Curiæ, & mensæ Calaritanæ, & aliorum multorum, se transtulisset in locum, & situm, in quo annis præteritis fuit

inuen-

inuentum corpus gloriosi Sancti Vincentij martyris, quiquidem situs, est vna ex Capellis Ecclesiæ subterraneæ, gloriosi S. LVCIFERI Archiepiscopi Calaritani sitæ in appendice Villæ nouæ distantis per ictum lapidis circiter à Basilica Sancti Saturnini, & cum fuisset iussum effodiri in dicta Capella in præsentia suæ Reuerendissimæ Dominationis, & aliorum testium, & Secretarij, post duas horas cũ dimidia, à quibus effodiri cœptum fuerat, inuentũ fuit, vulgo dictũ vn traspol, calcis antiquæ crassitudinis ferè trium digitorum, sub quo fuit detectum quoddam Epitaphium, siuè inscriptio insculpta, in quodam marmoreo lapide albo, duorũ palmorum parum minus, latitudinis verò vnius palmi, & crassitudinis duorum digitorum, fracto in quatuor partes, seu fragmenta diuersæ magnitudinis, qui fuit fractus ob incõsiderationem effodiẽtium, quod quidem Epitaphium, siué inscriptio, est tenoris sequentis.



HIC IΛCET B. M. LVCIFΕRVS
ARCΕPIS9 CΛLARITANVS,
PRIMARIVS SΛRDINIE ΕT
CORCICΕ, CA. FI9.
S. RMΕ ΕCCLESIAE, QVI VIXIT
ΛNNIS LXXXI. K. DIΕ XX. MAI.





Et continuando in effosione tota die perpendiculariter sub loco in quo inuentus fuerat titulus, seu inscriptio fere per octo palmos infra, de serò fuit detectũ vulgo dictũ vn traspol in modũ tecti, seu coperturæ sepulchri laboratum, opere mosaico, diuersorum colorum, & cum esset valde seró, & non posset amplius laborari, fuit iussum dictum opus mosaicum cooperiri quadam storía vsque in diem sequẽtem. Die Martis vigesima præfatorum mensis, & anni, absque eo quod aliquis accessisset ad dictum opus mosai-

cum

cum, fuit mundatum, & extracta tota terra, quæ existebat in dicta Capella, & in hoc tota fuit consumpta dies. Die autem sequenti mercurij vigesima prima præfatorum mensis, & anni, qua die Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus Calaritanus, cum nō plene valeret, ordinauit, & mandauit dicto Reuerendissimo Episcopo Maduaren. suo Vicario Generali, quod se conferret ad dictam Ecclesiam Sancti Luciferi, vt videret, quid lateret, seu ad esset sub dicto opere mosaico, vt supra detecto, ideoque de sero cum assistentia, & in præsentia Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Don Ioannis Viues, Proregis Locumtenentis, & Capitanei Generalis pro sua Maiestate in præsenti Regno, Nobilis Don Francisci Pacheco Regentis Regiam Cancellariam in isto Regno pro sua Maiestate, Magnificorum Consulum eiusdem Ciuitatis in ordine, Primi, Quarti, & Quinti, Doctoris Ioannis Carnicer, Monserrati Vacca, & Martini Saba, Doctoris, & Decani Ioannis Atzori Cancellarij Apostolici, & Regij, in isto Regno, Don Gasparis Viues Archidiaconi Muri veteris filij suæ Excellētiæ, Doctorum, & Canonicorum Antonij Tola, & Melchioris Pirella, Achillis de Busquets, Antiochi Astrada, Ioannis Fortesa, & Didaci Fadda, Don Ioannis de Monpalau, Patris Antiochi Carta, & Patris Rectoris Seminarij Francisci Pinna, Patris Saturnini Vssena, Patris Andreæ Contena, Societatis Iesu, Patris Fratris Petri Berra Vicarij Generalis Ordinis Sācti Francisci de Paula, Patris Fratris Melchioris Valiente eius Socij, Patris Fratris Antonij Marcer Ordinis Sancti Francisci Obseruantiæ, Confessarij suę Excellenciæ, Don Didaci de Aragaill habitus Sancti Iacobi, & Gubernatoris Capitum Calaris, & Gallurę, Don Pauli de Castelui habitus Sancti Iacobi, & Procuratoris Regiæ Maiestatis, Dō Melchioris de Silua, Reuisoris eiusdem Maiestatis, Don Francisci Masons Regij Depositarij, Saluatoris Pitzolo, Petri Fortesa, Doctoris Ioannis Francisci Carmona, Doctoris Michaelis Bonfant, Doctoris Melchioris Garset, Doctoris Andreæ Hordà, Doctoris Don Augustini Capay, Doctoris Ioannis Mariæ Tanda, Antonij Scorça, Sisinnij Setxi, Antiochi Corellas, Andreę Pilot, Ambrosij Py, Gabrielis Pitzolo, Reuerendi Doctoris Monserrati Vacca, Venerabilis Saluatoris Corellas, Doctoris Ioannis Ferret, Don Francisci Manca, Hieronymi Sāchez Santoro, Ludouici Luciani, Ioannis Francisci Lecca Notarij, Ioannis Baptistę Parti Notarij, Gasparis Litago, & aliorum quam plurimorum, tàm Ecclesiasticorum, quàm sæcularium in multitudine copiosa, naturalium, & alienigenarum, diuersorum Regnorum, in quorum, & Notariorum infrascriptorum præsentia, fuit ablata terra, quæ erat supra dictum opus Mosaicum, & aqua mundatum, vt possent benè legi litteræ, quæ in eo remāserant, & fuerunt detectæ aliquæ; quibus visis per Suam Excellentiam, & per

alios

alios testes, & Notarios, Sua Excellentia mandauit dictis Notarijs, quod transcriberent, & extraherent fideliter litteras, quæ legi valebant, & poterāt ex dicto opere Mosaico, & quod super illis, & super omnibus alijs inueniendis conficerēt instrumenta necessaria, in quorum executionem, viso, & recognito dicto opere Mosaico, quod propter suam magnam antiquitatem, tum quia opus erat in angulis fractum, non potuerūt extrahere nisi characteres, & litteras sequentes.

VIXIT ANNI

. SIIID XVII

Λ CE E

MΛIΛS

Et transumptatis, atque extractis, vt dictum est dictis characteribus, Sua Excellentia de voto dicti Reuerendissimi Domini Episcopi, desiderans summoperè peruenire ad finem, & totalem conclusionem dicti negotij, ambo mandarunt annichilari dictum opus Mosaicum, & characteres, quibus annichilatis, & fractis infra post distantiam vnius palmi cum dimidio fuit detectum quoddam Sepulchrum, lateribus, & calce fabricatum ad similitudinem Arcæ coopertum lapidibus compositis antiquissima, & fortissima calce, & postquam medietas dicti Sepulchri fuit detecta, inuentum fuit quoddam fragmentum marmoris antiqui in forma triangulari, ferè in pectore corporis Sancti existens in quo quidem marmore erat insculpta Crux cum nonnullis characteribus, siuè litteris claris, & distinctis, & sunt quæ sequuntur.



Et statim atque lectæ fuerunt dictæ litteræ dictus Excellentissimus Prorex flexis genibus proprijs manibus accepit marmorem præfatum, & magna cum deuotione, & cordis teneritate illum deosculatus fuit, & oculis proprijs applicauit, & idem fecerunt dictus Reuerendissimus Episcopus, & omnes alij circunstantes per manus Domini Doctoris, & Canonici dicti Doctoris Pirella, & posteà hæc fuerunt significata Illustrissimo Domino

Archi-

Archiepiſcopo, adquem fuit tranſmiſſum Epitaphium præfatum per medium Canonici Didaci Fadda, & ſtatim atque Sua Illuſtriſſima, & Reuerendiſſima Dominatio illum vidit, iuſſit pullari Campanas in modum feſtiuitatis, & lętitię, tàm ſcilicet Eccleſię Cathedralis, quam Parrochialium, Monaſteriorum, & Eccleſiarum totius præſentis Ciuitatis ingratiarum actionem, & ſingularem letitiam, & iubilum, ob peculiarē; & ſingularem fauorem cum incremento receptum de manu altiſſimi, ob eius ſingularem pietatem, & clementiam, & ob ſingulare beneficium collatum huic ſuæ Ciuitati Calaritanæ, illam decorando Sancto Corpore illius Prælati tam inſignis, & accerrimi defenſoris Sanctæ Fidei Catholicæ, glorioſi, & Beati Sancti Luciferi Archiepiſcopi Calaritani, cuius Sanctum Corpus fuit illicò iuſſum extrahi de Sepulchro, & cum ab annis mille, & vltra fuiſſent ſepulta illius Sacra oſſa, & propter inclementiam temporis, cui fuerāt expoſita nō potuerunt extrahi integra, ſed perfragmenta, tā ſcilicet caput, quam coſtæ, & oſſa, Gumerum, & alia oſſa dicti Sancti Corporis, quæ poſita fuere in quadam arca cooperta guaſapino ſerico, carmeſini coloris deauratis clauiculis, quam arcam ad hunc effectum miſit Dominus Archiepiſcopus, & poſt quam totum Sanctum Corpus fuit poſitum in dicta arca, ipſa claue clauſa, fuit cum cuſtodibus depoſitata in Baſilica Sācti Saturnini, vſque quo ordinaretur, & pararetur quędā ſolniēſſima pompa, & proceſſio, ad cum ea transferendum, & aſcendendum Glorioſum Sanctum Luciferum ad ſuam Eccleſiam Cathedralem, & Spōſam, & facto depoſito dictæ arcæ in ſupradicta Baſilica Sancti Saturnini, dicti Reuerendiſſimus Epiſcopus, & Magnifici Conſules præfatæ Ciuitatis requiſiuerūt nos ſcribas, & Notarios infraſcriptos, quod ipſis daremus fidem, & teſtimonium cunctorum, quæ geſta fuerāt, & præceſſerant in inuentione Corporis Glorioſi Sancti Luciferi modo, & forma ſupradictis. Quæ omnia geſta fuerūt corā nobis infra ſcriptis ſcribis, & teſtibus ſupra nominatis, dictis diebus Menſe, & Anno.

Sig ✠ num mei Ferdinandi Sabater Notarij, & Secretarij Locumtenētiæ Generalis iſtius Sardiniæ Regni, qui præmiſſis mediante ſubſtituto interfui, & requiſitus clauſi.

Sig ✠ num mei Gaſparis Sirigu, auctoritate Apoſtolica per vniuerſum Notarij publici, Curiæ quæ, & Menſæ Archiepiſcopalis Calaritanæ Secretarij, qui vnà cum Cōnotarijs meis interfui, alioque calamo ſcribi feci, rogatus, requiſitus clauſi, & ſignaui.

Sig ✠ num mei Petri Piu, authoritate Regia per omne præsens Sardiniæ Regnum, publici Notarij, & Domus Magnificæ Ciuitatis Calaritanæ Secretarij, qui præmissis interfui, requisitus clausi.

Sig ✠ num Ioannis Antiochi Corona Authoritatibus Apostolica per vniuersum, Regia verò per omne presens Sardiniæ Regnum Notarij, Calaritani, ac Illustris Capituli, & vniuersæ Communitatis Sedis Primatialis huius Ciuitatis Secretarij, qui presentes, dùm sic vt premittit agerentur dicerentur, & fierent, vnà cum prænominatis Connotarijs præsens interfui rogatus, & requisitus clausi, in fidem.

Sig ✠ num Hieronymi Aleu Calaritani, Authoritatibus Apostolica vbique, Regia vero per vniuersa, & singula Regna, Ciuitates, loca, & Dominia Sacræ Catholicæ Regiæ Maiestatis Domini Nostri Regis Castellæ. Aragonum, Sardiniæ, Notarij publici, qui prædictis dum sic agerentur, & fierent præsens interfui, & sic fuit coram me, vnà cum prædictis testibus, & Connotarijs meis præfatis actum clausi, rogatus, & requisitus fidem faciens.

Ad maiorem tantæ inuentionis corroborationem, Illustrissimus Dominus Don Franciscus Esquiuel tunc Archiepiscopus Calaritanus, iussit recipi iuridicam informationem ab omnibus testibus, qui in ea interfuerunt, sicut recepta fuit, in qua tàm Excellētissimus Prorex, quā omnes alij in præcedente Instrumento relati medio iuramento testati sunt, se in prædicta inuentione Reliquiarum Sancti Luciferi personaliter interfuisse, & omnia quæ in prædicto Instrumento narrantur, proprijs oculis vidisse; Plures etiam, ex eis testati sunt immemorabilem traditionem, & venerationem erga Sanctitatem B. Luciferi, sicut, & antiquissimum Templum suo nomini dicatum, prout latè in prædicta informatione continetur, quæ in tantæ rei perpetuam memoriam, in Curia Calaritana seruatur.

Votum

VOTVM, ET IVDITIVM

Theologorum infrascriptorum, quos congregari iussit, & mandauit Illustriss. & Reuerendiss. Dominus D. Franciscus Esquiuel, Archiepiscopus Calaritanus, &c.



Ostquàm inuentę fuerunt Reliquiæ Gloriosi Doctoris, & defensoris Ecclesiæ Catholicę S. LVCIFERI olim Archiepiscopi Calaritani die 21. mensis Iunij anni 1613. Archiepiscopus Calaritanus D. Franciscus Esquiuel, vt meliori modo possibili obseruaret dispositionem Sacri Concilij Tridentini sess. 25. de Reliquijs Sanctorum. Cōgregauit Theologos die 23. eiusdem in eius Palatio, in qua congregatione interuenerunt cum sua Illustrissima Dominatione, D. Vincentius Bacchallar Episcopus Bosanen. D. Sebastianus Carta Episcopus Madauren. Doctor Ioannes Atzori Decanus, Doctor Melchior Pirella Canonicus Ecclesię Calaritanę, Doctor Antiochus Strada Canonicus Ecclesię Vsielen. cū Patribus Fratre Magistro Vincentio Goni Vicario Generali Sancti Dominici, Fratre Antonio Marcer Obseruante, & confessario Dominorum Proregum, Patre Magistro Fratre Ioanne Galuan Cōmissario Obseruantium, familiæ Franciscanę, Patre Magistro Fratre Ioanne Belda Visitatore Patrum S. Augustini, Patre Magistro Fratrę Francisco Serrano Vicario Generali Patrum Carmelitarum calceatorum, Patre Magistro Fratre Hieronymo Fuertes Commendatore conuentus Beatę Marię de Mercede, Patre Fratre Antonio de Castello, Prouinciali Capuccinorum, Patre Raphaele Garau Prouinciale Societatis Iesu, Patre Augustino Castagna, Rectore Collegij Calaritani, eiusdem Societatis, Patre Magistro Fratre Francisco Manca Dominicano, Patre Magistro Fratre Didaco Casada Augustiniano, & Patribus Saturnino Vrsena, Antiocho Carta, Saluatore Pala, & Antonio Lopez Theologis Societatis Iesu. Quibus exposuit Dominus Archiepiscopus qualiter inuentæ fuerant Reliquiæ, & corpus gloriosi S. Luciferi, declarando modum inuentionis, & cunctis oculariter ostendēdo Epitaphia, & Inscriptiones inuentas. Primū s. in quatuor diuisū fragmentis marmoreis diuersæ magnitudinis, quod inuentū fuit sub quodā vulgo dicto traspol, humi septē, vel octo palmis ante Sepulchrū Sancti, in cuius inscriptione legitur, & vocatur, Beatæ memoriæ Luciferus, &c. In secundo, quod est in forma triāgulari, fuit inuentū intus sepulchrum ferè in pectore corporis; legebantur hæc verba S. Luciferus Episcopus. Et quod ipse Illustrissimus Dominus Archiepiscopus scire desiderabat, an sine dif-

ficultate possent exponi Populo, Reliquiæ dicti Sancti, vt adorarentur, & petijt, quod omnes tanquã Theologi sibi pate facerent ipsorum iudicium, & votum. Et incipiendo Dominus Episcopus Bossanen. omnes prosequuti fuerunt per ordinem, quo vt supra descripti sunt, & concluserunt nemine discrepante, quod sua Illustriss. Dominatio non solum debebat, sed etiam tenebatur Populo exponere dictas Reliquias, tanquã Reliquias Sancti antiqui, & valdè benemeriti de omni Ecclesia Catholica, cum Altissimus sibi concessisset, quod eas inueniret post mille, & tercentos annos à quibus iste Sanctus ab hac vita mortali ad immortalem, & Cœlestem conuolauerat, plenus gloriosis Victorijs, & Trophæis consecutis ab Hæreticis Arrianis, & ab Imperatore Constantio, magno illorum fautore.

Ego Franciscus Archiepiscopus Calaritanus ita sentio.

Ego Vincentius Episcopus Bosanensis ita sentio.

Ego Sebastianus Episcopus Madauren. ita sentio.

Ego Ioannes Azori Decanus Calaritanus ita sentio.

Ego Melchior Pirella Canonicus Calaritanus ita sentio.

Ego Antiochus Strada Doctor, & Canonicus Vssellen. ita sentio.

Ego Frater Vincentius Gomi Magister, & Vicarius Generalis Ordinis Prædicatorum Sardiniæ ita affirmo.

Ego Frater Ioannes Commissarius Generalis Minorum Obseruantiæ huius Prouinciæ Sardiniæ.

Ego Frater Ioãnes Belda Magister, & Visitator Generalis Ordinis Sancti Augustini idem sentio.

Ego Frater Antonius à Castro Aragonensi Prouincialis Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappucinorum in Prouintia Sardiniæ firmo, vt supra.

Ego Raphael Garaù Societatis Iesu Prouincialis Sardiniæ.

Ego Franciscus Manca Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magister, & Professor idem sentio.

Ego Augustinus Castagna Collegij Calaritani Rector, &c.

Ego Magister Frater Hieronymus de Fuertes Commẽdator, ac Commissarius Prouincialis Sardiniȩ, Ordinis Beatȩ Mariȩ de Mercede idem sentio, & affirmo.

Ego Franciscus Serrano Sacræ Theologiæ Doctor, ac Vicarius Generalis Ordinis Carmelitarum idem sentio, & affirmo.

Ego Frater Antonius Marcer Ordinis Sancti Francisci de Obseruantia.

Ego Frater Didacus Casada de Monroy Augustinianus Magister in Sacra Theologia idem sentio.

Ego Saturninus Vrsana è Societate Iesu Theologiæ Professor.

Ego

Ego Antiochus Carta Theologus Societatis Iesu.

Ego Saluator Pala Societatis Iesu Sacræ Scripturæ Professor.

Ego Antonius Lopez è Societate Iesu Theologiæ Moralis Professor.

Quæ quidem Congregatio Illustriss. & Reuerendiss. Prælatorum Doctorum, & Canonicorum Magnificorum, & Religiosorũ Theologorum, quos attestor cognoscere, facta fuit presente me scriba, & Secretario infrascripto, die 23. Iunij anni 1623. in Palatio Illust. Domini Archiepiscopi, de quibus omnibus ad instantiam Venerabilis Promotoris Fiscalis Mensæ & Curiæ Calaritanæ attestor præsentibus pro testibus in omnibus, & premissis, Magnifico, & Egregio Doct. Ioanne Carnicer Consule Primario præsẽtis Ciuitatis Calaritanę, & Assessore Regij Procuratoris istius Regni pro sua Maiestate, & Venerabilibus Hieronymo Polla Beneficiato huius Sanctæ Primitialis Ecclesiæ Calaritanæ, & Sisinnio Palmas. In quorũ fidem propria manu me subscripsi die, & anno supradictis, & signum officij mei apposui.

Signum ✠ mei Gasparis Sirigu auctoritate Apostolica per vniuersum Notarij publici, & Secretarij Curię, & Mẽsę Archiepiscopalis Calaritanę, qui fidem facio, quod instatus, & requisitus interfui subscriptis omnibus rebus in dicta Congregatione, tractatis, modo, & forma, de quibus supra die, mense, & anno presentis. Copia huiusmodi in presenti papiri folio huius maioris formę, proprio calamo scripta, sumpta, & extracta fuit, prout iacet à suo originali recondito, & custodito in Curia Archiepiscopali Calaritana, & cum dicto suo originali fideliter de verbo ad verbum comprobata per me Gasparem Sirigu, auctoritate Apostolica per vniuersum Notarium publicũ, Curięque, & Mensę Archiepiscopalis Calaritanę Secretarium, & vt huic copię, veluti dicto suo originali in iudicio, & extra ab omnibus plena adhibeatur fides in huius rei testimonium. Ego idem Gaspar Sirigu Notarius, & Secretarius, qui vt supra, instãte Venerabili Procuratore Fiscali Curię, & Mensę presentis Calaritanę pro suo, vt asseruit interesse hic Calari die 7. Februarij Anno à Natiuitate Domini 1637. me subscribo, & meum quo vtor in publicis claudendis Instrumẽtis artis Notarię appono, quod est tale sig ✠ num.

Nos infrascripti attestamur, & fidem facimus, supradictum Gasparem Sirigu fore, & esse Notarium publicum, & Mensę Archiepiscopalis Calaritanę Secretarium, suisque Instrumentis, & scripturis dari plenã fidem in Iudicio, & extra in quorum fidem, &c.

Sisinius Gerona.

Ioannes Antiochus Corria Notarius publicus.

Hieronymus Vidal Notarius Publicus.

INFOR-

INFORMATIONES MIRACVLORVM SANCTI LVCIFERI.

Adm. Reu. Domine Vicarius Generalis, Venerab. Promotor Fiscalis Curiæ, & Mensæ Archiepiscop. Calaritanæ adhoc, vt vberius seu euidentius constet de Sanctitate Gloriosi S. Luciferi Archiepisc. Calaritani, Paternitatem vestram deprecatur quatenus dignetur mãdare ad futuram rei memoriam, recipi informationem in, & super articulis sequentibus, quos ponit cum solitis clausulis salutaribus non se adstringens, &c.



RIMO ponit, quod antequam inuenirentur Corpus, & Sac. Reliquię Gloriosi S. Luciferi Archiepiscopi Calaritani quod. Fr. Franciscus Hortola oriundus ex præsenti Ciuitate, & Religiosus Sanctæ Societatis Iesu, vir admodum spiritualis, luce Cœlesti, & spiritu prophetico dixit, quod si quærerent in loco per ipsum indicando, inuenirent Sacras Reliquias Gloriosi S. Luciferi; prout cum effectu repertę fuerunt in eodem loco seu parte per ipsum Fr. Hortola indicata, & ita est verum, &c.

Secundo Ponit, ꝙ dictus Fr. Hortola toto tempore suæ vitæ vsq; ad mortem fuit Religiosus admodum obseruans, & exemplaris communiter, non solum in hac Ciuitate Calaritana, verum etiam in toto Regno, & tam tempore, quo in humanis agebat, quam postquam ab hac luce migrauit, fuit habitus, & reputatus pro Sancto Religioso, & ita est verum, &c.

Tertio Ponit, quod est communis opinio, & fama publica in tota hac Ciuitate, & Regno, quod pręfatus Fr. Franciscus Hortola sæpe sæpius præuidebat inuentiones plurium corporum Sanctorum cum reuelationibus Cœlestibus, quas habebat, nedum in Ecclesijs, & locis per ipsum visis; verum etiã in partibus in quibus ipse nunquã extiterat, & postquam ipse patefecit locum, in quo dicta corpora erant inuenienda cum effectu reperiebãtur, quæmadmodum euenit in Reliquijs pręfati Gloriosi Sancti Luciferi, Gloriosi Sãcti Saturnini, & Gloriosi Martyris S. Antiochi Sulcitani, & ita est verum, &c.

Quarto, Ponit, quod præsenti anno 1637. cum tempus fuisset mirum in modum siccum, & cum futura esset ingens sterilitas in feminibus Calaritanæ Ciuitatis, & locorum Capitis dictæ Ciuitatis pertinentiũ ad eius Archiepiscopatum: nec non etiam in Ciuitate Sassaris, & in districtu eiusq; Archiepiscopatus, & defuissent spacio nonnullorum mensium pluuiæ necessariæ, factis multis Processionibus, & præcibus ad placandam iram Dei, eidem

eidem ſupradicto; adhoc vt nobis prouideret de pluuia conuenienti videntes, quod nihilominus ſiccitas perſeuerabat in dicta Ciuitate Calaritana die decimaquinta menſis Maij præſentis anni, facta fuit generaliſſima proceſſio,in qua fuit extracta deuotiſſima,& miraculoſa Imago Sanctiſſimi Crucifixi, quæ exiſtit in Parrochia S.Iacobi præfatæ Ciuitatis,quæ extrahi non ſolet,niſi vrgente magna neceſſitate, & multis à tunc annis non fuerat extracta,interueniente magno concurſu populi vtriuſque ſexus, & conditionis, & etiam interuenientibus Illuſtrioribus, & Nobilioribus Ciuitatis, & ponendo Sanctiſſimum Crucifixum ſuper Altari Maiori Eccleſiæ Primatialis Calaritanæ, facta fuit quædam deuotiſſima octaua ſingulis diebus concionando, & cum perueniſſet dies, in quo ſolet celebrari feſtiuitas Glorioſi Sancti Luciferi Archiepiſcopi Calaritani, quæ celebratur die vigeſima menſis Maij euenit, quod à primis Veſperis dictæ feſtiuitatis tempus cœpit mutari, & die præfati Sancti,tempore quo concionator aſcendit ad Cathedram, quando voluit incipere concionem ad publicandum laudes dicti Sancti,facta fuit tam copioſa pluuia taliter, quod apparebat mira proluuies, quæ pluuia ab intereſſentibus in Eccleſia, habita fuit pro miraculoſa, & quod Sanctiſſimus Crucifixus cum ipſa ſubuenit præfatę neceſſitati vrgenti in dictis locis, præfati Archiepiſcopatus Calaritani,propter merita Glorioſi Sancti Luciferi ſignificando quantopere ęſtimabat, quod veneraretur, & recoleretur feſtiuitas dicti Sancti, & cũ ſubuenerit, die quo celebrabatur eiuſdem Sancti feſtiuitas, magnæ neceſſitati ſeminum,quorum perceptio talis fuit, quod nedum habetur neceſſarium pro victu oppidorum Ciuitatis Calaritanæ, verum etiam ad ſuccurrendum neceſſitatibus Ciuitatis Saſſaris,& locorum ſui Archiepiſcopatus; ſcilicet ad ſubueniẽdum ingenti neceſſitati, & ſterilitati frumenti, quibus opprimebantur pręſenti anno, & quod illis defuiſſet pluuia neceſſaria, & ita eſt verum,&c.

Quinto, ponit,quod anno 1625.cum reperiretur P.Fr.Andreas Eſgrechio Capuccinus in Conuentu præſentis Ciuitatis, laborans febribus, & à Medicis deſperatus,& per duos dies crucians animo, ſeu agonizando ſine loquella, & nihil alimenti recipiens,dempto modico, quod in eius os immittebatur,euenit, quod cum P. Fr. Hieronymus Boi Capuccinus ſe contuliſſet ad illum vidẽdũ,audiens,ꝙ Medici dicebant,ipſum moriturum fore infra duas horas,maxima miſeratione ductus animaduertens,quod non iuuabat aliquod humanum remedium, habuit recurſum ad diuinum,qui extrahendo quandã Reliquiã Glorioſi Sancti Luciferi Archiepiſcopi Calaritani, quam portabat,illam poſuit ſuper dicto agonizante, & illi dixit P.Fr.Eſgrechio hęc eſt hora,in qua debes habere maiorem fidem,& ſpem

in

in Deũ,qui tibi elargietur salutem corporis,propter merita Gloriosi Sãcti Luciferi, cuius hæc est Reliquia, tunc dictus ægrotans,cum loqui non valeret fecit actionem,quam sibi dictauit dictus Pater Boy,voluit, seu erexit oculos ad cœlum,& ab ipso tunc recuperauit salutem, & abijt febris etiam illo tunc,quod ab ipso infirmo,& ab alijs,qui illum viderunt, & sciuerunt dictum successum fuit habitum pro miraculo operato propter intercessionem prædicti gloriosi S. Luciferi, idemque prorsus contigisse Catharinæ Gaboi,& ita est verum,&c.

Sexto,& vltimo ponit pro nunc,quod præmissa omnia sunt vera, & de ipsis est publica vox, & fama, quos articulos depræcatur admitti iubendo Notario,quod tradat copiam comparenti, & sic omni meliori modo,&c. saluis, &c. saluo iure Altissimus,&c.

Rogier Promotor Fiscalis,&c.

Remtittit prouidendum vtriusque Iuris Doctori Egregio Militi Ioanni Mariæ Tanda,Assessori ordinario Curiæ Archiep. Calaritan. &c. Prouisa per Adm.Reuer. Dominũ Doctorem Dominicum Marti Canonicum Calaritanum, & Vicarium generalem, &c. Die vigesima mensis Septembris,anno à Natiuitate Domini 1637.in Ciuitate Calaritan.

Gaspar Sirigu Not.& Secretar.

Registrata.Recipiatur informatio supplicata ser.ser.& ea recepta tradatur copia iuxtà stylum,&c. Tanda Assessor,&c.

Catalogus testium citandorum, & recipiendorum ad instantiàm Vener. Promotoris Fiscalis Curiæ,& mensæ Calaritanæ, qui sunt sequentes.

ET primo Ioannes Baptista Esquer Ianuensis super quarto, & vltimo.
Fr.Esforzo Messa,Miles Habitus S.Ioannis super quarto,& vltimo.
Augustinus Marti Mercator Ianuen.super 1.2.3.4.& vltimo.
℞. P.Augustinus Castagna Soc.Iesu super 1.2.4.& vltimo.
℞. P.Ioannes Murtas,Religiosus Societatis Iesu super 1.2.4.& vltimo.
℞. P.Ioannes Baptista Crespo Societatis Iesu super 1.2.3.4.& vlt.
℞. P.Saturninus Vrsana societatis Iesu super 1.2.3.4.& vlt.
℞. P.Iulianus Melis societatis Iesu super 1.2.3,4.& vlt.
℞. P.Saluator Mereu societatis Iesu super 2.3.4.& vlt.
℞. P.Ioannes Cuy societatis Iesu super 1.2,3.4.& vlt.
℞. P.Andreas Sanna societatis Iesu super 1.2.3.4.& vlt.

℞. P.Ste-

℞. P. Stephanus Natter Societatis Iesu super 1.2.3.4. & vltimo,
℞. P. Fr. Thomas Pitzalis Ord. S. Dominici super 1.2.3.4. & vltimo.
℞. P. Fr. Thomas Canauera Ordinis S. Dominici super 4. & vltimo.
℞. P. Fr. Michael de la Rosa Ord. S. Augustini super 4. & vltimo.
℞. P. Fr. Angelus Serra Ord. S. Augustini super 4. & vltimo.
℞. P. Fr. Petrus Massarello Ord. S. Augustini super 4. & vltimo.
℞. P. Fr. Hieronymus Boy Capuccinus super 5. & vltimo.
℞. P. Fr. Petrus de Benedetto Capuccinus super 5. & vltimo.
Doctor Antonius Galcerino Medicus super 5. & vltimo.
Augustinus Esgrechio super 5. & vltimo.
Doctor Bartholomæus Segui super 5. & vltimo.
Hieronyma Astraldo super 5. & vltimo.
Maria Astraldo super 5. & vltimo.
℞. P. Fr. Andreas Esgrechius Capuccinus super 5. & vltimo.

Die vigesimo mensis Septembris anni 1637. in Ciuitate Calaritana, Ianuarius Esquirru Porterius Curiæ Ecclesiasticæ, relationem facit qualiter citauit omnes contentos, & expressos in supradicto catalogo testium, ad instantiam Venerabilis Promotoris Fiscalis, sic referens de quibus, &c.

Saluator Melony pro Sirigu Secr.

Die 27. Septembris anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo trigesimo septimo Calari, &c.

Ioannes Baptista Asquer Mercator Genuensis domiciliatus in præsenti Ciuitate, & Castro Calaritano ætatis prout dixit quinquaginta quinque annorum parum plus, vel minus, testis citatus, & præuio iuramento dedicenda veritate, de quibus sciet, & interrogabitur, in, & super articulis præsentatis per Venerabilem Promotorem Fiscalē, Curiæ, & Mensæ Archiepiscopalis Calaritanæ, ipsi testi lectis, & publicatis, & primo super 4. articulo interrogatus, &c.

Et ipse testis dixit contenta indicto articulo esse admodum vera, scilicet, quod præsenti anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo propter deficentiam aquarum per multum tempus, semina capitis Ciuitatis Calaritanæ, & plurium aliorum locorum erant prædita qua propter factæ fuerunt plures processiones, & præces ad effectum reprimendi, seu placādi iram Dei, & impetrandi ab eodem, quatenus vellet nobis concedere pluuiam, qua tantoperè indigebant semina terræ, die decima quinta mensis Maij præsentis anni, facta fuit quædam generalissima processio, & extractus fuit deuotissimus Sanctus Crucifixus ab Ecclesia S Iacobi, qui non extrahitur, nisi solum in similibus necessitatibus; qui multo à tunc tempore non fuerat extractus, in qua processione reperiebātur omnes Nobilio-

Cc res

res præsentis Ciuitatis, & concurrebãt inibi, vtriusque sexus populi, qui Crucifixus conductus fuit in Ecclesiam Primatialem Calaritanam, & dixit ipse testis; quod illum posuerunt super Altari Maiori, & sic facta fuit quædam deuotissima octaua cum concione, vnaquaque die, & in dicta octaua peruenit Festiuitas gloriosi Sancti Luciferi, quæ celebratur die vigesima Maij, & dixit ipse testis, quod repertus fuit ipsemet in Ecclesia Primatiali Calaritana, in qua Festiuitas eiusdem gloriosi Sancti Luciferi recolitur, qui dicit, quod à Vigilia dictæ Festiuitatis, videlicet circa horam Vesperarum aeres cœperunt turbari, & quod die qua, celebrabatur dicta Festiuitas, existendo ipse testis in dicta Ecclesia Primatiali, tempore quo concionator cœpit concionari laudes dicti gloriosi Sancti Luciferi, venit tanta copia aquarum, taliter, quod videbatur mira proluuies, & propter rumorem, quem populus faciebat, dictus cõcionator persedit per bonum spacium, & pro certo habuerunt, & omnes in dicta Ecclesia existentes dicebant, quod illud erat miraculum operatum per intercessionem gloriosi Sancti Luciferi, & quod ipse intercesserat cum Deo Domino nostro, eo quod subueniret nostræ necessitati, in qua versabamur, quæ quidem aqua fuit magni momenti nõ tãtũ seminibus, verum etiam cæteris alijs rebus, taliter, quod perceptio frugum, non solum fuit sufficiens pro victu necessariò totius districtus Calaritan. verum etiam pro subuentione districtuũ Sassaris, Ciuitatis Algaren. & hoc dixit esse verum, & quod scit, &c.

Super vltimo articulo interrogatus, &c. & dixit, quod omnia per ipsum dicta sunt vera, sub onere iuramenti per ipsum præstiti, & se subscripsit.

Ioannes Baptista Asquer, &c.

Saluator Meloni pro Sirigu Not. & Curiæ Archiepiscopalis Calaritanæ Secretarius, &c.

Dicto die Calari Fr. Alphonsus Melso miles, habitus Sancti Ioannis, & Locumten. Præfecti militiæ Maestro de Campo nuncupatus in præsenti Regno, ætatis, vt dixit, triginta octo annorum, parum plus minusuè testis citatus, & interrogatus, præuio iuramento de dicenda veritate, in, & super his, de quibus interrogabitur, & sciet super articulis, ipsi testi lectis, &c. & primo super quarto articulo, &c. Et dixit ipse testis omnia contenta, & expressa in dicto articulo esse admodum vera, videlicet, quod præsenti anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo, propter carentiam siuè deficientiam aquarum (per multum tempus semina districtus Ciuitatis Calaritanæ, & plurium aliorum locorum erant perdita, qua de causa factæ fuerunt plures processiones, & Præces ad effectum reprimẽdi, seu placandi iram Dei, & ab eodem impetrandi aquam, qua carebant semina terræ, & nihilominus facta fuit quædã generalissima processio, & extractus fuit

fuit deuotissimus Crucifixus ab Ecclesia Sancti Iacobi, qui non extrahaitur, nisi solùm in similibus necessitatibus, & transportatus fuit in processione in Ecclesiam Primatialem Calaritanam, & illum posuerunt super Altari maiori, in cuius honorem fecerunt quandam deuotissimam octauam, singulis diebus concionãdo, & in dicta octaua cecidit Festiuitas gloriosi Sancti Luciferi, quæ cadit die 20. mensis Maij, & à primis Vesperis aer cœpit turbari, & die qua celebrabatur dicta Festiuitas, ipse testis repertus fuit in dicta Ecclesia Primatiali, in qua dicta Festiuitas recolitur tempore, quo concionabatur Pater Fr. Rossas, Ordinis S. Augustini, incipiendo laudes dicti gloriosi Sancti, venit tanta copia aquæ, taliter, quod videbatur diluuium, quæ fuit remedium generale cunctorum seminum terræ, ita quod recollectio, nõ tãtũ sufficiens fuit pro victu necessariò districtus Calaritani, verum etiam subuenit districtui Sassaris, & Ciuitatis Algaren. & pro certo habetur ab omnibus in dicta Ecclesia interessentibus, tempore concionis præfatæ, illud fuisse miraculum à Domino nostro operatum, propter merita gloriosi S. Luciferi, & quatenus secus perdebantur cuncta semina terræ, & hoc dixit esse veritatem facti, &c.

Super vltimo articulo, &c. & dixit, omnia per ipsum testem dicta esse vera sub onere iuramenti per ipsum præstiti, & se subscripsit.

Fr. Alphonsus Melzo Locumt. Præfecti Militiæ Generalis pro S.C. Maiestate, &c.

Idem Melony pro Sirigu Secret.

Dicta die in Ciuitate Calaritana, Augustinus Marti Mercator Ianuen. habitator præsentis Ciuitatis Calaritanæ, ætatis prout dixit triginta duorum annorum circiter, testis citatus, & præuio iuramento de veritate dicenda, in, & super ijs, de quibus interrogabitur, & sciet super articulis ipsi lectis, interrogatus, &c.

Et super primo articulo, &c. Et dixit, quod illud, quod dicere, & attestari potest, in, & super dicto articulo est, quod cognouit quondã Fratrẽ Franciscum Hortola Religiosum Sanctę Societatis Iesu, qui dum vixit erat Religiosus admodum spiritualis, & quod ipse testis à multis fide dignis intellexit, dictũ quondã Fratrem Franciscum Hortola, antequam inuenirentur Sacræ Reliquiæ gloriosi Sancti Luciferi dixisse, quod si inspiciebant, seu quærebant in loco per ipsum indicando, reperturi erant corpus gloriosi Sancti Luciferi, prout cum effectu inuentum fuit in eodemmet loco per dictum Fratrem Hortola indicato, & ita est verum, &c.

Super secundo articulo, &c. Et dixit ita pariter esse admodum verum illud, quod exprimitur, & continetur in dicto articulo, scilicet, quod toto tempore, quo cognouit dictũ Fratrem Hortola, erat optimus Religiosus,

ab omnibus generaliter reputatus pro viro Sancto, tàm tempore, quo in humanis agebat: quàm postquam animam efflauit, & ita est verum, &c.

Super tertio articulo, &c. Et dixit ipse testis, esse famam publicā in præsenti Ciuitate, & à pluribus creditu dignis percepit, dictum Fratrem Hortola in plurimis occasionibus præuidere inuentiones plurium corporum Sanctorum cum reuelationibus, quas dictus Frater habebat, nedum in Ecclesijs, in quibus extiterat, immò potius in locis, in quibus nūquam fuerat, & postquam ipse Fr. Hortola patefecerat, seu significauerat locum, in quo erant inuenienda de facto, & cum effectu ibi reperiebantur, prout cōtigit super inuentione gloriosi S. Saturnini, gloriosi Sancti Luciferi, gloriosi Sācti Antiochi Martyris Sulcitani, & multorum aliorum Sanctorum, & ita est verum, &c.

Super quarto articulo, &c. Et dixit contenta in dicto articulo esse admodum vera, & quod pręsenti anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo, propter deficientiam, seu carentiam aquarum per multum tempus cuncta semina districtus Ciuitatis Calaritanæ, & aliorum locorum erant perdita, quo circa factæ fuerunt multæ processiones, & præces ad placandam iram Dei, & consequendum ab eo aquam, & die decima quinta mensis Maij, facta fuit quædam generalissima processio, & extractus fuit deuotissimus Crucifixus ab Ecclesia Sancti Iacobi, qui extrahi nō solet, nisi in similibus necessitatibus, & à multo tempore non fuerat extractus, in qua processione aderant Nobiliores præsentis Ciuitatis, & multa Plebis multitudo vtriusque sexus, & conductus fuit ad Ecclesiam Primatialem Calaritanam, & positus super Altari maiori eiusdem Ecclesiæ, & in ipsius honorem facta fuit deuotissima octaua, cum sermone vnaquaque die, in qua octaua cecidit Festiuitas Sancti Luciferi, quæ solet celebrari die vigesima mensis Maij, & à primis Vesperis aer cœpit turbari, & die sequēti qua celebrabatur dictæ Festiuitas, ipse testis repertus fuit in dicta Ecclesia Primatiali, in qua dicta Festiuitas celebratur, & quando concionabatur tempore, quo concionator principium dedit concioni ad dicendum, & publicandum laudes gloriosi Sancti Luciferi, ipsomet tunc venit tanta aquarum multitudo, quod apparebat diluuium, taliter quod concionator coactus fuit supersedere à cōcione per magnum spatium temporis, propter strepitum causatum à populo, taliter quod omnes generaliter pro indubitato habuerunt illud fuisse miraculum, operatum à Deo Domino Nostro, intercedente Sancto Lucifero, eo quod subuenerat tantæ necessitati, qua quidem aqua fuit restauratio cunctarum segetum, quas tetigit, & ad quas peruenit ipsa aqua, non solùm elargita fuit necessaria districtui Ciuitatis Calaritanæ, verum etiam districtui Sassaris, & Ciuitatis Algaren. & multo-

multorum aliorum locorum, & præmissa dixit iuxta suam conscientiam, & ita est verum.

Super vltimo articulo,&c. & dixit præmissa omnia per ipsum dicta, & testificata super ipsis articulis,esse vera per iuramẽtum ab ipso præstitum, & proprio nomine se subscripsit.

Augustinus Marti,&c.

Idem Meloni pro Sirigu Secret.

Die vigesima quinta prædictorũ mensis, & anni in Collegio S.Crucis Societatis Iesu, ℞. P. Augustinus Castagna Religiosus professus eiusdem Soc. Iesu præsentis Ciuitatis, ætatis prout dixit 72. annorum parum plus minusuè,testis interrogatus præuio iuramento,tacto pectore,more Sacerdotali,& mediante licẽtia, quam impetrauit ab Admodum R. P. Prouinciali suo superiore,de dicenda veritate de eo, quod sciret,& percontabitur in,& super articulis,ipsi testi lectis, &c.

Et primo super articulo primo examinatus, & dixit veritatẽ facti,quam scit,in, & super ijs,de quibus sciscitatur super dicto articulo,esse, quod sæpissime à plebe,& populo intellexit, & ab eisdemmet Religiosis dictæ Societatis Iesu, quod intellexerant, seu dici audiuerant, quondam Fratrem Franciscum Hortola multories præuidisse inuentiones multorum corporum Sanctorum,& signanter corporis Gloriosi S. Luciferi,Sãcti Saturnini S.Antiochi Martyris Sulcitani, & multorum aliorum Sanctorum, & ita est verum,&c.

Super secundo articulo examinatus, & dixit,quod illud,quod ipse testis scit super dicto articulo est,quod cognouit dictum quondã Fratrem Franciscum Hortola, spacio quinquaginta annorum, & vltra pro Religioso summopere obseruãte,& quod semper fuit habitus tẽtus,& reputatus,tam in vita,quam post mortem pro Religioso Sanctoq,uod dixit scire,eo quod expertus fuit,seu tractauit diuersis vicibus illius conscienfiam, & maxime in vltima confessione Generali, quæ fuit de tota sua vita, & etiam quia animam efflauit in suis manibus,cum multis demonstrationibus gratiæ fiduciæ,& spei,quam in Deo habebat, & ita est verum.

Super quarto articulo examinatus, &c. & dixit esse admodum verum, quod si non pluuia facta fuisset, die qua celebrabatur festiuitas Gloriosi Sancti Luciferi,quæ cadit die vigesima mẽsis Maij, semina terræ,pręsentis districtus Ciuitatis Calaritanæ,eo plurium aliorum locorum fuissent perdita, quæ quidem aqua fuit causa reparationis, & remedium cunctarum segetum ad quas peruenit, & ita est verum.

Super vltimo articulo examinatus, &c. & dixit cuncta per ipsum dicta, & attestata super dictis articulis, esse vera sub onere iuramenti per ipsum

pręstiti

præstiti, manu super pectore imposita more Sacerdotali fecit.

Augustinus Castagna manu propria, &c.

Idem Meloni pro Sirigu Not.

Dicta, & eadem die in dicto loco, &c. R. P. Ioannes Murtas Religiosus professus Societatis Iesu, & Qualificator Sancti Officij, præsentis Ciuitatis, & Castri Calaritani ætatis prout dixit quinquaginta septē annorū circiter, testis citatus, & interrogatus præuio iuramento tacto pectore more Sacerdotali, de licentia per ipsum consequta ab Admodum R. P. Prouinciali suo superiore, de dicēda veritate super infrascriptis articulis, ipsi testi lectis.

Et primo super primo articulo examinatus, &c. & dixit esse Admodū vera omnia contenta, & expressa in præfacto primo articulo videlicet, quōdam Fr. Franciscus Hortola erat vir summopere obseruans, & quod semper solitus erat præuidere multas inuentiones Sanctorum, priusquam inuenirentur indicando locum, in quo eorum corpora erant inuenienda cum eorum inscriptionibus, & epitaphijs, & protinus cum quærebant vbi, seu in loco per ipsum indicato reperiebantur, prout, & quæmadmodum ipse dixerat prout cum effectu reperta fuere corpora Gloriosorum Sāctorum Luciferi in sua Ecclesia, prout ipse indicauerat, Sancti Antiochi, Sancti Saturnini, Sancti Ephesij, & Sanctæ Restitutæ, quod dixit scire, eo, quia dici audiuit, tàm à præfato quondam Fr. Hortola, quam etiam à multis alijs, & ita est verum, &c.

Super secundo articulo examinatus, &c. & dixit cuncta in dicto articulo expressa esse admodum vera, & quod cognouit dictū Fratrem Hortula, tam tempore quo in humanis agebat, quam postquam ab humanis decessit pro Sancto, & die quo obijt, si non fuissent custodes, quos D. Prorex, qui tunc temporis dominabatur deputauerat, qui fortiter obstiterunt, non fuisset humatum illius corpus, propter multitudinem populi, qui illuc accessit ad effectū accipiendi Reliquias vestis, qua induebatur, & ita est verum, &c.

Super quarto articulo, &c. dixit, quod illud, quod ipse testis dicere potest super dicto articulo, est, esse admodū verū, quod propter sterilitatē currentis anni, & eo quod non pluerat, per multum tempus factæ fuerunt multæ processiones ad hoc, vt D. N. de oportuno remedio necessitati, in qua versabantur semina terræ subueniret, & signanter die decima quinta mensis Maij proxime præteriti, currentis, & præsentis anni facta fuit quædam generalissima processio, in qua deuotissimus Crucifixus ab Ecclesia S. Iacobi extractus fuit, & cum processione transportatus ad Ecclesiam Primatialem Calaritanam, in illius honorem celebrando quandā deuotissimam octauam concionando singulis diebus, in qua quidem octaua cecidit festiuitas gloriosi S. Luciferi, celebrari solita die vigesima dicti mensis, Maij

Maij, in qua quidem die facta fuit pluuia tàm copiosa taliter, quod videbatur mira proluuies, & ipse testis, à multis interessentibus in dicta Ecclesia Primatiali, dici audiuit, quod incontinenti cum concionator principium dedisset concioni, & cæpisset promulgari laudes dicti Gloriosi Sancti Luciferi, cecidit dicta aqua, quæ quidem aqua dici audiuit fuisse miraculum, & mercedem à Deo Domino Nostro impetratam, per medium S. Luciferi, & quod nisi fuisset dicta pluuia, cuncta semina terræ periissent, & hoc est verum, &c.

Super vltimo articulo examinatus, &c. & dixit cuncta per ipsum testem dicta, & attestata, esse vera sub iuramento, per ipsum præstito, tacto pectore more Sacerdotali fuit sibi lectum, & perseuerauit.

Ioannes Murtas manu propria.

Idem Meloni pro Sirigu Secretarius.

Dicto, & eodem die in dicto loco, &c. R. P. Ioannes Baptista Crespo Sacerdos Professus Societatis Iesu, præsentis Ciuitatis Calaritanæ, ętatis prout dixit 45. annorum in circa, testis citatus, & interrogatus præuio iuramento, tacto pectore more Sacerdotali, & præcedente licentia per ipsum impetrata ab Admodum R. P. Prouinciali suo superiore de veritate dicēda, super sequentis articulis.

Et primo super primo articulo examinatus, &c. & dixit, quod illud, quod ipse testis scit, & dicere potest super dicto articulo est esse admodum vera cuncta contenta, & expræssa in dicto articulo, videlicet, quod quondam Fr. Hortola solitus erat semper præuidere plures inuentiones corporum Sanctorum, non solum præsentis Ciuitatis, & locorum, in quibus moratus fuerat in præsenti Regno; verum etiam in multis Oppidis, & locis depopulatis, in quibus nunquam ipse extiterat, indicando Ecclesias dirutas, seu persistentes, prout cum effectu posteà perquirendo in dictis Ecclesijs, & locis per ipsū indicatis inuenta fuerint dicta corpora quęmadmodū contigit in inuentione Gloriosi Sancti Luciferi in sua Ecclesia, & in Oppido de Orgosolo Sancti Ananiæ Comitis, & in inuentione multorum aliorum, quorum ipse testis ad præsens non recordatur, & ita est verum, &c.

Super secundo articulo examinatus, &c. & dixit omnia contenta, & expræssa in dicto articulo, esse vera, nempe dictū quondam Fr. Hortola fuisse habitum, & reputatum pro Sancto, non solum in præsenti Regno, verum etiam in quacunq; parte, in qua extiterat, tàm in vita, quàm post mortem, quod dixit scire ipse testis, quippe qui vitam degerat multis annis in Collegio præsentis Ciuitatis, in quo ipse testis morabatur, & hoc est verum, &c.

Super tertio articulo examinatus, &c. & dixit, quod super contentis in dicto articulo, iàm deposuit, quæ sciebat in præcedenti articulo, & ita se

habet

tia per ipsum impetrata ab Admodum Reuerendo P. Prouinciali dicti Collegij de dicenda veritate, de eo quod sciet, & interrogabitur super inuentionis articulis, &c.

Et primo super primo articulo examinatus, &c. & dixit cuncta contenta, & expressa in dicto primo articulo esse admodũ vera videlicet dictum quondam Fratrem Franciscum Hortola solitum fuisse sæpissime præuidere inuentiones plurium corporum Sãctorum prout euenit in inuentione corporis S. Luciferi, quod fuit inuentum in Ecclesia, & loco per dictũ Hortola indicatis, & hoc dixit scire ipse testis, eo quod cum ipso conuersatus fuit per multos annos, & cum ipso moratus fuerit in eadem Societate, & ita est verum, &c.

Super secundo articulo examinatus, &c. & dixit pariter esse admodum vera cuncta articulata, & expræssa in dicto articulo, scilicet quondam Fr. Franciscum Hortola fuisse Religiosum summopere obseruantem, & fuisse habitum, tentum, & reputatum, tam in vita quam post mortem pro Sancto, & ita est verum, &c.

Super tertio articulo examinatus, &c. & dixit articulata esse admodum vera, & cuncta in dicto articulo expræssa, nempe dictum quondã Fratrem Hortola sæpius præuidisse inuentiones Sanctorum, significando locum in quo existebant, nedum in locis in quibus ipse moratus fuerat, verum etiã in loco, in quo nunquam extiterat, quemadmodum euenit in Reliquijs Gloriosi Sancti Antiochi Martyris Sulcitani, & Gloriosi Sancti Saturnini, & in Reliquijs, quæ inuenta fuere in Ecclesijs S. Ephisij, & Sanctæ Restitutæ, quod dixit scire ipse testis, eo quia cum ipso practicauit pluribus annis, & quia in eadem domo simul commorati fuerunt prout supra iam deposuit, & hoc est verum, &c.

Super quarto articulo examinatus, & dixit esse admodum vera cõtenta, & expressa in dicto articulo, quod propter deficientiam aquarum, præsenti anno factæ fuere quam plurimæ deuotiones, & processiones, & signanter die decima quinta mensis Maij proxime antegressi præfacti anni, facta fuit quædam generalissima processio Sancti Crucifixi, qui transportatus fuit ab Ecclesia Sancti Iacobi de Villanoua, ad Ecclesiam Catredradalem Primatialem Calaritanam, quèm super dicto Altari Maiori imposuerunt in eius honorem faciendam deuotissimam octauam vnaquaque die, concionando, in qua octaua cecidit festiuitas Gloriosi Sancti Luciferi, quæ celebratur singulis annis die vigesima mensis Maij, & dicta die, in qua memoria dicti Sancti recolebatur ipso tunc quando concionator ascendit ad Cathredam ad prędicandum, incipiendo dicere laudes dicti Gloriosi Sancti Luciferi euenit quædam copiosa, & congruens aqua, quod

Dd appare-

apparebat mira proluuies, ita vt secus faciendo perierent cuncta semina tam præsentis districtus Ciuitatis Calaritanæ, quam aliorum locorum, quod ipse testes reputauit pro miraculo operato à Deo Domino Nostro per medium Gloriosi Sancti Luciferi; eo quia euenerat in die, qua Ecclesia triumphabat recolendo illius memoriam, quæmadmodum multi alij sic similiter retulerunt, & ita est verum, &c.

Super vltimo articulo interrogatus, &c. & dixit omnia per ipsum dicta & attestata esse meram, & puram veritatem, iuxta suam conscientiam sub iuramento per ipsum præstito more Sacerdali, &c.

Fuit sibi lectum, & præseuerauit, &c.

Saturninus Vrsena.

Idem Meloni pro Sirigu Sec.

Dicto die, & eodem loco, &c. R. P. Iulianus Melis Religiosus professus Societatis Iesu præsentis Ciuitatis, & Magister Sacrę Theologiæ in eadem, ac etiam Qualificator Sācti Officij, ętatis prout dixit quinquaginta annorum parum plus, minusue testis citatus, & interrogatus præuio iuramento manu super pectore imposita, licentia per ipsum adepta ab Admodum Reuerendo Patre Prouinciali dicti Collegij, de dicenda veritate super sequentibus articulis, &c.

Et primo super primo articulo examinatus, &c. & dixit esse admodum vera cuncta contenta, & expressa in dicto primo articulo vltimo, quod dictus quondam Frater Hortola priusquā reperiretur corpus Gloriosi Sancti Luciferi indicauerat locum, in quo existebat, scilicet in Ecclesia Gloriosi Sancti Luciferi, & ita pariter corpus, & reliquias dicti Gloriosi Sancti existentes in eodemmet loco, in quo inuenta fuere, scilicet in sua Ecclesia inuenerunt, quæmadmodum dictus quondam Frater Hortola indicauerat, quod dicit scire de certa scientia, eo quia cum ipso practicauit per multum tempus, & istud ab ipso audiuit dici quampluries, & ita est verum, &c.

Super secundo articulo examinatus, &c. & dixit, quod notata in dicto articulo cōtinēt puram veritatem, scilicet dictum quondam Fratrem Hortola fuisse Religiosum summopere obseruantem, nec non etiam tàm in vita, quam post mortem fuisse habitum, & reputatum tanquā Sanctum Cœlestibus spiritibus consimilem, & ita est verum, &c.

Super tertio articulo examinatus, &c. & dixit esse admodum vera cuncta in dicto tertio articulo narrata, & expressa, nempe, quod dictus quondā Fr. Hortola semper præuidebat inuentiones Gloriosorū Sanctorū, nempe eorum Reliquias, & illas quam plurimis vicibus dabat manuscriptas, & modo quo illas dabat ita inueniebantur, & inspecie Reliquiæ Gloriosorum corporum Sanctorum Antiochi Martyris Sulcitani, Saturnini, & plurium

alio-

aliorum Sanctorum, quæ omnia ipse testis, modo prætermittit breuitatis causa, & ita est verum, &c.

Super quarto articulo examinatus, &c. dixit ita pariter esse verum cuncta expręssa, & articulata, videlicet, quod aqua, quę facta fuit, die qua recolebatur memoria Gloriosi Sancti Luciferi, illam habuit pro particulari prouidentia, extraordinaria, & miraculosa consequta à Domino Nostro per medium Gloriosi Sancti Luciferi eademmet die, in qua celebratur illius festiuitas, quæ dicta aqua fuit vnicum, & totale remedium cunctorum seminum terræ, & cœterarum rerum præsentis Regni, deuotissimi Gloriosi Sancti, & ita est verum, &c.

Super vltimo articulo examinatus, &c. & dixit cūcta per ipsum testem deposita, & attestata in dictis articulis esse vera, iuxta suam conscientiam, sub onere iuramenti more Sacerdotali per ipsum præstiti.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit.

Iulianus Meli, &c.

Idem Meloni pro Sirigu Secret.

Dicta die, & eodem loco, &c. R.P. Saluator Mereu Religiosus professus, & concionator Societatis Iesu, præsentis Ciuitatis, ætatis prout dixit quinquaginta annorum parum plus, vel minus testis citatus, & præuio iuramēto interrogatus tacto pectore more Sacerdotali, &c.

Et primo super secundo articulo examinatus, &c. & dixit articulum continere magnam veritatem videlicet, quōdam Fr. Hortola fuit Religiosus valde obseruans, & quod tàm tempore, quo in humanis degebat, quàm postquam obijt, fuit tentus, & reputatus pro Sācto, & hoc dixit scire ipse testis, eo quia cum ipso practicauit pluribus annis, & quia vidit, quod ipse à Deo D. Nostro impetrauit, quā plurimas gratias, & ita est verū, &c.

Super tertio articulo examinatus, &c. dixit, quod sic similia contenta, & expræssa in dicto articulo continent maximam veritatem, scilicet, quod dictus quondam Fr. Hortola sœpius præuidebat inuentiones pluriū corporum Sanctorum, cum reuelationibus Cœlestibus, quas habebat, nedum in Ecclesijs, & locis, in quibus extiterat verum etiam in Ecclesijs, & locis in quibus nunquam repertus fuerat, & postquam ipse dixerat seu indicauerat locum, in quo inuenienda erant corpora Sanctorum ibidem reperiebantur, quæmadmodū ipse prædixerat, vt successit in Reliquijs Sancti Antiochi Martyris Sulcitani, & plurium aliorum Sanctorum, quas Reliquias non nominat breuitatis gratia, & ita est verum, &c.

Super quarto articulo examinatus dixit, articulum continere omnimodam veritatem, scilicet, quod aqua, quæ cecidit die qua recolebatur memoria Gloriosi Sancti Luciferi, illam habuit ipse testis pro miraculo ope-

rato à Deo Domino Nostro per intercessionem Gloriosi Sancti, quando quidem multo à tunc tempore non pluerat, & quatenus secus, nempe, quod pluuia facta non fuisset; erant perdita cuncta semina terræ,& cætera omnia præsentis districtus Ciuitatis Calaritanę,& reliquorum locorum & ita est verum,&c.

Super vltimo articulo examinatus, &c. & dixit omnia per ipsum dicta, & attestata esse vera iuxta suam conscientiam, & per iuramentum per ipsum præstitum more Sacerdotali.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit,&c.

Saluator Mereu.

Idem Meloni pro Sirigu Secratarius.

Die vegisima octaua prædictorum mensis,& anni in dicto loco,&c. R. P.Ioannes Cuy Religiosus professus Societatis Iesu præsentis Ciuitatis, Sacræ Theologiæ Magister,& Qualificator Sancti Officij,ætatis prout dixit quadraginta octo annorum,parum plus,vel minus,testis citatus, & interrogatus præuio iuramento,tacto pectore cum licentia, & facultate, quam habet ab Admodum R.P.Prouinciali suo superiore dedicenda veritate,in, & super ijs de quibus interrogabitur, & sciet super infrascriptis articulis ipsi testi lectis,&c.

Et primo super primo articulo examinatus,&c.& ipse testis dixi omnia contenta, & expressa in dicto articulo continere realē veritatem, nempe, quod dictus Fr. Hortola erat Religiosus summopere spiritualis, & solitus erat pluries præuidere inuentiones corporum Sanctorum, quemadmodū euenit in Sacris Reliquijs Gloriosi Sancti Luciferi, quæ repertæ fuere in loco per ipsum indicato,qui est in eademmet sua Ecclesia,in qua quidem Ecclesia fuerunt inuēta, & hoc dicit scire ipse testis ex certa sciētia,eo quia istud dici audiuit de proprio ore dicti quondam Fratris Hortola; & ita est verum,&c.

Super secundo articulo examinatus,&c. & dicit,quod eodem modo est admodum verum illud, quod in dicto articulo continetur, & exprimitur, quod dictus Fr.Hortola nedum tempore vitæ, suæ verum etiam post illius mortem habitus fuerat,& tentus,& reputatus pro Sancto, quod dicit scire, quia maximopere cum ipso conuersatus fuit,& ita est verum,&c.

Super tertio articulo examinatus,&c. & ipse testis dixit contenta in articulo esse admodum vera,quod dictus quondam Fr.Hortola ductus spiritu Cœlesti,semper solitus erat prçuidere inuentiones corporum Sanctorū, prout in antecedenti articulo deposuit, & in specie quæmadmodum successit, seu euenit duodecim seu tresdecim ab hinc annis, parū plus, vel minus, quod cum ipse testis ægrotaret iam confessus, & communicatus accessit

cessit ad ipsius cellam dictus quondam Fr. Hortola, qui cũ petisset ab ipso teste quomodo valeret, ipse testis respondit, quod erat admodum lętus, eo quia profecturus erat ad fruendum Deo Domino Nostro, antequam ille, qui ipso facto ei respondit, quod non moriturus erat ex illa infirmitate, & quod ipse prius moriturus erat, & dum præmissa dicebãtur dictus F. Hortola dixit, quod in Ecclesia Gloriosa Sanctæ Sophię erat quoddam thesaurum recõditum in dicta Ecclesia, quæ est sita in Oppido de Aritzo, & cum ipse testis ab illo petijsset, quidnam esset, dictus Fr. Hortola ei respondit, quod erat Gloriosum corpus dictæ Sanctæ Sophiæ, quod erat reconditum in dicta Ecclesia, indicando partem, siue locum, res miraculosa, cum esset locus in quo dictus Fr. Hortola nunquã extiterat, & postea successit, quod elapsis aliquibus annis, cum ipse testis iã recuperasset pristinam salutem, cum profectus fuisse ad dictum Oppidum de Aritzo, & quadam die inter alias iuisset, delectationis gratia, vnà cum multis alijs, & existeret in præfata Ecclesia dictæ Gloriosæ Sanctæ Sophiæ sibi venit in mentem, quod ei dixerat dictus Frater Hortola, & cum exequtioni mandasset, quæ sibi dixerat, in eodemmet loco per dictũ Fratrem sibi indicato, sine discrimine aliquo inuenit corpus Gloriosæ Sanctæ Sophiæ, & ita est verum, &c.

Super quarto articulo examinatus, &c. & dixit, quod parimodo sunt vera cũcta in dicto articulo contenta, & expressa, quod aqua, quæ pluit die festiuitatis Gloriosi Sancti Luciferi, qui cadit die 20. mensis Maij, ipse testis illam reputauit miraculosam, & pro gratia à Deo Domino Nostro elargita per medium Gloriosi Sancti, illa die cum esset prout erat dies ipsius festiuitatis, & à multo tempore non pluerat, & die tam singulari cum concionator vellet incipere concionem, & prædicare laudes dicti Gloriosi Sancti, pluit tam copiose, vt videretur diluuium, & quatenus secus cunctę segetes perijssent nõ tantũ in districtu Ciuitatis Calaritanæ verumetiam alijs in locis, & ita est verum, &c.

Super vltimo articulo examinatus, &c. & dixit omnia per ipsum testem dicta, & deposita continere meram veritatem, iuxta ipsius conscientiam per iuramento, ab ipso pręstito, tacto pectore more Sacerdotali.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit.

Ioannes Cuy, &c.

Idem Meloni pro Sirigu Secretarius.

Dicto die, & eodem loco, &c. R. P. Andreas Sanna Religiosus Professus Societatis Iesu, præsentis Ciuitatis, Cathedraticus Primarius Sacræ theologię in Vniuersitate præsentis Ciuitatis Calaritanę, ætatis prout dixit 43. annorum parum plus, vel minus, testis citatus, & præuio iuramento, tacto pectore more Sacerdotali interrogatus de dicenda veritate, de eo, quod

quod sciet,& interrogabitur super sequentis articulis.

Et primo super primo articulo examinatus, &c. & ipse dixit, omnia in dicto primo articulo contenta,& expræssa esse admodum vera, quod antequã inuenirentur corpus,& reliquię Sacræ,Gloriosi S. Luciferi Archiepiscopi Calaritani, quondam Frater Franciscus Hortola oriundus ex præsenti Ciuitate,& Religiosus Sanctę Societatis Iesu,vir admodum spiritualis spiritu prophetico,& Cœlesti dixit,quod si quærerẽt in loco per ipsum indicando inuenirent Sacras Reliquias pręfati Gloriosi Sãcti Luciferi, quem locum cum effectu indicauit,& in eodẽmet loco per ipsum indicato,nempe in sua propria Ecclesia inuenerunt dictas Sacras Reliquias, & hoc dixit scire ipse testis, eo quod dici audiuit à R.P. Saluatore Pala cui dictus Frater Hortola indicauerat dicto locum in quo inuenienda erant dictæ Reliquię, & ita est verum.

Super secundo articulo examinatus, &c. & dixit ipse testis pari modo esse verissima cuncta in dicto articulo cõtenta, & hoc dixit scire ipse testis quandoquidem dici audiuerit à multis Religiosis eiusdem Societatis, quibus dictus Frater Hortola pręmissa retulerat,& signãter de Sacris Reliquijs Gloriosæ Sanctæ Sophiæ,quod reuelauerat dicto Reuerendo P. Cuy,à quo illud audiuit,& ita est verum,&c.

Super quarto articulo examinatus, &c. & dixit ipse testis, quod illud, quod dicere potest,& deponere super in articulo contentis est, quod cum conduxissent deuotissimum Crucifixum ab Ecclesia Sancti Iacobi de Villanoua,deuotissima processione ad Ecclesiam Cathedralem Primatialem Calaritanam,adhoc,vt Dominus Noster subueniret necessitati aquæ,qua indigebamus inspexit,& vidit ipse testis qualiter dictus,antequam celebraretur festiuitas Gloriosi Sancti Luciferi,tempus turbatum fuit, & nũquam in aliquo exipsis diebus pluit,vsque ad primas vesperas dicti Gloriosi Sãcti, quibus cœpit plure, & die sequenti de mane cecidit aqua tàm copiosa, vt videretur mira proluuies, videlicet tempore,quo concionator ascendit ad Cathedram ad effectum prædicãdi laudes dicti Gloriosi Sancti Luciferi, quas cum effectu pędicauit,& in illo tunc cecidit tàm copiosa aqua,taliter quod videbatur res miraculosa,prout ipse testis istud reputauit pro miraculo,& gratia à Deo concessa dicto Glorioso Sancto Lucifero,die qua eiusdem memoria recolebatur,& ita est verum,&c.

Super vltimo articulo examinatus,&c.& dixit omnia per ipsum testem dicta, & deposita esse vera iuxta suam conscientiam, & sub onere iuramẽti per ipsum præstiti,more Sacerdotali,&c.

Fuit sibi lectum,& perseuerauit,&c.

Andreas Sanna,&c.

Idem

Idem Meloni pro Sirigu Secret.

Dicto die, & eodem loco,&c. R. P. Stephanus Natter Religiosus Societatis Iesu præsentis Ciuitatis Calaritanę Cathedraticus Mathematicę Vniuersitatis præsentis Ciuitatis,ætatis prout ipse dixit quadraginta quinque annorum parum plus,vel minus testis citatus,& præuio iuramento examinatus super articulis sequentibus ipsi testi lectis, &c.

Et primo super primo articulo examinatus, & dixit esse verissima contenta,& expressa in præfato articulo, nempe, quod antequam inuenirentur corpus, & Sacræ Reliquiæ Gloriosi Sancti Luciferi Archiepiscopi Calaritani, quondam Frater Hortola, dixit quod si quærebant in loco per ipsum indicando inuenturi erant dictas Sacras Reliquias,prout cùm effectu dictum locum indicauit,& illas inuenerunt in loco, & parte per ipsum indicatis,nempe in eademmet sua Ecclesia,quod dixit scire cum dici audiuerit à dicto quondam Fratre Hortola, & ita est verum, &c.

Super secundo articulo examinatus,&c. & dixit pariter esse admodum vera cuncta expræssa, & contenta in dicto articulo,quod dictus quondam Fr.Hortola fuit toto tempore suæ vitæ Religiosus admodum obseruans, & quod fuit tẽtus, & reputatus,tàm tempore quo in humanis degebat,quam post illius mortem pro Sancto,& ita est verum,&c.

Super tertio articulo,&c. & dixit,quod simili modo sunt verissima omnia in dicto tertio articulo contenta, & expressa, videlicet esse famam publicam præsenti Ciuitate,& Regno, quod dictus Fr.Franciscus Hortola in multis occasionibus præuidebat inuentiones plurium Sanctorum corporum,mediantibus reuelationibus Cœlestibus,nedum in Ecclesia, & locis in quibus extiterat verum etiam in Ecclesijs, & locis in quibus nullo vnquam tempore habitauerat,quæmadmodum contigit in inuentione Reliquiarum Gloriosi Sancti Luciferi, & Gloriosi Sancti Saturnini,& etiam Gloriosi Martyris Sancti Antiochi Sulcitan, & in multis alijs locis prout supra iam deposuit,& ita est verum,&c.

Super quarto articulo examinatus,&c.& dixit sic similiter esse admodũ verum, quod die qua recolebatur memoria Gloriosi Sancti Luciferi, quæ cadit die vigesima mensis Maij præsens interfuit ipse testis in Ecclesia, tempore quo concionabatur, & illo tunc cum concionator cœpit prædicare laudes Gloriosi Sancti Luciferi decidit tam copiosa aqua taliter, quod videretur mira proluuies; quam ipse testis cum multo à tunc tempore non pluisset,reputauit pro gratia impetrata à Deo Domino Nostro intercedente Glorioso Sancto Lucifero cum etiam prout erat dies in qua recolebatur illius memoria,& ita est verum,&c.

Super vltimo articulo examinatus,&c. & dixit omnia per ipsum testem dicta

dicta, & deposita super dictis articulis esse merã veritatem iuxta suã conscientiam sub onere iuramenti more Sacerdotali, per ipsum præstiti &c.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit, &c.

Stephanus Nater, &c.
Idem Meloni pro Sirigu Secret.

Die prima mensis Octobris anni millesimi sexcentesimi trigesimi septimi in Conuentu S. Dominici Villæ Nouæ in Ciuitate Calaritana.

℞. P. Fr. Thomas Pitzalis Prior Conuentus S. Dominici præsentis Ciuitatis Calaritanæ Præsentatus in Theologia, & Prędicator Generalis, ętatis prout dixit quinquaginta quatuor annorum parum plus, vel minus testis citatus, & pręuio iuramento tacto pectore more Sacerdotali examinatus de dicenda veritate de eo, quod sciet, & interrogabitur super articulis ipsi testi lecti, &c.

Et primo super primo articulo examinatus, &c. & dixit, quod illud, quod ipse testis dicere, & deponere potest super dicto articulo est, esse publicam vocem, & famam per totam Ciuitatem, quod antequã inuenirentur Corpus, & Reliquiæ Gloriosi S. Luciferi quõdam Fr. Franciscus Hortola dixit, quod si quærerent in loco per ipsum indicando reperirent Reliquias dicti Gloriosi Sancti Luciferi, prout cum effectu, cum quæsiuissent in parte seu loco per dictum Fr. Hortola significato, nempe vbi hodie existit Ecclesia Sancti Luciferi inuenta fuerunt in eodemmet loco, & ita est verum, &c.

Super secundo articulo examinatus, &c. & dixit esse verissimum, quod dictus quondam Frater Hortola fuit Religiosus bonæ vitæ, & famæ, & reputatus in præsenti Ciuitate, ac vbicunque commorabatur pro Sancto, & ita est verum, &c.

Super tertio articulo examinatus, &c. & ipse testis dixit, quod cuncta contenta, & expræssa in dicto articulo dici audiuit à pluribus in præsenti Ciuitate videlicet, quod dictus quondam Frater Franciscus Hortola semper præuidebat inuentiones Gloriosorum Sanctorum diuino lumine, & & spiritu Cœlesti ductus, non solum in locis, in quibus commoratus fuerat, verum etiam in locis, in quibus nullo vnquam tempore extiterat, & ita est verum, &c.

Super quarto articulo examinatus, &c. & dixit pariter esse verum, quod in articulo continetur, & exprimitur, eo quia ipse testis repertus fuit in Ecclesia Primatiali Calaritana, die qua celebrabatur festiuitas Gloriosi Sancti Luciferi, quæ cadit die vigesima mensis Maij, tempore quo concionator principium dedit concioni ad prædicandas laudes Gloriosi Sancti Luciferi, & cecidit tam copiosa aqua taliter, quod coactus fuit supercedere in dicta

cta concione, donec aqua aliquantulum cessauit, cum qua restaurata fuit recollectio fructuum, quã habebant pro perdita omnes regnicolæ, quam aquam tam ipse testis, quam omnes alij interessentes dictæ concioni reputarunt pro mercede, seu gratia à Deo impetrata per intercessionem Gloriosi Sancti Luciferi ob maiorem celebrationem suæ festiuitatis, & ita est verum, &c.

Super quinto articulo examinatus, &c. & dixit cõtenta in dicto articulo esse verissima, eo quod ipse testis dici audiuit à nonnullis Religiosis Capuccinis, & à nõnullis sæcularibus deuotis, quod cum Pater Frater Andreas Esgrech io pariter Capuccinus esset desperatus à Medicis, & moribũdus, & ei portassent Reliquias Sacras Gloriosi Sancti Luciferi recuperauit salutem, & ita est verum, &c.

Super vltimo articulo examinatus, &c. & dixit omnia per ipsum testem dicta, & deposita super dictis articulis esse vera quę dixit scire per rationes in illis datas, & expræssas sub iuramento more Sacerdotali per ipsum præstito, &c.

Fuit sibi lectum, & præseuerauit, &c.

Fr. Thomas Pitzalis Prior S. Dominici, &c.
Saluator Melony pro Sirigu Secr.

Dicta die, & eodem loco, &c. Reuerendus Pater Frater Thomas Canauera Ordinis Sancti Dominici Lector Primarius Theologię in dicto Conuentu, ætatis prout dixit triginta duorum annorum circiter, testis citatus & præcedente iuramento tacto pectore interrogatus de licentia, & facultate, quam habet ab Admodum R.P. Vicario Generali dicti Conuẽtus, de dicenda veritate super sequentibus articulis, &c.

Et primo super quarto articulo examinatus, &c. & dixit, quod quicquid in articulo continetur, est verissimum videlicet, quod cum die decima quinta mensis Maij proxime antegressi præsentis anni, facta fuisset quædã generalissima processio propter vrgentissimam necessitatem aquæ, fuit transportata deuota Reliquia Sanctissimi Crucifixi ab Ecclesia Sancti Iacobi de Villa noua ad Ecclesiam Cathedralem Primatialem Calaritanam, qui Crucifixus fuit positus super Altari Maiori, in cuius honorem fuit celebrata quædam deuotissima octaua, singulis diebus concionando, & in dicta octaua cecidit festiuitas Gloriosi Sancti Luciferi, & cum ipse testis reperiretur in dicta Sede Primatiali Calaritana tempore concionis, scilicet cum concionator principium dedisse prædicationi laudum prædicti Gloriosi Sancti Luciferi, decidit tam copiosa aqua taliter, quod concionator coactus fuit per bonum spacium cessare in prędicatione, quam aquam pro certo habuerunt fuisse miraculum operatum à Sancto Lucifero, & gra-

tiam à Deo Domino Nostro concessam Glorioso Sancto Lucifero in die suæ festiuitatis adhoc, vt omnes generaliter excitarentur ad maiorem deuotionẽ ad celebrandum eiusdem festiuitatem, & si non cecidisset supradicta aqua cunctę segetes perijssent, & ita se habet veritas facti, &c.

Super vltimo articulo examinatus, &c. & dixit omnia per ipsum testẽ, dicta, & deposita in dicto articulo esse vera iuxta suam conscientiam, & sub iuramento more Sacerdotali ab ipso præstiti, &c.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit, &c.

Fr. Thomas Canauera lector Primas Theol. &c.

Idem Meloni pro Sirigu Sec. &c.

Die secunda prædictorum mensis, & anni in Conuentu Sancti Augustini dictę Ciuitatis Calaritanæ, Reuerendus Pater Fr. Michael de la Rosa Præsentatus Sacræ Theologiæ in Conuentu Gloriosi S. Augustini, ætatis prout dixit triginta quatuor annorum parum plus, minusue testis citatus, & præuio iuramento tacto pectore interrogatus, & præcedente licencia, & facultate, quam habuit ab Admodum Reuerendo Patre Prouinciali dicti Conuentus de dicenda veritate de eo, quod sciet super infrascriptis articulis, &c.

Et primo super quarto articulo examinatus, &c. & dixit esse admodũ vera cuncta contenta, & expressa in dicto articulo, videlicet, quod die decima quinta mẽsis Maij proxime elapsi, præsentis, & currẽtis anni, propter necessitatem aquæ, quam habebamus, eo, quod multo à tunc tempore pluuia non facta fuisset, facta fuit quędam generalissima processio transferendo Sanctam Reliquiam Sancti Crucifixi ab Ecclesia Sancti Iacobi de Villa noua ad Ecclesiam Cathedralem præsentis Ciuitatis, & dictam Reliquiam posuerunt super Altari Maiori celebrando in eius reuerentiã quandam deuotissimam octauam vna quaque die prædicando, & cum in dicta octaua cecidisset festiuitas Gloriosi Sancti Luciferi, nempe die vigesima mensis Maij veneruut ad inuitandum ipsum testem, vt concionaretur dicta die, qui cum ascendisset ad Cathredam ad prædicandum, tempore, quo incipiebat prædicare laudes dicti Gloriosi Sancti decidit tam copiosa aqua ita, vt videretur mira proluuies, qua de causa coactus fuit per magnũ spaciũ cessare in dicta prędicatione, quippe qui in toto populo factus fuerat tumultus, quam aquam, nedum ipse testis; verum etiam omnes circunstantes reputarunt pro miraculo, & gratia impetrata à Deo Domino Nostro per medium dicti Gloriosi Sancti, cum dicta die recoleretur memoria eiusdem Sancti, & si non pluisset perijssent cuncta semina, tam districtus Ciuitatis Calaritanæ, quam cæterorum locorum præsentis Regni, prout dicebatur, & hoc dixit esse verum, & quod scit super contentis in

dicto

dicto articulo, &c.

Super vltimo articulo examinatus, &c. & dixit cũcta per ipsum testem dicta, & deposita esse vera, iuxta suam conscientiã, & sub iuramento tacto pectore more Sacerdotum ab ipso præstito, &c.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit, &c.

Fr. Michael de la Rosa subscripsit, &c.

Idem Meloni pro Sirigu Secret.

Dicta die, & eodem loco, &c. R. P. Fr. Angelus Serra Prouincialis absolutus Conuentus, & Fratrum Gloriosi Sancti Augustini, ætatis prout dixit quadraginta sex annorum parum plus, minusue testis citatus, & præuio iuramento tacto pectore interrogatus de dicenda veritate super sequentibus articulis, &c.

Et primo super quarto articulo examinatus, &c. & dixit esse verissima omnia contenta, & expræssa in dicto articulo idest, quod die quo recolebatur memoria Gloriosi Sancti Luciferi, quæ cecidit sub die vigesima mẽsis Maij proxime antegressi, tempore, quo concionator ascendit ad Cathedram ad effectum prædicandi laudes Gloriosi Sancti Luciferi, qui erat Reuerendus Pater Frater Michael de la Rosa eiusdem Ordinis cum inciperet dictus Frater prædicare laudes dicti Gloriosi Sancti decidit tanta copiosa aqua, vt videretur mira proluuies, qua propter dictus concionator per magnum spacium cessare in concione coactus fuit, eo quia tumultus factus fuerat in toto populo, quam quidem aquam tam ipse testis quam cœteri circumstantes habuerunt pro miraculo operato per medium Gloriosi Sancti Luciferi, & quatenus non cecidisset dicta aqua perissent cunctæ segetes præsentis districtus Ciuitatis Calaritanæ, & cœterorum locorum quæmadmodum dicebatur, & dicta aqua fuit vniuersale remedium præfatarum seggetum, & hoc dixit cum præsens interfuit dictæ concioni, & ita est verum, &c.

Super vltimo articulo examinatus, &c. & dixit omnia per ipsum testẽ dicta, & deposita esse vera, quæ dicit scire propter causas, & rationes in dicto articulo datas, & expræssas sub iuramento tacto pectore more Sacerdotali ab ipso præstito, &c.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit, &c.

Fr. Angelus Serra subscripsit, &c.

Idem Meloni pro Sirigu Sec. &c.

Dicto die, & eodem loco, &c. Reuerendus Pater Frater Petrus Macarelol Præsentatus in Sacra Theologia Ordinis Sancti Augustini, ætatis prout dixit viginti octo annorum parum plus, vel minus testis citatus, & præuio iuramento interrogatus, manu posita super pectus, præcedente licentia,

& facultate, quam habet ab Admodum Reuerendo Patre Prouinciali prædicti Conuentus de dicenda veritate super sequentibus articulis, &c.

Et primo super quarto articulo examinatus, &c. & dixit omnia contenta, & expræssa in dicto articulo esse verissima, & ipse testis personaliter repertus fuit in Ecclesia Primatiali Calaritana die festiuitatis Gloriosi Sancti Luciferi, quæ erat vigesima mensis Maij præsentis, & currenti, anni, & ceciderat in dicta octaua, quæ celebrabatur in honorem Sancti Crucifixi ab Ecclesia Sancti Iacobi de Villa noua, magna cum processione transportati ad dictam Ecclesiam Cathedralem Primatialem, & super Altari Maiori positi propter vrgentem necessitatem aquę, in qua versabamur, cum multo à tunc tempore non pluisset, & cum concionator, qui vocabatur R. P. Fr. Michael de la Rosa eiusdem Ordinis Sancti Augustini vellet prædicare laudes Gloriosi Sancti Luciferi decidit tam copiosa aqua; ita vt videretur mira proluuies, qua de causa præfatus concionator coactus fuit cessare à dicta prædicatione per magnum spacium temporis, eo quia in toto populo fuerat factus tumultus in videndo illud miraculum, eo quod multo à tunc tempore non pluuisset prout supra iam deposuit, quam aquam tàm ipse testis, quam cœteri circunstantes seu interessentes dictæ concioni habuerunt pro miraculosa, & pro gratia operata à Deo Domino Nostro ad honorandum dictum Gloriosum S. Luciferum cum esset prout erat dies, in qua recolebatur memoria eiusdem Sancti, & pręfata aqua, prout dicebatur fuit remedium vniuersale omnium seminum, & ita est verum, &c.

Super vltimo articulo examinatus, &c. dixit cuncta per ipsum dicta, & deposita esse vera sub iuramento tacto pectore more Sacerdotali ab ipso præstito, &c.

Fuit sibi lectum, & præseuerauit, &c.

Baccalareus Fr. Petrus Massarellus Confessarius, vt supra.

Idem Meloni pro Sirigu Secr.

Dicta die in Conuentu Sancti Antonij de Padua Ordinis Capuccinorum istius Ciuitatis, &c. Reuerendus Pater Frater Hieronymus Boy, Prædicator Ordinis Capuccinorum, & hodie administrator Cōuentus Oppidi Sanctlurij, ætatis prout dixit quinquaginta quinque annorum parum plus vel minus testis citatus, & præuio iuramento tacto pectore more Sacerdotali interrogatus præcedente licencia, & facultate sibi concessa ab Admodum R. P. Guardiano suo Superiore de dicenda veritate de eo, quod sciet, & interrogatus fuerit super sequentibus articulis, &c.

Et primo super quinto articulo examinatus, &c. & dixit esse admodum vera contenta, & expræssa in dicto articulo, videlicet, quod anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto P. Fr. Andreas Calaritanus olim Esgre-

chio

chio, laborauit quadam in firmitate tam graui, itaut desperatus fuerit à Medicis, qui dixerunt ipsum infra duas horas esse moriturum, qui cum cruciaretur animi dolore, seu angeret, ipse testis ad ipsum portauit Reliquias Gloriosi Sancti Luciferi, & ei dixit: Pater Frater Andreas hæc est hora; in qua maiorem fiduciam, & spem habiturus es, in Deo Domino Nostro; qui quidem ægrotans osculatus fuit dictam Sanctam Reliquiam, & cum loqui nequiret fecit actiones quasdam inspiciendo dictam Sacram Reliquiam, per eius intercessionem ipsomet tunc recuperauit salutem, & liberatus fuit à febri, quod ipse testis reputauit pro miraculo operato per medium Gloriosi Sancti Luciferi, & hoc est illud, quod dixit certe, & ex vera scientia, & ita est verum, &c.

Super vltimo articulo examinatus, &c. & dixit omnia per ipsum dicta, & deposita super dicto articulo continere realem veritatem sub onere iuramenti per ipsum præstiti.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit, &c.

Ego Frater Hieronymus Calaritanus Prædicator Ord. Cappuc. ratifico omnia supra expræssa, &c.

Idem Meloni pro Sirigu Secratarius.

Dicta die in dicto loco, &c. Reuerendus Pater Frater Petrus Calaritanus, olim Benedictus, Prędicator, & Guardianus Conuentus Reuerendorū Patrum Capuccinorum præsentis Ciuitatis, ætatis prout dixit sexaginta vnius annorum circiter, testis citatus, & præuio iuramento tacto pectore interrogatus de dicenda veritate de eo, quod sciet, & interrogabitur in, & super articulis ipsi testi lectis, &c.

Et primo super quinto articulo examinatus, &c. & dixit, quod illud, quod ipse testis dicere, & deponere potest super dicto articulo est, quod ipse intellexit à Reuerendo Patre Fratre Hieronymo Boy Ordinis Capuccinorum, & à multis alijs pariter Capucinis, quod cum esset infirmus Reuerēdus Pater Frater Andreas Calaritanus olim Esgrechio, anno millesimo sexcētesimo vigesimo quinto, & desperatus à Medicis, & Physicis, qui dixerant ipsum infra duas horas esse moriturum, & cum cruciaretur animo seu angeret, ipse tulerat Sacras Reliquias Gloriosi Sancti Luciferi, & cum dictus Frater Boy ei dixisset Pater Frater Andreas nunc est hora, in qua habiturus es maiorem fiduciam, & spem in Deo Domino Nostro, qui propter merita Gloriosi Sancti Luciferi, cuius erat dicta Reliquia, daturus est tibi sanitatem, & cum dictus Pater Frater Andreas; prout dixerat ipsi testi dictus Frater Boy non posset loqui, fecit quasdam actiones cernēdo dictam Sanctam Reliquiam, & dixit, quod ipsomet instanti liberatus fuit à febri, & recuperauit pristinam sanitatem, & dixit, quod istud, est illud, quod dici audi-

audiuit, iuxta suam conscienciam, & ita est verum, &c.

Super vltimo articulo examinatus, &c. & dixit omnia per ipsum testem dicta, & deposita continere puram veritatem sub iuramento tacto pectore per ipsum præstito, &c.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit.

Fr. Petrus Calaritanus Capuccinus supradictus.

Idem Meloni pro Sirigu Secretarius.

Dicta die in Ciuitate Calaritana Doctor Antonius Galcerinus, Medicinæ Doctor, & Prothomedicus, ætatis prout dixit quadraginta annorũ parũ plus vel minus testis citatus, & examinatus super sequentibus articulis, &c.

Et primo super quinto articulo, &c. dixit esse admodum verũ, eo quod ipse testis visitabat dicto tempore Patrem Fratrem Andream Esgrechio, Ordinis Capuccinorum, cui propter infirmitatem grauem, & periculosam dixit, quod non erat remedium humanum, & quod si viueret istud erat tribuendum pro miraculo à Deo operato, taliter, quod quadam die tempore Orationis primæ noctis ipse testis dixit Patribus Capucinis ibi interessentibus, quod haberent curam de illo, eo quia inter nonam, & decimam noctis horã vitam cum morte commutaturus erat, & cum ipsa deliberatione ipse testis se contulit ad Ciuitatem Calaritanam secum ipse cogitando, quod sequenti die inuenturus erat iam ipsum defunctum, & præmissis gestis, die sequenti de mane à dicto Conuentu Capuccinorum illum vocarunt, adhoc, vt accederet ad dictum Conuentum, & ei dixerunt, quod dictus Pater Frater Andreas Esgrechio melius se habebat, & cum ipse testis illuc se contulisset sibi dixerunt seu exposuerunt successum, & qualiter statim atque dicto ægroto probauerant Reliquias Gloriosi Sancti Luciferi melius se habuerat taliter, quod semper in dies perseuerauit in recuperatione valitudinis, & postea omnio liberatus fuit à dicta infirmitate, quod ipse testis habuit pro miraculo operato per medium Gloriosi Sancti Luciferi, & hoc dixit ipse testis sub iuramento ab ipso præstito, & propria manu se subscripsit.

Super vltimo articulo, &c. & dixit omnia per ipsum dicta esse verissima sub iuramento ab ipso præstito, &c.

Fuit sibi lectum, &c.

Doctor Antonius Galcerinus, &c.

Idem Meloni pro Sirigu Secr.

Dicta die in Ciuitate Calaritana Augustinus Esgrechio Ciuis, & Secretarius Regiæ Prætoriæ ætatis prout dixit quadraginta annorum circiter testis citatus, & præuio iuramento interrogatus super sequentibus articulis, &c.

Et

Et primo super quinto articulo, &c. & dixit cuncta expræssa, & contenta in dicto articulo esse admodum vera, nempe, quod dicto anno millesimo sexcentesimo vigesimoquinto Pater Frater Andreas Esgrechio, Capucinus laborauit quadam infirmitate, qua de causa desperatus fuit à Medicis, & per duos aut tres dies animi dolore cruciatus fuit, seu anxit, & signanter quadam nocte, in qua Doctor Antonius Galcerinus dixit, quod intra duas horas moriturus erat, & quod de eo curam haberent, quibus per ipsum testem auditis cum esset frater dicti ægrotantis, illa nocte remansit in dicto Conuentu, & Pater Frater Hieronymus Boy itapariter Capuccinus tulit præfato Patri Esgrechio quandam Reliquiam Gloriosi Sancti Luciferi, & in conspectu ipsius testis dixit. Pater Frater Esgrechio nūc est tēpus, & hæc est hora, in qua maiorem fiduciam, & spem habiturus es in Deo; huc tibi fero quandam Reliquiam Gloriosi Sancti Luciferi, qui Sanctus intercessurus est cum Deo pro tua salute, qui quidem infirmus, modo quo potuit fecit quasdam actiones versus Deum, & ipso facto cœpit loqui, & nocte recuperauit tātam sanitatem ita ut omnes ibi interessentes stupefacti remanserunt, & postea die sequenti de mane vocarunt Medicos, qui cum peruenissent, dixerūt, quod ipsi opinabantur, illum iam esse mortuum, & cum illum tetigissent dixerunt, quod recuperauerat magnam accessionem valetudinis, & quod erat impossibile iuxta regulas Medicinæ ipsum potuisse viuere, & postea dictis Physicis retulerunt successum dictę Reliquiæ, & tàm ipse testis, quam omnes alij ibi interessentes, & præmissa videntes, istud habuerunt pro miraculo operato per medium Gloriosi Sancti Luciferi, eo quia vno instanti abijt ab ipso febris, & tantopere accessit illius valetudo itaut breui tempore recte valuit, & hodierna die adhuc viuit, & præmissa omnia sunt vera per iuramentum ab ipso præstitum, &c.

Super vltimo articulo, &c. & ipse testis dixit, quod omnia per ipsum deposita sunt vera sub onere iuramenti per ipsum præstiti.

Fuit sibi lectum, & præseuerauit, &c.

Ego Augustinus Esgrechio me subscribo, vt supra, &c.

Idem Meloni pro Sirigu Sec.

Dicta die in Ciuitate Calaritana Doctor Bartholomæus Segui oriundus ex præsenti Ciuitate Calaritana ætatis, prout dixit quadraginta quinque annorum parum plus, minusue testis citatus, & præuio iuramento interrogatus de dicenda veritate, de eo, quod sciet, & interrogabitur, in, & super infrasciptis articulis ipsi testi lectis, & publicatis per me infrascriptum scribam, &c.

Et primo super 4. articulo, & dixit ipsæ testis cūcta expressa, & cōtenta in

in dicto articulo videlicet, q propter deficientiam aquæ per multos mẽses taliter, quod segetes peribant factæ fuerũt multæ processiones, & præces anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo, & in specie die decima quinta mensis Maij dicti anni, facta fuit quædam generalissima processio, qua deuotissimus Crucifixus existens in Ecclesia Sancti Iacobi, ab eadem Ecclesia transportatus fuit ad Ecclesiam Primatialem Calaritanam, & positus fuit super Altari Maiori, concurrente ibi magna populi multitudine, & Nobilioribus præsentis Ciuitatis Calaritanæ, & habita fuit quædam deuotissima octaua, singulis diebus concionando, in qua quidem octaua cecidit festiuitas Gloriosi Sancti Luciferi, quæ cadit die vigesima mensis Maij, & cum concionator daret principium concioni ad publicandum laudes Gloriosi Sancti Luciferi decidit tam copiosa aqua itaut videretur mira proluuies, & qua de causa concionator potius coactus fuit per bonum spacium cessare in dicta concione, quod omnes interessentes in dicta Ecclesia certissimo habuerunt pro miraculo operato per medium Sancti Luciferi, qui voluit nobis subuenire die, qua recolebatur eius memoria in tanta necessitate, qua præmebamur, nempe dictæ aquæ, quæ fuit tanti momenti, itaut non solum recollectio fructuum fuit sufficens pro victu præsentis districtus Calaritani, verum etiam Ciuitatis Sassaris, & Alguerij; prout cum effectu ipse testis dixit, quod istud reputauit pro miraculo operato per medium Gloriosi Sancti Luciferi, & quod pro tali ab omnibus generaliter fuit reputatum, & ita est verum, &c.

Super quinto articulo, &c. & dixit, quod omnia contenta, & specificata in dicto articulo sunt verissima, scilicet, quod anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Pater Frater Andreas Esgrechio Religiosus Ordinis Capuccinorum grauatus fuit quadam infirmitate, in qua ipse testis tanquam Physicus illum visitabat vna cum Doctore Antonio Galcerino, qui quidem infirmus secũdum regulas Medicinæ erat impossibile, quod posset recuperare salutem; prout cum effectu per duos vel tres dies animi dolore cruciatus fuit, seu anxit sine loquela, neque valendo accipere aliquid alimenti, & signan.er quadam nocte circa horam octauam ab ipso teste, & præfato Doctore Galcerino fuit desperatus, & ordinauimus Patribus Capuccinis, quod haberent curam de illo, eo quia infra duas horas moriturus erat, & postea Frater Hieronymus Boy sic similiter Capuccinus tulit dicto infirmo quandam Reliquiam Gloriosi Sancti Luciferi, & illi dixit. Pater Frater Esgrechio hæc est hora, in qua firmiorem spem, & fiduciam habiturus es in Deo, huc tibi affero quandam Reliquiam Gloriosi Sancti Luciferi propter cuius merita Deus Dominus Noster tibi elargietur sanitatem, si ipsi placuerit, & postea ipse testis profectus fuit, & die sequen-

quenti de mane, autumans ipse testis, quod iàm esset mortuus, illum vocari fecerunt à dicto Conuentu, & dictum infirmum inuenit cum tanta accessione valetudinis taliter, quod ipse testis stupefactus, remansit sine febri, & iàm manducauerat, & certo modo loquendo illum inuenit semi sanum, quo circa dictus Pater Frater Boy retulit ipsi testi qualiter incontinenti cum illi tulisset Reliquiam dicti Gloriosi Sancti Luciferi incepit facere nonnulas actiones, & quod etiam illo tunc febris ab illo abierat, & quod illa nocte optime quieuerat, & ita ipse testis dixit, quod pro impossibili habebat, prout iàm deposuit, quod posset viuere secundum regulas Medicinæ, quod tàm ipse testis, quam omnes alij ibi interessentes reputarunt pro miraculo operato per medium Sancti Luciferi, & hoc est, quod ipse testis deponit sub iuramento per ipsum præstito.

Super vltimo articulo, &c. & dixit cuncta per ipsum testem dicta, & deposita continere realem veritatẽ sub onere iuramenti per ipsum præstiti.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit, &c.

Doctor Bartholomæus Segui testis vt supra, &c.

Idem Meloni pro Sirigu Secret.

Dicta die in dicta Ciuitate Calaritana, Hieronyma Astraldo oriunda ex præsenti Ciuitate Calaritana, ætatis prout dixit septuaginta septem annorum parum plus, vel minus, testis citata, & præuio iuramento interrogata super in citatis articulis, &c.

Et primo super quinto articulo, &c. Et dixit ipsa testis, quod illud, quod scit super contentis in dicto articulo est, quod à tribus annis circiter, cum quædam filia, ipsius testis, cui nomen Maria Astraldo, aliam ex suis filiabus haberet ægrotantem quatuordecim, vel quindecim diebus, quæ vocabatur Catherina Gaboys, taliter quod non manducabat, neque bibebat, quicquam de Mense Augusti, prout recordari potest, quam habebant iam pro mortua, & cum ei portasset Ioannes Baptista Airaldo, cognatus dictæ suæ filiæ, quandam Reliquiam gloriosi Sancti Luciferi, quam cum dicta ęgrotans deosculata fuisset, ipso facto omni mora, & dilatione postpositis recuperauit plenam valetudinem, & ipsomet instanti petijt cibum, res miraculosa, cum à quatuordecim, vel quindecim diebus non manducasset, neque bibisset, prout iam deposuit, & hoc dixit ipsa testis esse verum, & quod scit de contentis in dicto articulo, & ita est verum, &c.

Super vltimo articulo, &c. Et dixit, quod omnia per ipsam testem dicta, & deposita sunt vera sub onere iuramenti per ipsam præstiti, &c.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit, &c.

Idem Meloni pro Sirigu Secret. &c.

Dicta die, &c. Maria Astraldo oriunda ex præsenti Ciuitate Calaritana,

ætatis prout dixit triginta quatuor annorum,parum plus, vel minus,te stis citata, & præuio iuramento de veritate dicenda interrogata de eo, quod sciet,& interrogabitur super sequentibus articulis, &c.

Et primo super quinto articulo,&c. Et dixit, quod veritas, & id, quod ipsa testis scit de contentis in præsenti articulo est, quod mense Augusti proximè præteriti adimpleti fuerunt anni duo, quod quædam filia ipsius testis infirmabatur, & erat ætatis quatuordecim, & annorũ 15. dies a quibus non poterat manducare,neque bibere,nisi pistum, quod fiebat de ordine Aromatariorum, quem reputabant mortuam, & cum quadam die inter alias ad eam venisset illius cognatus Ioannes Baptista Airaldo, illi dixit si volebat, quod ad ipsam portaret vnam Reliquiam gloriosi Sãcti Luciferi Archiepiscopi Calaritani, & cum ipsa testis illi dixisset, quod illam portaret, nam forsan altissimus propter merita huius Sancti, ipsi impertiretur sanitatem,dictus Airaldo portauit ad ipsam dictam Reliquiam, & cum obtulisset illam ad deosculandum prædictæ infirmę, illico sine aliqua dilatione recuperauit sanitatem,& petijt sibi dari cibum, prout cum effectu, fecerunt eidem parari ouum, & illud comedit, & post duas, vel tres horas surrexit è lecto sana,& salua,perinde ac si nunquam infirma fuisset, & hoc dixit esse verum, & quod scit de huiusmodi facto, & ita est verum, &c.

Super vltimo articulo, &c. & dixit omnia per ipsam testem dicta, & deposita esse vera sub iuramento ab ipsa præstito, &c.

Fuit sibi lectum,& præseuerauit, &c.

Idem Meloni pro Sirigu Secr.

Dicta die in Ciuitate Calaritana Pater Frater Andrea Calaritanus seu Esgrechio Religiosus Ordinis Capuccinorũ. & hodie administrator Conuentus noui Oppidi de Quarto,ætatis prout dixit quinquaginta quinque annorum parum plus,vel minus testis citatus, & præuio iuramento tacto pectore interrogatus de dicenda veritate de eo,quod sciet, & interrogabitur in,& super infrascriptis articulis ipsi testi lectis,&c.

Et primo super quinto articulo,&c. & dixit omnia contenta,& expræssa in dicto articulo esse admodum vera videlicet,quod anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto ipse testis oppræssus fuit quadam infermitate grauissima,taliter,quod fuit desperatus à Doctore Antonio Galcerino,& à Doctore Bartholomæo Segui Physicis, & duobus, seu tribus diebus cruciatus fuit dolore animi seu anxit non valendo loqui,neque aliquid alimenti suscipere, & tandem cum illum reputabant mortuum ipse testis dixit, quod optime reminiscitur,quod accessit ad ipsum Prater Frater Hieronymus Boy pariter Capuccinus, qui ad ipsum testẽ portauit quandam Reli-

quiam

quiam Gloriosi Sancti Luciferi Archiepiscopi Calaritani, & ipsi dixit. Pater Frater Elgrechio hæc est hora, in qua habiturus es maiorem fiduciã, & spem in Deo Domino Nostro; huc ad te assero quandam Reliquiam Gloriosi Sancti Luciferi, nam propter illius merita Deus Dominus Noster dabit tibi sanitatem, & ita dixit ipse testis, quod cum ægrotaret, itaut non posset se mouere neque surgere, statim atque audiuit verba, quæ dictus Pater Frater Boy sibi dixit, sensit in se magnam lectitiam, & gaudium, & illico habuit vires ad subleuandum caput, & deosculari dictam Sanctam Reliquiam, & ipso tunc cœpit recuperare valetudinem, & febri liberatus fuit, & ipse testis pro certo habuit, quod Deus largitus fuit sibi sanitatem propter merita Gloriosi Sancti Luciferi, quod ipse testis, & omnes qui inibi interfuerunt reputarunt pro miraculo operato per medium Gloriosi S. Luciferi, & hoc est quod dicit iuxta suam conscientiam, sub iuramento per ipsum præstito.

Super vltimo articulo &c. dixit omnia per ipsum testem deposita esse vera sub iuramento more Sacerdotali per ipsum præstito, &c.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit, &c.

Ego Frater Andreas Calaritanus Capuccinus subscribo supradictam depositionem, &c.

Idem Meloni pro Sirigu Secratarius.

Dicta die Calari Iacobus Iancardo Mercator Ianuensis habitator præsentis Ciuitatis Calaritanæ, ætatis prout dixit quadraginta quinque annorum circiter, testis citatus, & virtute iuramenti interrogatus promisit dicere veritatem super infrascriptis articulis, &c.

Et primo super primo dixit, quod cuncta contenta, & expressa in præsenti articulo sunt vera, cognouit, namque quondam Fratrem Franciscum Hortola Religiosum Sanctæ Societatis Iesu, erat vir enim admodum spiritualis, & audiuit ipse testis à multis personis fide dignis, quod dictus quondam Frater Hortola antequam inuenirentur Sacræ Reliquię Gloriosi Sancti Luciferi dixit, quod si perquirebant in loco per ipsum designando inuenirent corpus dicti Gloriosi Sancti Luciferi, prout cum effectu inuẽtum fuit in eodem loco, in quo dictus Frater Hortola prædixerat, nempè vbi extat hodie illius Ecclesia, & ita est verum, &c.

Super secundo dixit pariter esse verum illud, quod continetur, & articulatur in dicto articulo, quod toto tempore, quo cognouit dictum Fratrem Hortola habuit, & tenuit illum pro optimo Religioso, & cuncti reputabant illum Virum Sanctum, tam scilicet illo viuente, quam post illius mortem, & istud est verum, &c.

Super tertio articulo, &c. & dixit esse famam publicam in hac præsenti

Ciuitate, & quod dici audiuit à multis fide dignis, quo dictus Frater Hortola in multis occasionibus prçuidebat inuentiones Sãctorum, spiritu Cœlesti ductus, non solum in Ecclesijs, in quibus extiterat, verum etiam in locis, in quibus nunquã commoratus fuerat, & postquam ipse indicauerat locum, in quo dicta corpora Sanctorum erant reperienda cum effectu in eodem loco repetiebantur; prout euenit in inuentione corporis Gloriosi S. Saturnini, & Gloriosi S. Luciferi, & Gloriosi S. Antiochi Martyris Sulcitani, & plurium aliorum Sanctorum, & ita est verum, &c.

Super quarto articulo, &c. & dixit ipse testis contenta in dicto articulo esse verissima, quod prçsenti anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo propter deficcentiam aquarum, per multum tempus semina districtus Ciuitatis Calaritanæ, & plurium aliorum locorum erant perdita, qua de causa factæ fuere multæ processiones, & præces ad placandum seu mitigandum iram Dei, & impetrandum ab eodem, vt vellet nobis dare aquam, qua indigebamus, & die decima quinta mensis Maij facta fuit quçdam generalis processio, & ab Ecclesia Sancti Iacobi extractus fuit deuotissimus Crucifixus, qui solum extrahitur in similibus vrgentibus necessitatibus, qui multo à tunc tempore non fuerat extractus, in qua quidem processione interuenerunt Nobiliores præsentis Ciuitatis, & multi alij vtriusque sexus, & dictus Crucifixus fuit trãsportatus ad Ecclesiam Primatialem Calaritanam, & fuit positus super Altari Maiori eiusdem Ecclesiæ, & in eius honorem cælebrata fuit quædam deuotissima octaua singulis diebus concionando, in qua octaua decidit festiuitas Gloriosi Sancti Luciferi, quæ cadit die vigesima dicti mensis Maij, & hora recitationis primarum Vesperarum cœpit turbari tempus, & die subsequenti, qua celebrabatur dicta festiuitas ipse testis repertus fuit in supradicta Ecclesia Primatiali, in qua prçdicta festiuitas celebrabatur, & tempore quo concionator volebat concionari, & prædicare laudes dicti Gloriosi Sancti Luciferi eodemmet instanti decidit tam copiosa aqua, vt videretur mira proluuies, & concionator coactus fuit cessare in dicta concione per magnum spacium temporis propter strepitum, seu tumultũ populi, itaut omnes generaliter pro certo habuerunt, quod fuit miraculum operatum à Deo Domino Nostro per intercessionem Gloriosi Sancti Luciferi, vt nobis subueniret in tanta necessitate, quæ quidem aqua fuit restauratio omnium seminum, ad quæ peruenit, itaut perceptio fructuum non solum dedit necessaria districtui Calaritano, verum, etiam districtui Sasseris, & plurium aliorum locorum, & hoc dixit iuxta suam conscientiam, & ita est verum, &c.

Super vltimo articulo examinatus, &c. & dixit, quod cuncta per ipsum testem dicta, & deposita esse vera iuxta suam conscientiam sub

iura-

iuramento ab ipso præstito, &c.

Fuit sibi lectum, & perseuerauit, &c.

Iacobus Iancardo, &c.

Idem Meloni pro Sirigu Secret.

Copia huiusmodi in his viginti sex folijs huius maioris formæ præsenti comprahenso, alieno calamo scripta, sumpta, & extracta fuit prout iacet à suo originali informatione recondita, & custodita in Curia Archiepiscopali Calaritana, & cum dicto suo originali fideliter, & de verbo ad verbum comprobata per me Gasparem Sirigu, auctoritate Apostolica per vniuersum Notarium publicum, Curiæque, & Mensę Archiepiscopalis Calaritanæ Secretarium, & vt huic copiæ veluti dicto suo originali in iuditio, & extra ab omnibus plena adhibeatur fides in testimonium veritatis, Ego Idem Gaspar Sirigu Notarius, & Secretarius, qui supra instante Venerabili Promotore Fiscali pro suo, vt asserit interesse, & pro rebus, & causis sibi beneuisis, hic Calari die 24. mensis Nouembris anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo trigesimo septimo me subscribo, & meum, quo vtor in publicis claudendis Instrumentis Notariæ appono, quod est tale.

Sig ✠ num.

Sunt, & alia plura signa, & miracula quę fecit, & quotidie facit Dominus ad Sanctitatem, & gloriam sui serui Beati Luciferi Calaritani declarandam, quorum informationes iuridice factæ, extant in Calaritana Archiepiscopali Curia, quas ne lectoribus morosi simus, cōsulto omittimus. Tale fuit quod accidit Fratri Ioanni Baptistæ Siluano, Ordinis Sāctissimæ Virginis de Monte Carmello, Patria Sassaritano, hic Calari degēs, inciderat in grauem morbum, ipsomet die festi Sancti Luciferi, forte ob incredulitatem eius Sanctitatis; monitus in tali discrimine à Monachis sui Cōuentus, vt cum magna fide, & fiducia imploraret opem diuinam, intercessione, & meritis Sancti Luciferi, cui, se ex corde, & animo, commendaret; mira res, vbi primum tàm salutaribus monitis annuens, id præstitit, seque B. Lucifero comendauit: spondens, si voti compos euasisset, vbi primum sanitatē recuperasset, se eius sepulchrū inuisurum, & in eius sacello, & Altari Sacrum peracturum, repentè à febri, & morbo, miraculosè liberatus, votum impleuit, & in eius sarcophago, pro tanto beneficio accepto, Deo, & Beato Lucifero, cum exultatione, & lacrimis, gratias egit, vt idem testatus est, & propria manu subscripsit, vt in actis.

Si-

Appendix ad prædictam defensionem SANCTI LVCIFERI.

POst excusam nostrã defensionem Sãctitatis B. Luciferi Archiepiscopi Calaritani, inuenimus in antiquissimo Codice recondito in Archiuio Curiæ Calaritanæ, seruato, & cõsuto in Libro in folio, literę A. (in quo plura antiqua Curiæ Calaritanæ monumenta sunt scripta) acta Passionis Sanctorum Martyrum, Luxorij, Cesselli, & Camerini, in quibus, post narrata horum Sanctorum M.M. torméta, & neces, habentur hæc formalia verba. *Tunc Christiani venerũt noctu, rapueruntq́. corpora Sanctorum, & sepelierunt ea in loco, vbi nunc est Ecclesia Sancti Luciferi Confessoris.* Eadẽ verba afferuntur à Mombritio antiquo Authore (qui scripsit, & floruit tempore Ducum Mediolani) in actis Passionis, & Martyrij Sancti Luxorij Mar. Reperiũtur etiam in Codicibus manuscriptis, Eminentiss. Cardinalis Baronij, seruatis in Bibliotheca Oratorij Romæ, & à Nobili Iacobo Capay, nunc Ecclesiæ Vsellensis Decano, dum esse Romæ, me postulante, lustratis, ab eodemque Cardinale Baronio relatis, in suis notis ad Martyrologium Romanum, die 21. Augusti, vbi ait, se sinceriora acta Passionis horum MM. accepisse à Sardinia. Referuntur etiam eadem verba à Ioanne Arca, ex eodem Codice transcripta lib. 3. *de Sãctis Sardiniæ pag. mihi* 27. in vita Sancti Luciferi.

Et non solùm ex Archiuio Ecclesiæ Calaritanæ vbi inuẽtus fuit hic vetustus Codex manet hæc veritas contestata; sed etiam ex alio antiquo codice manuscripto olim recondito in Archiuio Ecclesię Turrit. vt refert Fara Archipresbyter Sassarẽsis, *lib. 1. de reb. Sardois pag. mihi* 78. vbi loquẽs dę Sãctis MM. Cesello, & Camerino, habet hęc verba. *Eodẽ anno S. Cesellus, & S. Camerinus impuberes Sardi, pro Christi fide, iussu Delasij, gladio confossi sunt propè Calarim, & in loco vbi postea, Templum B. Lucifero Cõfessori dicatũ est, sepulti fuere, vt ex eodem supradicto manuscripto Codice apparet.* Hũc autẽ codicẽ cũ verbis immediatè ibi antecedentibus, refert fuisse recõditũ in Archiuio Eccl. Turritanæ. Quo testimonio, nihil illustrius desiderari põt, ad Sanctitatẽ B. Luciferi Calaritani comprobandã; Cum sumatur nõ ab vno, vel alio Authore, sed ab antiquissimis monumentis, & historia Eccles. Calaritanæ, in qua prędicti MM. passi sũt. Imò & vetustissimis monumentis Eccl. Turrit. à Mombricio, Baronio, Fara, & Arca relatis, eoq; vetustũ templũ S. Luciferi propè hanc Vrbem, & eius Sanctitas, manent euidentissimè contestata.

Peruenit etiam ad manus nostras tomus Historiæ Ecclesiasticæ Regni Angliæ Reuerendi Patris Petri de Ribadeneira Societatis IESV, excusus Compluti, anno 1593. *Apud Ioannem Ignigues de Lequerica*, in quo, *libro 3. cap. 15.* inter alias auctoritates, quas affert, vt probet illicitum esse cum hęreticis communicare, adducit authoritatem Sancti Luciferi Archiepiscopi Calaritani in Sardinia, & eum, pleno ore, titulo Sancti, exornat his verbis. *Y San Lucifero Obispo de Caller en Cerdeña, que fuè desterrado por la fè Catholica de Costancio Emperador, le escriuiò vn libro, en el qual prueua con mu-*

APPENDIX II.

In quo votum D.Fratris Fortunati Scacchi Apostolici Sacrarij Præfecti, de Lucifero Calaritano Episcopo, nullo modo inter Cælites venerando, infringitur, & penitus euertitur.



OSTRO hoc absoluto iam,& prælo extracto opere,nostras, nescio quomodo peruenit ad manus D.F.Fortunati Scacchi votũ (impressum nullibi,sine superiorum excusum licentia, odit enim lucem, qui malè agit, & angulos quærit) quo solarem B. Luciferi sanctitatem extinguere,& Barathri addicere tenebris,pungenti ore, infenso animo,pro virili conatur; instante Archiepiscopo Turritano,cum quo Romæ,medio quodã Monacho Carmelitano Sassaritano (vt accepimus à grauissimo, & integerrimo sui Ordinis viro) amicitiam arctè cõtraxit, in cuius gratiam,in nostrum Luciferum,plenis buccis est debachatus,illius spiritum,& virus ebibens,& euomens, quia quidquid in libello,& summario, ab eo Sacræ Congregationi oblato,summatim dicitur,diffusius,& explicatius traditur in hoc voto. Miratur altaria erecta Lucifero, cultuque Sãctorum,in Calaritana Ecclesia venerari,nomen eius in Litanijs interpositum,vt inuocatus,non è Cœlo, sed de Barathro, & Inferni profundo respondeat.Sic habet; sed quid amplius de Caluino, seu Luthero,iuratis Dei,& Ecclesiæ hostibus diceret? si eadem censura, qua illos æqualiter damnat, quem S. Seuerus Sulpicius, & alij PP. condemnare non sunt ausi. *Beatum* post mortem appellauit Ecclesiæ lumẽ Hieronymus,inuocauit in Hymnis cum Eusebio, & alijs Christi Martyribus, Vercellẽsis Ecclesia,extructis aris, & Templis antiquissimis,Calaritana veneratur Ecclesia, multique docti, & pij viri,eximijs prosequuntur encomijs,& quod caput est,Summus Pastor,& in terris Christi Vicàrius,ad quem spectat, quod de veneratione Sanctorum est, definire, post motam litem, deque B.Luciferi Sanctitate, in contradictorio iuditio, hinc inde expensis ad trutinam,rationibus,nihil innouauit,neque illius venerationem,aut interdixit,aut in posterum cassam,irritamque declarauit, sed nostra nos de B. Lucifero venerando,in possessione reliquit, quæ omnia eius deberent compescere (vt decebat religiosum virum) & nimium retundere ausum, quando supremi capitis,sibi arrogat munus,& sanctitatis factus est Iudex, qui in ipso suo iudicio,& voto,nec sãctitatis,nec pietatis meminit;detrusit barathro, & quẽ suprema Sedes, post maturum iuditium, haud negauit Sanctum,voti sui initio damnauit; in quo excessit sanè, & graui nos contumelia affecit,maiori,qui excudit: Etenim modestè sententiam dicere, prohibet nemo, maledicere,& conuiciari,improbant omnes;maledixit proculdubio, qui & Luciferum hæreticum, & nos qui illum veneramur, hæreticos, & similes Sectarijs Lutheri, Zinglij, & Muntzeri fecit. Neu miretur, si nos, qui in loquendo, & in scribendo,adeò modestiæ, & grauitati consulimus, hic præter morem verba fecerimus, grauiora dicere prouocati; quæ omisimus ob reuerentiam Sanctæ Sedis,cui inseruit; iustus enim dolor est, & licet lacessito, verbis opponere verba, & pro Sanctorum innocentia vindicanda,apologetica adhibere responsa: Quod etiam Sancti Patres, præsertim Hieronymus, Athanasius, Nazianzenus, Augustinus, & alij, Sanctitatis, & modestiæ lumina, in simili factitarunt. Dolens, & inuitus cogor, quæ nollem dicere, lubens ipse voluit, quæ fortè nollet audire, parcat lacessito, damnet lacessentem.

Ff Et qui-

1 Et quidem hoc votũ noua responsione nõ indiget, cuius obiectis in hac nostra defensione abundè satis respõsum,& satisfactum est, tamẽ ex abundanti,& vt ex hoc voto nullus maneat contra Sanctitatem B. Luciferi hæsitãdi locus,aliqua hic animaduertere, & proponere lubet, quibus quasi solaribus radijs,omnis contraria nebula depelletur,& quasi tormento æneo,eius, contra cælum,machina dissoluetur.

2 Et primo notãda est manifesta vis, quam affert pluribus locis Sãctorum, & Doctorum, quæ facilem, pium sensum, & explicationem in contrarium, habere possunt; præcipuè D. Hieronymi,oblitus,ab eo,gloriosis,*Confessoris, Beati,& boni Pastoris*,titulis,post mortem fuisse condecoratum, & expressæ protestationis, quam præstitit in ipsomet Dialogo contra Luciferianos, se nihil eorum,quę ipse retulerat,de eius segregatione ab Ecclesia, vel propter tumorem superbiæ, vel propter disseminaram famam,à maledicis (scilicet hæreticis, & Catholicis Meletianis) dissensionis Antiochenæ, de tali, tantoque viro credere. Aliquibus etiam loquutionibus, in quibus videtur Sanctus Doctor,contrarium innuere,in illo Dialogo,pium, & facilem sensum dedimus, ex alijs verbis eiusdem Hieronymi *cap. 46. huius libr.* in quo ostendimus,D. Hieronymũ fuisse præcipuum vindicem Sanctitatis B. Luciferi, v.g. cum loquens de Luciferiano disputante cum catholico, vocat illũ, Luciferi sectatorem,intelligendus est, secundum nomenclaturam, & communem existimationem, & famam, à Ruffino,hæreticis, & Maletianis sparsam, aliàs in eodem loco sibi manifestè cõtrarius esset,cum dixit,nihil horum se de tali viro credere,constanter affirmando,solis verbis,non rebus,ipsum dissensisse, cũ dissentio illius Luciferiani arguentis, & suorum sodalium,nõ fuerit solis verbis, sed rebus, vt ex eius loqutionibus, & eorũ dogmatibus,manifestè apparet.

3 Inter alia autem D. Hieronymi loca,ab eo pro libito interprætata,noluimus prætermittere illum, *dicto Dialogo contra Luciferianos*, qui sic se habet. *Miror quosdam, & certè Nicenæ fidei sectatores,tantæ duritiæ existere, vt tres Confessores de exilio reuertentes,non putent, id ob totius orbis salutẽ necessariò facere debuisse, quod tot, & tales viri voluntate fecerunt, sed post reditum Confessorum; in Alexandrina posteà Synodo constitutum est, vt exceptis authoribus hæreseos, quos error excusare nõn poterat, pœnitentes, Ecclesiæ sociarentur, &c.* Hunc locum nos citauimus, *par. 2. huius 1. lib. cap. 26. num. 6.* in fauorem Beati Luciferi, probantes ex eo Beatum Luciferum (non Hilarium Pictauiensem, vt falsò autumat Marianus super hunc locum, tum quia Hilarius non fuit author illius decreti de recipiẽdis lapsis Synodi Alexandrinæ, in qua,nec per se, nec per suos Legaros, interfuit, tum etiam quia iam aliquibus anteà annis in vita Constantij, eius permissu in Gallias ad propriam Sedem remeauerat) fuisse vnum ex ex illis tribus Confessoribus, nempè cum Eusebio, & Athanasio, qui fuerunt authores præcipui in Alexandrina Synodo, conficiendi decretum de recipiendis lapsis: nam alijs Confessoribus,de exilio reuertenribus adaptari non potest hic locus, cum hi fuerint tres præcipui exules ab exilio reuersi, aliorum catholicorũ antesignani; nam si ad hos tres non restringitur,ob hanc causam;intelligentia huius loci,plures fuerunt,quam tres cõfessores ab exilio reuersi, qui in Alexandrina Synodo, huic decreto subscrip-

ſcripſerunt,& dicto Cõcilio interfuerunt,vt apparet ex actis eius.

4 Hunc igitur locum ita ſincerè,propriè,& currẽti calamo, à nobis explicatum,ipſe aliter explicat, & violenter extorquet, *num.* 6. inuidens hanc gloriam noſtro Lucifero,dum ait, per tres confeſſores ab exilio reuertentes intelligi Luciferum Calaritanum, Pancratium Presbyterum, & Hilariũ Diaconum,Liberij legatos,à Conſtãtio exulatos,indulgentia Iuliani de exilio reuerſos, agglomerans illum his duobus, quos fuiſſe ex præcipuis Luciferianæ ſectæ aſſeclis,certum eſt, & opponens annuit *num.* 10.& per illa verba,*quod tot, & tales viri voluntate fecerunt*. Patres Nicenæ Synodi. Sed inepte ſatis, & cũ manifeſta violentia ipſorum verborum: Etenim verba illius loci, expreſsè loquuntur de aliquo decreto facto, ob totius orbis ſalutem,ab illis tribus aſſertis Cõfeſſoribus,ab exilio reuertentibus; cũ autem conſtet ex Baronio, & omnibus Scriptoribus Eccleſiaſticis, exilia Conſtantij, primo Iuliani anno fuiſſe relaxata,nempe anno 361.& Nicena Synodus fuerit celebrata anno 325. non poteſt hic locus loqui de decreto Nicenæ fidei, confecto à Patribus illius Concilij 36.annis ante relaxationem horum exiliorum, à Iuliano factam,nã expreſsè loquitur de decreto facto à tribus Confeſſoribus de exilio reuertẽtibus, atque adeò poſt relaxata exilia; Igitur nullatenus poteſt intelligi hic locus de decreto Nicenę fidei,facto cõtra Arium, licet illud neceſſariò ſupponat, ſed de decreto facto in Alexãdrina Synodo de recipiẽdis lapſis, quod manifeſtè innuit hic locus in illis verbis. *Sed poſt reditum Confeſſorũ,in Alexandrina poſteà Synodo conſtitutum eſt, &c.*

5 Et confirmatur alia manifeſta inſtantia, quia Lucifer, Pancratius, & Hilarius, non interfuerunt Concilio Niceno,vt conſtat ex actis illius Concilij, & hiſtorijs Eccleſiaſticis, igitur non potuit decretum illius Concilij fieri ab his tribus confeſſoribus. Item neque decretum Concilij Alexandrini poteſt tribui Pancratio, & Hilario, qui neque interfuerunt, nec ſuffragia dederunt in illo Concilio, vt conſtat ex actis illius,igitur Pãcratius, & Hilarius nullo modo fuerunt ex numero illorum trium confeſſorum,de quibus loquitur Hieronymus, ſed Lucifer, Euſebius,& Athanaſius, qui fuerunt præcipui authores decreti illius Synodi, ob ſalutem totius orbis, vt per tàm neceſſarium Concilium, Sathanæ faucibus eriperetur, ſicut ereptus eſt,vt ait Hieronymus. Ita hunc locũ nobiſcum interprætatus eſt D. Conſtantinus Caietanus Abbas Benedictinus, notæ eruditionis vir, vt ſæpè dictum eſt, à Baronio in ſuis Annalibus comendatus, in diſquiſitione ſãctitatis B.Luciferi, quam mihi Romæ exhibuit, & tamquam ingentem theſaurum apud me retineo.

6 Secundo refellimus huius opponentis aſſertum,dum *num.* 12.ait,Luciferum nòn ſolùm ſchiſmaticum, ſed etiam in ſuſpitionẽ hæreſis deueniſſe, quod probat authoritate *cap.quidam* 24. *q.* 3. vbi inter reliquas hæreticorũ ſectas, recenſetur ſecta Luciferianorum, à Lucifero denominationẽ ſortita. Ex quo loco,in materia hiſtoriç contra noſtrum Luciferũ, quam paruam vim afferat hæc obiectio, abundè ſatis oſtendimus *c.*49.*huius lib.*

7 Probat etiam authoritate Theodoriti, & Sozomeni, antiquorum quarti ſæculi,ſcriptorum,à quibus ſolis, cæteri authores, quos ipſe citat, hauſerunt,quorum calculis, quod nulla ſit fides adhibenda in his, quæ ſcribunt

contra nostrum Luciferum, præcipuè in hoc puncto, latè ostendimus *c.* 18. *&* 19. *huius lib.* Nam in contrarium stat authoritas Sanctorum, & vetererum Patrum, Epiphanij, & Philastri, qui nullius hæresis B. Luciferi meminerunt, vt patet ex eorũ scriptis. Ambrosij, qui in illa oratione funebri sui fratris Satyri, meminit sciunctionis Luciferi, non hæresis, quam non tacuisset, si in illam Lucifer incidisset. Augustini, qui *epist.* 50. *ad Comitem Bonifacium*, ait Luciferum incidisse *in tenebras schismatis*, non dixit hæresis, *amisso lumine charitatis*; non dixit fidei. D. Hieronymi, qui in citato Dialogo contra Luciferianos, constanter affirmat, Luciferum *solis verbis non rebus dissensisse*; quod nullatenus esset verum, si in hæresim incidisset, sicut Luciferiani posteà inciderunt; nam hæretici non solum verbis, sed etiam rebus, & contrarijs dogmatibus, ab Ecclesia dissenserunt.

8 Hos Sãctos Patres sequutus est Baronius, nostrorum aduersariorum antesignanus, in asserẽdo schismate Luciferi: motus, & meritò, tantorum Patrum authoritate, vt idẽ opponens, *num.* 14. fatetur, vbi mirum est, quomodo velit, quandam authoritatem *Hieron.* detorquere, suspicans illum loquutũ de Lucifero Calaritano, cũ dixit *deceptionem hæresis, tàm laico, quàm Episcopo cõmunem esse, &c.* Cum huic suspitioni, & interpretationi, contra nostrum Luciferum, repugnet expressa sententia Hieronymi iam relata, adiunctis his, quæ diximus, *cit. c.* 46. *huius lib.* in quo diffusè expendimus authoritatem Hieronymi in Dialogo contra Luciferianos, à Turritano, nobis obiectam, sed animi infensi, obtusis oculis, inuisi festucæ apparent trabes, & quidquid contra eum somniat, ei facilè imposturam facit, sicut cum errores, maculas, conuitia, & contumelias Luciferianorum in Ecclesiam Catholicam Romanam, & eius Sanctissimum Pontificem Damasum, à quibus noster Lucifer fuit omninò immunis, in eum immeritò refundit.

9 Tertio retundimus huius opponẽtis aliud assertum, dum ait *num.* 71. pro decessu Luciferi in schismate, stare scriptores omnes, quot quot tẽporum Chronicas ediderunt, aut scripserunt, quorum ne vnum quidem ab hinc mille ducentos, & supra annos, aut Luciferũ à schismate excusauit, aut inter cœlites connumerandum somniauit, præter nonnullos recentiores Sardos, patria Calaritanos. Retũdimus, inquã, hoc, ex dictis *in* 3. *parte huius nostræ defensionis*, in qua adduximus Sanctos Patres, Luciferi coetaneos; scilicet Athanasium, Hilarium, Nazianzenum, & Hieronymum, ex quorum dictis, & præcipuè Nazianzeni, euidenter deducitur, falsum fuisse id quod posteà à Ruffino, & Græcis historicis, de schismate Beati Luciferi, scriptum est, & de dissensione illius cum Eusebio, & Ecclesia, quorum testimonium inualidum esse contra nostrum Luciferum, latè discussimus, & probauimus in secunda parte huius lib. *à cap.* 17. *vsque ad* 24. imò, & ex Socrate, & Sozomeno, qui fuerũt authores illius quartæ Centuriæ, Ruffini contemporaneis, ostendimus *cap.* 28. quod licet Ruffino adhæserint in asserendo schismate Luciferi; ab ipso tamen deuiarunt asserentes fidei, & decretis Ecclesiæ consentientem, remeasse ad thronũ suũ, itaque ex authoribus antiquis illius quarti sæculi, solus Ruffinus, & non Theodoritus, meminit finalis impœnitentiæ B. Luciferi, cui in hoc, Socrates, & Sozomenus in sua historia, apertè contradicunt, atque adeò pro parte B. Luciferi stant

non

non solùm illi quatuor Patres numerati, ex quorum dictis euidenter deducitur immunitas B.Luciferi à schismate; licet in cõtrarium stent Augustinus, & Ambrosius, asserentes eius schisma, decepti in materia facti in Oriente gesti, à fama hæreticorum, imò & Meletianorum, contra Luciferum sparsa,& hi duo Sancti Patres nõ affirmant Luciferum obijsse in schismate. Ruffino verò hoc affirmanti, opponimus Socratem,& Sozomenum expresè ei contradicentes, igitur ex Sãctis Patribus, & antiquis historicis quartæ Centuriæ, diuersa scripta nutant, & plures stant pro nostro Lucifero, quam contra; reliqui authores posteriorum sæculorum ab his historicis hauserunt, & ideò in materia facti,& historiæ, nullã maiorem authoritatem addunt, licet fateamur plures ex scriptoribus Cronologistis, & authoribus sequentium sæculorum, in asserendo schismate B. Luciferi illorum historias fuisse sequutos.

10 Ratio verò huius est in promptu, orta ex desidia, & incuria Calaritanorum, imò & omnium Sardorũ præteritorum sæculorum: Etenim in nullo ex retroactis sæculis, inuenimus aliquem typis mandasse, vel scripsisse volumen aliquod de rebus Sardois, tàm Sacris, quàm profanis vsque ad finem sæculi 16. in quo, scilicet *anno* 1580. Franciscus Fara Archipresbyter Turritanus composuit, & excudit Librum vnum de rebus Sardois, tàm breuẽ, vt potius opusculũ dici queat, eruditum sanè, quem posteà sequuti sunt Ioannes Arca, & Serpi, scribens Primus de Sanctis Sardiniæ: Secundus Apodixim B.Georgij,horum autem scripta excusa, adeò sunt parua, & tenuia, vt vix mereantur nomẽ voluminis: cum igitur retroactis sæculis tanta fuerit nostrorum incuria, in cõscribẽdis, & edendis historijs nostratium rerum,quæ per orbem sparsę,viros eruditos, nostrorũ gestorum redderẽt certiores,hinc euenit, vt Chronologistæ,& authores præteritorum sæculorũ,in historias Ruffini, & Græcorum antiquorum per orbem euulgatas,incidẽtes,cum nullus ex nostris staret ex aduersò,quasi arietes,sine causæ discussione, eos sequuti sunt,& inter illos Baro. qui suo solo authoritatis pondere,traxit secum omnes iuniores,nostrarum rerum ignaros;atq; adeò omnes simul, nõ maioris authoritatis pondus habent, quam authores quarti sæculi, à quibus reliqui hauserũt;dicta, & sententias quatuor Patrum illius sæculi, scilicet, Athanasij,Hilarij, Naziãzeni, & Hieronymi in fauorem B.Luciferi, trutinæ intellectus non admouentes.

11 Sed esto hoc verum sit; non defuerũt,tamen multi tàm ex antiquis, quã modernis, qui sanctitatem,& gloriam B.Luciferi,cœlo, terraq; radiantem, in morte,& post mortem, agnouerũt, & contestati sunt,quidquid sit de alia quæstione, an in schisma inciderit, quorum plures adduximus *c.* 29. *huius lib.*hi sunt(pręter Socratem,& Sozomenum, qui quamuis secessionem eius ab Eusebio affirmauerint, tamen cum pace Ecclesię ad proprium thronum remeasse constanter affirmant) Cassiodorus,& Nicephorus,Socratẽ, & Sozomenum in hoc sequuti, Hermanus Cõtractus Suecus, *ann.* 1040. *in su Chronico.* Primus,Cabilonensis Episcopus,*anno* 1450.in typographia aliorum Sanctorum, B. Luciferum collocauit.Mõbritius, qui paulò post scripsit, & floruit tempore Ducũ Mediolani, illum Sanctum refert *in actis antiquis SS. MM. Cęselli, & Camerini*, quæ affert *in vita Sancti Luxorij Mar.* Petrus à Natalibus Episcopus

Equilinus, B.Luciferum ſcripſit in albo Sanctorum ante annos 130. & hi tres præfati,nec Calaritani, nec Sardi, ſed exteri. Io.Tilus Epiſc.Meldēſis Gallus, anno 1567. Fara Archipresbyter Turritanus, patria Saſſarēſis. Coriolanus Italus *in ſuo Breuiario Chronologico*.Hēricus Spōdanus Gallus breuiator Baronij,& eiuſdem Cōgregationis. Abraham Zouius Italus, *in vita Pauli V*. Thomas Bozius Italus relatus à Coriolano. Bibliotheca veterum Patrum *to.9. noua impreſſionis*. Philippus Ferrarius Italus *in Cathalogo generali Sanctorum*, *qui in Martyrologio Romano non ſunt*. D. Conſtantinus Caietanus Abbas Benedictinus, Siculus, ſæpè à nobis *in hoc lib. citatus*. Cornelius à Lapide Societatis Ieſu Tramōtan. ſuper Apocalypſim, quem truncatum, pro ſe opponēs adducit, ſicut Antiochum Brondo: Nam ambo adhæſerunt opinioni dicentium, B. Luciferū in ſchiſma incidiſſe,verumtamen poſteà reſipuiſſe, & in Sācta Eccleſiæ pace obijſſe,pro virili defendit Brondo, cui adhæret Cornelius, dum Brondi rationes ſatis neruoſas eſſe dicit. Petrus de Ribadeneira Hiſpanus eiuſdē Societatis,*in hiſtoria Regni Angliæ*, *excuſa Compluti*, *anno* 1593.& in vitis Sanctorū prima parte excuſa Barchinone *anno* 1624.*col.*1. *in vita S.Athanaſij*. Ludouicus de la Cerda Toletanus, eiuſdem Societatis *in Commentarijs Tertuliani*, *in Elenco Sanctorum*, *& veterum Patrum*. Melchior Incofer Auſtriacus eiuſdem Societatis, in Panegirico,ab ipſo edito in laudem B.Luciferi, & à nobis excuſo in principio huius operis. Scipio Scambatus Neapolitanus, eiuſdem Societatis, à nobis allegatus *c.* 47. *nu.*2. *huius lib.* Horatius Quaranta Neapolitanus, eiuſdem Societatis in elucubratione in numiſma B.Luciferi,à nobis excuſa *cap*.48. *huius lib.* Ludouicus Aurelius Peruſianus Italus, Breuiator Baronij, qui excudit Romæ *anno* 1636. *lib.*4.*pag*.389. vbi tenet Luciferum ſeceſſionem illam, citra crimen fecisſe,atque adeò ſentit ob eam non eſſe è Sanctorum numero expungendum. Caſſanate Hiſpanus,in Supremo Aragonum Cōcilio, Regius Cōſiliarius, inter celeberrimos noſtri ſæculi iuriſperitos, meritò computandus, in informatione, quam in iure compoſuit, & excudit in fauorē Primatus Calaritani.Magiſter Frater Franciſcus Boil Mercenarius Diœceſis Algaren. inter primos,& celebres verbi Dei præcones, in aula Regia Catholicæ Maieſtatis,nulli ſecundus, in ſua hiſtoria B.Virginis del Puche.*c.*19.Nouiſſimè D.Ioſeph Maria Suarezius, natione Gallus ab Hiſpania oriundus, Epiſc. Vaſionenſis, in coniectatione ſuper numiſma B.Luciferi, Romæ inuentū, à nobis excuſa,*cap*.36.*huius lib.* Quibus tandem aureum calculum addidit D.Franciſcus Vico de Artea Saſſaritanus, vir notæ eruditionis, & integritatis, omni commendatione digniſſimus, in Sacro Supremo Aragonū Senatu Regens,qui primus ex Sardois, virtute meritorum, ad ſupremū illud Tribunal, fuit à Catholica Maieſtate, Matriti, euectus: hic in generali hiſtoria Sardiniæ, anno præterito excuſa,*to.*1.*par.*3.*fol.*34.*à cap.*9. *vſque ad* 15.pro virili defendit,non ſolū Sanctitatem B.Luciferi, ſed etiā nullatenus in ſchiſma incidiſſe, ſatis efficacibus,& neruoſis rationibus,impugnans Baronium.

12 His omnibus ſubſcripſerūt, Prælati, Doctores,& Theologi omnes, qui, re maturè diſcuſſa, & præuio ſtudio, & conſultatione dederunt calculū in Cōgregatione, quam iuxta præſcriptum

tum Concilij Tridentini, iussit fieri noster prædecessor, vt reliquiæ S.Luciferi, Calari inuentæ, publicæ exponerentur venerationi; hoc enim calculo, eius sāctitati manifestè subscripserunt. Hi fuerunt D. Franciscus Esquiuel Archiepiscopus Calaritanus, patria Hispanus, D. Vincentius Bacallar Episcopus Bosanen. Suffraganeus Turritani. D. Sebastianus Carta Episcopus Madauren. Diocesis Arboren. Doctor Ioannes Atzori Decanus huius Sanctæ Primatialis Ecclesiæ Calaritanæ, posteà Episcopus Bosanen. Doctor Melchior Pirella Canonicus, patria Nueren. Algarē. Diocesis, Sanctæ Inquisitionis Commissarius, & posteà Episcopus Bosanen. & Vsellen. Magister Frater Vincētius Goni Vicarius Generalis S. Dominici Italus. F. Antonius Marcer Minorita de Obseruantia Hispanus, olim Visitator Apostolicus Regni Sardiniæ à bonæ memoriæ Clemente VIII. designatus, & tunc Cōfessarius Dominorum Proregum. F Ioannes Galuan Hispanus, Cōmissarius, & Prouincialis Minoritarum Obseruantium Sancti Francisci. Magister Frater Ioannes Belda Italus, Visitator Patrum Sancti Augustini. Magister F. Frācišcus Serrano Hispanus, Vic. generalis Carmelitarū. Magister F. Hieronymus Fuertes Hispanus, Commēdator, & Commissarius Patrum Regalis Ordinis de Mercede, Calificator S. Inquisitionis. F. Antonius de Castello Prouincialis Capucinorum Diocesis Ampuriens. Magister Fr. Frācišcus Manca Dominicanus, Diocesis Algaren. Regens Studiorum sui Ordinis, prius Neapoli, nunc in Vrbe Primaria Bohemiæ. Magister Fr. Didacus Casada Hispanus Ordinis S. Augustini. P. Raphael Garau Maioricensis, insignis Theologiæ professor, Prouintialis Societatis Iesu. P. Augustinus Castagna Theologus eiusdē Societatis, Collegij Calaritani Rector, posteà Prouincialis Sardiniç, Diocesis Arboren. Pater Saturninus Vrsana eiusdem Societatis, & in vniuersali Calaritana, Sardiniæ Academia, Primarius professor, & S. Inquisitionis calificator, Diocesis Bosanen. P. Saluator Pala eiusdem Societatis, in eadem Academia diuinarum Literarum interpres, calificator S. Inquisitionis, Diocesis Bosanen. P. Antiochus Carta eiusdem Societ. Theologus, Diocesis Arboren. P. Antonius Lopez eiusdem Societatis Sac. Theologiæ professor, in prædicta generali Vniuersitate Sardiniç, S. Inquisitionis calificator, Diocesis Algaren. Omissimus Doctorem Antiochum Strada Canonicum Vsellen. qui prædictç cōgregationi interfuit, & subscripsit, quia erat patria Calaritanus, licet vir omni exceptione maior; qui omnes recensentur in actu iuridico, à Secretario Curiæ Calaritanç recepto, & testificato, quem excudimus, *pag. 195. huius libri.*

13 Ex quibus apertissimè constat, omninò falsum dixisse opponentem, nullum, ex Authoribus sæculorum, tàm antiquis, quàm modernis somniasse, B. Luciferum inter cælites connumerare, præter nonnullos recētiores Calaritanos, cum à sæculo præsertim vndecimo, vsque ad præsens, tot authorès, & Doctores eius Sanctitati subscripserint, tàm ex antiquis, quàm ex modernis, viri clari nominis, & doctrinç, nullus patria Calaritanus, prçter duos Episcopos Bosanē. Bacallar, & Atzori, quos propter suæ dignitatis celsitudinem, noluimus præterire, etiā quod fuerint Calaritani.

14 Addo primo in omnibus retroactis sæculis, vsque *ad* 15. prçter Ruffinum, nullum aliū ex Authoribus ab oppo-

nente

18 Item inuentio sui corporis in suamet Ecclesia cum Epitaphijs, & notis manifestis suæ sanctitatis, quæ adduximus, *cap.*33. Quæ autem opponens obijcit contra hanc inuentionē, & Epitaphia, latè diluimus, & impugnauimus *cap.*34.*huius lib.& cap.*40. *& seq.* Vnde falsissimum est, & nimis temere dictum, quod asserit *num.*71. recentiores Episcopos Calaritanos, illi cælitum venerationē præstasse ab *anno* 1628.nam in Ecclesia Calaritana incepit à primis sæculis, vt patet inter alia, ex vetustis Tēplis; ad quid enim Templum sine cultu, & veneratione? & ideò non clauditur sub illo decreto Concilij Tridentini *sess.* 25. ab ipso allato; nam loquitur de nouo cultu, & veneratione, quæ nullatenus fieri debet inconsulto Romano Pontifice; si verò agit de inuentione eius corporis, & expositione illius, populo adorandi, hæc facta fuit *anno* 1623. seruata forma Concilij Tridentini; nam ipsa expositio acta fuit à nostro antecessore, adhibito Concilio insignium Theologorum, & aliorum piorum virorum, imò, & Episcoporum, vt constat ex iuridicis eius actis in hoc libro exaratis, nec defuit consultatio cum Romano Pontifice facta, vt constat ex Pauli V. rescripto à nobis excuso *cap.*54. *num.*3. *huius lib.* de quibus, si me consuluisset oppōnēs (quādo dedit hoc votum) in Romana Curia tunc existentem, factus fuisset certior, & non temere in hanc actionem tàm serio cōfectam debachatus fuisset.

19 Sicut etiam falsum est nomen *Sancti* in Epitaphio sepulchri B.Luciferi inuentum, *Beatæ Memoriæ*, vel *Beati Martyris, & filij Catholici S.Romanæ Ecclesiæ* (hoc vltimo à priscis illis Calaritanis singulariter illi tributo, vt eum à falsa schismatis fama disseminata vindicarent) non esse firmū argumētū eius sanctitatis, etiā si fuisset à fidelibus Catholicis appositū; quod multis exemplis probat ex Cyrillo, & Ioanne, relatis in Concilio Ephesino, & ex epistolis Hieronymi, Cypriani, & Gregorij, fuisse titulum sanctitatis, tunc temporis Episcoporum.

20 Sed non inficiamur, titulum *Sācti* antiquitùs viuentibus esse collatum; non tamen post mortem, imò neque in vita, post expressam condemnationem, vt patet in exemplo allato Nestorij in Concilio Ephesino ab opponente citato, in quo Nestorius ante condemnationē, cū à Cyrillo, & Ioāne, *religiosissimus*, *Dei amabilissimus, & sanctissimus*, fuit appellatus, posteà in sententia depositionis à sancta Synodo contra eum lata, non his titulis exornatur, sed contrarijs condēnatur, videlicet *impijssimi*, & *noui Iudæ*, vt cōstat ex præfata sentētia illius Cōc.*to.*1.*cō.gē.pag.mihi* 366.*&* 373. sic in Euangelio Iudas, prius Apostoli honorifico titulo, decoratus, post nefariam eius proditionem, contrarijs titulis, scilicet *traditoris*, *furis*, *latronis*, *& prauaricatoris* carpitur, & similia passim occurrunt exempla in Sacra scriptura, Concilijs, & Sanctis Patribus. Addo exēpla petita à Hieronymo, & Cypriano ab opponente citatis, non esse ad rem, tum quia ab illis, viuentibus fuit tributus hic titulus; tum etiam quia fuit tributus sanctissimis viris, & D.Hieronymi familiaribus, sicut Christi cōfessoribus, in Cypriano.

21 Quia verò post obitum, etiam hoc opponens probat, ex epist. D. Gregorij ad Athanasium presbyterum Isauriæ, *epist.*64.*lib.*5. *indic.*14. exemplo Ioannis Constantinopolitani, quem sanctissimum vocat, cum *ex epista.* 69. *lib.*7.*indic.*2.*ad Eusebiū, & alios Episcopos,*

terculi, cum eius ſepulchro, tunc caſu inuẽti, quæ ſic habebat, *Corpus S. Fælicis Papæ, & Martyris, qui damnauit Cõſtantiũ.* Ex vi huius tituli inſculpti in lapide, manus dedit, retractauit ſẽtentiam, & exiſtimauit, ſe fœliciſſimè à Fęlice victum; & in Fauſto Regienſi, cum ſola dedicatione Templi. & Sancti titulo inſignito, in Martyrologio Gallicano, eius ſãctitati ſubſcripſit: Irrideat ſibi familiaritate cõiunctos Saſſaritanos, qui ex his ſolis epitaphijs in lapidibus exaratis, ſine vllis alijs fundamẽtis, ex nuper à nobis adductis, reliquias inuentas Turribus, in Templo S. Gauini Martyris, publicæ venerationi expoſuerunt, vt conſtat ex his, quæ refert P. Pinto, & Frãciſcus Baſteliga à nobis relati, *c.* 40. *num.* 4. *huius lib.* Irrideat denique Eccleſiam Romanam Catholicam, quæ hoc ducta fundamento, B. Fœlicem, & alios Sanctos in ſuum Martyrologium excepit; ſed qui habitat in cœlis irridebit eum; ipſe verò caueat vltionem Diuini numinis, quam plures eius, in hoc ſodales, experti ſunt.

25 B. Luciferi inſuper ſanctitatẽ comprobat antiquiſſimum numiſma Diui Luciferi, Romæ inuẽtum, de quo plura diximus *cap.* 35. *& ſeq.* Item Indulgentiæ conceſſæ à Paulo V. inuiſentibus Templum S. Luciferi, ad eius ſanctitatem promouendam. Item Imagines B. Luciferi, Romæ excuſæ de licẽtia Superiorum. Reuelationes factæ pijs perſonis, graduum ſuæ gloriæ in Cœleſti beatitudinis Regno: Plura miracula facta à Deo in confirmationem ſuæ ſanctitatis, & quæ quotidiè præſtat, illum ex animo, & deuotè inuocantibus, de quibus omnibus latè diximus *cap.* 38. *huius lib.* Argumenta autem quæ affert iſte opponẽs, ad infringendam ſanctitatem B. Luciferi, quia (vt in initio huius reſponſionis diximus) ſunt eadem, quæ oppoſuit Turritanus, & latè à nobis ſoluta ſunt 4. *par. huius noſtræ defenſionis*, ideò ad eam lectorem remittimus.

26 Solum hic libuit breuiter duo, vel tria attingere. Primum eſt fruſtra illũ vrgere, iam à nobis ſolutum argumẽtum negatiuum ſumptum ex authoritate Auguſtini, Ambroſij, & Seueri Sulpitij, qui agentes de ſchiſmate Luciferi, non tacuiſſent eius pœnitẽtiam, ſi illam egiſſet, vtpotè vicinorũ illius temporum, & poſt eius obitum; ductus *nu.* 63. hoc argumento, quod hi Patres habuiſſent ad manus argumentum non ignobile contra Luciferianos, quo eos ad communionem cum Eccleſia Catholica hortarẽtur. Quæ ratio ad ſummum probat, ipſos hoc factum ignoraſſe, & ideò tacuiſſe, quod nullum eſt inconueniens, cũ acciderit in Regione ab ipſis diſtãte, in Inſula, multis maris ſpatijs ſeparata. Idem argumentum opponat Baronio, vt ipſe aſſerit (& meritò) antiquitatum effoſſori, omni exceptione maiori, cuius ſe ſequacem prædicat, loco à nobis citato, circa Fauſtum Regienſem, cõtra quem ſtat idem argumentum: Nam neque Cæſarius, & Auitus doctiſſimi, atque ſanctiſſimi in Gallijs Epiſcopi, neque in Africa, Sãctus Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus, qui ſeptem libros compoſuit contra Fauſti hæreſes, & errores, neque alij totius Orientis, & Occidentis, quos *cit. tom. pag. mihi* 502. *num.* 33. *& ſeq.* idem Baron. refert, meminerunt eius retractationis, & pœnitentiæ; ſolutionẽ igitur, quam ibi adduxiſſet Baron. ſi fuiſſet ei propoſitum argumentum, Nos hic adhibemus, & ſufficit.

27 Similiter ad argumentum, ꝙ *num.* 54. conficit ex Gelaſio Papa *c. S. R. E. diſtinct.* 15. efformatum in hunc modũ. Eccleſia Romana ſentit, quæ cum Ruffino

Corroboratur præcedens defenſionis
SANCTITATIS B. LVCIFERI LIB.
Ex Proteſtatione ab Illuſtriſs. Authore in extremis eius vitæ facta.

IAM defenſionis hic Sanctitatis B.Luciferi Liber ſuo vicinus ortui erat, quando,& ſuo (proh dolor) occaſui vicinior fuit Libri Author: Iam è prælo ad omnium preces maturus ille prodibat, quando; & iſte maturior ad gloriæ præmia,exiuit è vitę prælio; non huius tamen ferum Martem, vel in morte timendo, ſed tremendus morte ſua effectus hoſti ad coronam vocatus æternum triumphaturus abiuit, & quaſi nō obiuit, cuius memoria in benedictionibus ſempiterna vigebit: neque ipſum viuere pigebat inter mortales, qui ad immortalitatem iā proximè vrgebatur: non enim par eſt credere de tanto Præſule, quod laboris ferocem horreſceret vultum, quin extremè potius corpore infirmus,valetiori animo, Zelo Turonis Epiſcopi æmulus ſecum intus agebat: Domine ſi Sancto tuo,ſi meæ ſponſæ adhuc ſum neceſſarius, non recuſo laborem. Et ſanè quid pium retardaret Antiſtitē tot poſt actos in Vrbe triumphos euulgādos in orbem? poſtquam verè Ambroſius,non vt Mediolanus nouum Eccleſiæ lumen Aurelium dedit, ſed ſydus antiquum, indeficiens lumen Luciferum Sanctum reſtituit orbi; & Vrbi, eſtò Calaritana ſua nunquam illud amiſerit, erroris quamuis nubes Ruffinus immiſerit: poſt etiam aduerſos ad extremum dimiſſos inermes, quid vermes timeret extremos? qui, vel ſalute infirma Romam nauigaturus non horruit mare, mori quid timeret in cœlum iturus? iam liceat,ò virum ineffabilem,nec labore victum,nec morte vincendum,qui nec mori timuit (teſtes ipſi ſumus) nec viuere recuſauit pugnaturus pro Sanctis.. Verum ne poſt ſubs cine-

res puluerem excitaret Aquilo aquilino plusquam intuitu (vt erat ingenio prouidus) præuidit futurum Zoilum, etsi non arrodentem opus, scopum saltim internum Authoris mordentem, dente persimili: Libri huius Author biceps quasi, & Doctor, & Præsul erat; cum vero Ecclesiæ Calaritanæ esset Antistes, quidni pro ea staret viuus, vbi, & vnde viuebat? quid aliud scriberet; quidq; ageret prudens pater in filiorum conspectu, vt sine despectu viueret inter ipsos? ecce ad hoc ratio status (vt vulgus loquitur) & polytica) induxit Præsulem, quando historicæ rationes aliò Doctorem abducebant. Huic ergo liuidæ pesti tempestiuè prouidus occurrit vt Doctor, antidotum de morbo, & morte sua præparans in posterum, vt vel mortuus non minus sanam defensionis roboraret mentem, quam viuus defenderat Sanctum, & parum sibi pro eo videbatur Librum in vita scripsisse, nisi firmaret in morte. Ad hoc Notarijs aduocatis, rogatisque testibus iam adstantibus protestatus est, se defensionis B. Luciferi Librum, non humanæ, & polytica motum ratione, solum videlicet quia Ecclesiæ Calaritanæ fuit Antistes, sed post longam, & assiduam historiarum Ecclesiasticarum, & Patrum Lectionem, postque indefessas priuatim cum doctissimis viris in Vrbe apud Sanctissimum habitas super hac re disceptationes, efficacibus conuictus rationibus, ex conscientiæ suæ testimonio, ad veritatis præconium, ad Sanctitatis B. Luciferi propugnationem, ad Trinitatis totius honorem, suam vt particularis Doctor exposuit mentem, composuit hunc defensionis Librum, libratũ sępè satis; ad cuius finẽ apponi iussit protestationem suam sequenti Notariorũ stylo formatam, & signis obfirmatam suis.

Franc. Carnicer Secr.

PVBLI-

Publicum Instrumentum

Formatum à Notarijs, & Secr. infrascriptis, super protestatione facta ab Illustriss. & Reuerendissimo Domino Don F. Ambrosio Machin Archiepiscopo Calaritano, Sardiniæ, & Corsicæ Primate, &c. pro corroboratione omnium contentorum in Libro defensionis Sanctitatis B. Luciferi à se composito.



IN NOMINE SANCTISS. ET INDIVIDVAE TRINITATIS AMEN. Per hanc præsentem, publicam scripturam, & authenticum, ac iuridicum Instrumentum cunctis temporibus firmiter, & inuiolabiliter vaciturum per orbem totum vniuersis, & singulis seriem illius, & tenorem visuris, lecturis, & audituris sit notum, quod anno Incarnationis Domini Nostri Iesu Christi M. DC. XXXX. die vero xxi. mensis Octobris Indictione viij. Pontificatus autem Sãctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Vrbani Diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius xviij. in Archiepiscopali Palatio præsentis Ciuitatis, & Castri Calaris, Illustriss. & Reuerendissimus Dominus D. Frater Ambrosius Machin, Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Archiepiscopus Calaritanus, Episcopus Ecclesiensis, & vnionum, Primas Sardiniæ, & Corsicæ, Vexillarius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Prior Sancti Saturnini, Rector, & Cancellarius Almæ Generalis Vniuersitatis Sardiniæ Calari erectæ, Dominus Baroniarum de Suelli, & Sancti Pantaleonis, & aliarum depopulatarum, ac Insulæ Sancti Antiochi, de Consilio S. C. R. M. Domini Nostri Philippi IIII. Dei gratia Hispaniarum Regis, &c. In suo lecto, graui, & periculoso

morbo decumbens, sed mente sua, & intellectu sanus, ac integer, in præsentia, & posse nostrorum publicorum Notariorum, & Secretariorũ, ac testiũ infrascriptorum, & ad hæc specialiter vocatorũ, & rogatorũ personaliter ibi constitutorũ, sua Illstustris. dominatio dignoscens, quod humana malitia (vt accidere solet) ex animi liuore quando externum alicuius opus non potest, intentionem saltem internam illius in deteriorem partem trahere conatur, præuidens futurum, vt aliquis animo inuido, si non opus istud defensionis Sanctitatis B. Luciferi, mentem saltem internam suę Illustrissimę dominationis in eo componendo in deterius detorquere conaretur, euulgando, opus esse quidem taliter compositum, non quia verè sua Illustrissima Dominatio rectè sentiret de Sanctitate Beati Luciferi, sed motus ratione status (vt aiunt) & polytica videlicet, quia cum esset Calaritanus Antistes, humana id ab eo exigebat prudentia, vt cum vulgo loqueretur, id scriberet, & id externè defenderet, ne aliter populi tumultus in ipsum insurgeret; vt autem erat singularis Doctor, aliud internè sentiebat. Quapropter ne talis malitia (si fortè accideret) præualere aliqualiter valeat, vt cunctis futuris sæculis, omnibus per orbem diffusis hominibus constet, pateat, & clarescat suę Illustrissimæ Dominationis recta, sana, & firma intentio in componendo, typis mandando, & euulgando Librum præfatæ defensionis Beati Luciferi, & vt omnis humanus detegatur astus, & inuidiæ nubes omninò dissipentur, sua Dominatio Illustris. ex certa sua scientia, integra mente, & sano intellectu, spontè omninò, & liberè protestatus est coram Deo, cui morte iam instante, & interueniente, cito se conscientiæ suæ redditurum rationem agnoscebat, quod præfatum Librum composuit, conscripsit, & suis iam expẽsis typis mandauit, non adumbrata illa, & ficta ratione status, ac polytica motus, solum videlicet, quia erat Archiepiscopus Calaritanus, & ita sua interesse pro munere suo, proque suæ sponsæ, & Ecclesiæ splendore defensionem prædictam susci-

pere,

pere, sed Librum iam dictum scripsit, composuit, & excudi iussit, tanquam verum, & irrefragabile testimonium sui veri sensus, suæque integerrimæ mentis, ac verissimæ opinionis de Sanctitate B. Luciferi, quam ipse, vt Doctor particularis & non solum, vt Calaritanus Antistes stabilem, & firmam, sicut oppositum infirmum sentit, scripsit, typis mandauit, & euulgare iussit, & post longam historiarum Ecclesiasticarum Lectionem, post cum viris doctissimis in Vrbe, dum ibi propugnaret pro Sancto apud Sanctissimum, agitatas super Sanctitate B. Luciferi difficultates, & dubia; tandem ipse rationibus ad fauorem omninò conuictus, conscientiæ suæ testimonio impulsus, Librum prædictum edidit, quem omninò firmum, stabilem, & integerrimum, ad perpetuam Sanctitatis Beati Luciferi defensionem, & in testimonium sui, vt Doctoris particularis interni sensus, & intellectionis, ac veræ prorsus opinionis de eius Sanctitate stabilire, firmare, & corroborare voluit, hac sua vltima attestatione, & protestatione facta omni meliori modo, & ratione, qua fieri à se posse, intelligit, quæ protestatio insuper voluit, vt à Notarijs, & Secretarijs infrascriptis in debitam instrumenti publici, & authentici formam redacta, ampliata, stipulata, & vndique quibuscunque clausulis quomodolibet requisitis corroborata excudatur, & excussa apponatur ad finem dicti Libri defensionis Sãctitatis Beati Luciferi, vt sic omnibus per orbem diffusis viris doctis innotescere facilè possit tanti viri Sanctitas; & de ipsa hoc verum, & sincerum testimonium Suæ Illustrissimæ Dominationis. Præsentes ad præfata omnia pro testibus à Sua Illustrissima Dominatione specialiter vocati, & rogati fuere Admodum Illustris, & Magnificus Dominus Franciscus de Rauaneda, Eques Ordinis Sanctæ Mariæ de Montesa, & Sancti Georgij de Alfama, Veator, & Cõmissarius generalis præsentis Sardiniæ Regni per præfatam S. C. & R. M. Domini Nostri Hispaniarum Regis, & præsenti anno Consiliarius Primus Illustris Admodum, & Magnificæ Vniuersitatis

sitatis

ſitatis dictæ Ciuitatis, & Castri Calaris, Admodum Reuerendus Dominus Saluator Soler Canonicus huius Sanctæ Primatialis Eccleſiæ Calaritanæ, & Admodum Illuſtris, & Reuerendi Capituli dictæ Eccleſiæ Præſides. Item Domini Admodum Reuerendi Dominus Didacus de Acorrà Sac. Theologiæ, & Iuris vtriuſque Doctor, Canonicus Calaritanus, & Sanctæ Inquiſitionis Calificator, Dominus Antiochus Soler Canonicus Calaritanus, & Sacrę Theologię Doctor, Doctor Dominicus Martin Canonicus Calaritanus, & totius Archiepiſcopatus Calaritani Vicarius Generalis, Dominus Don Vincentius Bacallar, Dominus Doctor, & Prothomedicus Antonius Galcerin, Dominus Franciſcus Martis Medicinæ Doctor, Dominus Franciſcus Moiran I. V. D. Reuerendus Raphael Ramaſſa Beneficiarius Leapolæ, Reuerendus Pater Frater Frãciſcus Lai. Pater Frater Antiochus Cao, Pater Frater Antiochus Guizo, Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercęde Redemptionis Captiuorũ, & Gauinus Iorgi ſcriptor Calaritanus, omnes ad præmiſſa vocati, rogati, ac ſpecialiter aſſumpti, & corpore, ac mente præſentes, & adſtantes præter publicos Notarios, & Secretarios infraſcriptos.

Si ✱ gnum *mei Franciſci Carnicer, Illuſtris, & Magnificæ Ciuitatis, & Caſtri Calaris, Notarij, & Secretarij, qui prædictis alieno calamo ſcriptis, vna cum Notarijs, & Secretarijs infraſcriptis, interfui, & rogatus, & requiſitus clauſi.*

Si ✱ gnum *mei Gaſparis Sirigu, authoritate Apoſtolica per vniuerſum Notarij publici, Curiæq; & Menſæ Archiepiſcopalis Primatialis Calaritanæ Secretarij, qui vnà cum prænominatis teſtibus, & Notarijs, ac Secretarijs hic deſcriptis, & firmatis interfui, alienoque calamo ſcribi feci, clauſi, & ſignaui requiſitus.*

Si ✱ gnum *mei Don Monſerrati Vaca, Apoſtolica, & Regia authoritate publici Notarij, & Secretarij, Locumtenẽtis generalis, & Regiæ Audientiæ præſentis Sardiniæ Regni, qui prædictis, mediante Antiocho Brondo etiam Notario publico, qui vice, & nomine meo, vnà cum ſupradictis teſtibus, & Notarijs, ac Secretarijs ſupra ſcriptis, ſubſignatis, & firmatis interfuit, & alieno calamo ſcriptum ſubſignaui, & requiſitus clauſi.*

INDEX RERVM

MEMORABILIVM,

Quæ in hoc primo Libro huius voluminis continentur, per ordinem Alphabeticum digestus: In quo, primus numerus, paginā indicat; secundus verò, & alij sequentes numeros in ipsa pagina, vel illi proximè descriptos.

A


Aronis facto Exod.23.permittentis populum aureum Vitulum adorare, lapsi Episcopi se exeusabant, qui vi compulsi Arianæ hæresi esserunt.76.5.

Abagari ad Iesum epistola.99.2.

Abagari conuersio per prædicationem Thedei.99.2.

Acus nauticæ vsu nondum inuento, nauigationes per littora fiebant, & ideò anno integro morabantur ab Oriente in Occidentem.81.5.

Adelphius Episcopus subscripsit epistolæ Synodali Alexandrinæ missæ ad Antiochenos.48.11.

Aeneas ab Asia in Italiam nauigās, aliquot annos insumpsit.91.5.

S.Aemilius M.Calaritanus.17.1.& 24.2.

Africani plures Episcopi,& martyres in Cripta. S. Restitutæ mar.matris S.Eusebij Vercellen.reperti sunt.177.2.

Agapetus Diaconus à B.Lucifero ad Concilium Alexandrinum Legatus mittitur, 40.2.

Agathodæmon Episcopus subscripsit epistolæ Alexandrinæ Synodi, ad Antiochenos, 48.11.

Agrippæ corona rostrata in numis dicata. 119.14.

Albino corona spicea in numis dicata. 119.14.

Alexandrina Synodus, Eusebium, & Asterium Episc.ad B.Luciferum legates mittit.43.1.

Alexandrinæ Synodi decretum de recipiendis lapsis, fusè habetur in epist. D. Athanasij ad Rufinianum.74.4.& 5.

Alexandrina Synodus habita fuit post mortem Constantij Imperatoris, anno primo Iuliani Apostatæ.9.3.& 4.

S.Amantius mar.Calari inuentus.132.4.

S.Ambrosius deceptus Rufini relatione, & aliorum affirmauit B. Luciferū schismaticum. 79.12.& seq. à D. Hieronymo acriter de doctrina censuratur. 150. 11. Eius verba de schismate B. Lucifero impositio in oratione Satiri (Lucifer à nostra communione secesserat) non de communione Ecclesiastica,& Romani Pontificis, sed de comunione illorum, qui Meletio fouebant, interpratatur Scipio Scābatus societatis Iesu. B.Luciferū à schismate vendicans.152. 5. Præfato loco orationis funebris fratris sui Satiri deceptus fuit,schisma B. Lucifero tribuēs. 155.2. & seq.Præfatum locum non obstare Beati Luciferi sanctitati ostenditur; vel enim loquebatur Ambrosius iuxta rumorē sparsum ab Hæreticis, & Meletianis; vel loquebatur de Lucifero Smirnēsi, cui multi tale schisma attribuunt.157.8.& seq.

Ammonius Episcopus subscripsit epist. Synodali Alexandrinæ missæ ad Antiochebenos.48.11.

Anastasius Papa Rufinum à comunione Ecclesiæ reiecit. 66.7.

Anatolio Episcopo Euboæ, mittitur epistola Synodalis Alexandrina. 43.2.48.11.

Anatolius Euboæ Episcopus, socius fuit B. Luciferi in electione Paulini in locum

Meletij pro Episcopo Antiocheno. 71. 6. & 72. 7.

Andreas Esgrecho Capuccinus graui morbo idm à Medicis desperatus, & intra duas horas illorum iuditio è vita descessurus, applicata B. Luciferi reliquia, statim à febri fuit immunis, breuique conualuit. 199. & sequen.

Angelus Iustinianus Notarius publicus, & Romanus Ciuis, publicum edidit instrumētum de Medallio Romæ reperto, apud Melchiorem Incofer Societatis Iesu, de B. Lucifero. 10. 1.

Angela Maria Serra Abbatissa, insignis sanctitatis, B. Luciferi gloria reuelatur. 126. 15.

Angli S. Georgium habēt patronum. 112. 2.

Anthropomorphitarū, & Valentinianorū hæreses, B. Hieronymo, impudēter Rufinus hæreticus imponit. 73. 2.

Antiochena Ecclesiæ Episcopus, instituitur Paulinus à B. Lucifero legato Liberij Papa. 40. 2. & seq.

Antiochus Brondo licet non meminerit templi B. Luciferi Calari erecti, illud tamen non negauit, vt opponit Turritanus, quin potius alterius meminit Templi, propè Salargium oppidum constituti. 137. 4. Quamuis adhæreat opinioni, fuisse B. Luciferum schismaticum, nō illum facit hæreticum, sed eius mordicus sanctitatem tuetur. 137. 5. Falsò allegatur cōtrarius sanctitati B. Luciferi à Turritanis, cum per honorifice de illa sentiat. 161. 6.

Antonij solius testimonio, Paulus primus heremita, ab Ecclesia Romana in Sanctorum numerum, cum Officio semiduplici, relatus est. 108. 4.

S. Aphrodisia V. & Mart. Calari inuenta. 132. 4.

Apostoli ad B. V. funus celebrandum conuocantur. 99. 2.

Aquila inuenta in numismate B. Luciferi, Symbolum erat illorum, quos in Diuorū numerum referebantur. 107. 3. Consonat Aquila inuenta in Epitaphio sui sepulchri. 107. 3. Refertur ad Aquilam B. Ioannis Euangelistæ. 108. 3. & 135. 6. Ad Aquilam referri potest Augustam Entij Regis Sardiniæ, filij Frederici Imperatoris; quo fortè sæculo, Sardis fuit numisma excusum. 112. 2. Sepulchris incissa, martyris est insigne. 118. 13. Incissa in sepulchro B. Luciferi martyrij gloria cohonestat, ibidem. Fœlicitatis omen apud antiquos erat 119. 15. Calari, Alexādro, Tarquinio, Augusto, Gordio, & alijs fœlicitatis omen fuit. 119. 15. & 120. 16. Augustam Aquilam Constantij Imperatoris Ariani denotat, quam Beatus Luciferus deuicit, 120. 16. Ibidem de defensione Sāctorum corporum à ferijs irruentibus. Dictus fuit Aquila à militibus Epirotarum Rex Pirrhus, sicque eam in numis excudere iussit. 120. 17. E rogo, concepta flamma, soluebatur in Cæsarum, & Augustorum consecratione. 120. 17. Centum in vno Seueriani, & Maximi funere fuerunt Aquilæ immolatæ. ibidē. Non solum Regum, & Imperatorum familijs, sed etiam Simplicium nobilium adscribi solet. 135. 5. Imperatoria Aquila biceps, geminam illius exprimit potestatem Orientis, & Occidentis, sicut in B. Lucifero potestatem legati, Orientis, & Occidentis contra Arianum. 136. 6.

Archiepiscopus Calaritanus à S. Iulio Papa, creatur B. Lucifer. 17. 2. Archiepisc. Calaritanus, Primas Sardiniæ, & Corsicæ per assistentiam iuris est, 119. 4. Primaria Vrbis Sardiniæ Episcopus vocatur ab Athanasio 139. 4. Dum à D. Gregorio Episcopus Sardiniæ dicitur, ex sententia Alberti Picoli, Primas nominatur. 140. 5. Confalonarij Titulū possidet post occupationē Sardiniæ ab Aragonū Rege. 141. 6.

Archiepiscopus Calaritanus, quod inter Primates non sederit non obstat, quia & alij Primates ita consederant in Cōcilio Tridentino. 141. 6.

Archiepiscopi Sassaritani noua institutio ex commentitio Fundague Sardoo idiomate. 140. 5.

Archiepiscopi solū vocabātur Episcopi more antiquo. 138. 2. & 3. Antiquum est Archiepiscopi nomen contra Turritanum. 140. 5. Ex decreto Clementis, instituti sunt Archiepiscopi in his Ciuitatibus, in quibus apud Ethnicos erant Archiflamines. ibidem.

Ariana hæresis grassatio à Rufino describitur. 23. 6.

Ariani, vt catholicos se simulent in alios hæreticos inuehuntur. 11. 1. Illorum simulationem, quæ catholicum nomen affectabat B. Lucifer detegit. 32. 2. Inuident B.

Luci-

Lucifero martyrij gloriam. 35. 1. *Pacis nomine, omnes pœnè Ariana hæresi polluuntur.* 37. 1.

Asiam B. Virgo petit. 99. 2.

Asterius Episcopus, & Eusebius ad B. Luciferum, & Antiochenos ab Alexandrina Synodo, cum actis in illa mittuntur 43. 1. *Eidem Asterio legato, missa est epistola Synodalis Alexandrina.* 48. 11. *Subscripsit epistolæ missæ ab Alexandrina Synodo ad Antiochenos. ibidem.*

S. Athanasius acerrimè hæresi Arianæ, & eius fautori Constantio Imperatori opponitur. 18. 3. *Illum, & Catholicam fidem defensurus B. Lucifer ad Liberium, Romam petit.* 18. 4. *B. Luciferum exulantē, per epistolam rogat, vt librorū, quos ediderat exēplū, ad se mittat.* 28. 1. *Acceptis à B. Lucifero libris, epist. mittit, in qua innumera præconia laudum de illo congerit.* 29. 3. *& seq. Acceptos à B. Lucifero libros in Græcum cōuertit ad vsū Orientalium.* 31. 7. *Mortuo Constantio ab exilio reuocatur.* 40. 1. *Papa more antiquo in epistola Synodali Alexandrina appellatur.* 48. 11. *Primus subscribit in epistola Synodali Alexandrina, missa ad Antiochenos.* 48. 11. *Magna congerit laudum præconia de B. Lucifero in epistola ad ipsum.* 85. 1. *Biēnio post impositum schisma B. Lucifero, omnes Ecclesias Sardiniæ catholicas affirmat.* 86. 1. *& sequent. Illius testimonio, non solùm ante Alexandrinā Synodum, sed etiam postea. B. Lucifer à schismate imposito vindicatur.* 85. 1. *& seq. Spiritu prophetico, teste Coriolano edidit de B. Lucifero, cum dixit, scio, & credo ipsum Dominum redditurum tibi, etiam pro hoc labore præmium in Regno cælorum. Ex quo colligitur schisma illi impositum esse figmentum hæreticorum.* 89. 1. *Libros ad Iouinianum Imperatorem, in quibus B. Luciferi Calaritana Ecclesia commendatur, composuit, post redditum in Sardiniam B. Luciferi.* 89. 1.

Athanaricus Gothorum Rex, Christianos propter Catholicam fidem persequitur. 62. 3.

Auctoris responsio omissa Patris Scambati Societatis Iesu ad locum D. Ambrosij de schismate attributo B. Lucifero. 155. 1.

S. Augustinus deceptus Rufini historia, & aliorum, affirmauit B. Luciferum schismaticum. 79. 12. *& sequentibus. Deceptus fuit etiam existimans concilium Sardicense Oecumenicum, Sardice celebratum, fuisse Conciliabolum Arianorū, habitum Philopoli.* 79. 13. *deceptus fuit etiam ex historia eiusdem Ruffini tribuens sententias Xisti Philosophi Pytagorici, Xisto Pōtifici, & Martyri.* 79. 14. *deceptus fuit etiam, negans dari Antipodas, & affirmās Torridam Zonam non fuisse habitabilem.* 80. 14. *Affirmat ob nominis celebritatem à Lucifero Luciferianos, nomen accepisse sicut à S. Luciano Martyre, Lucianistæ, & ab alijs Sāctissimis Viris sine illorum errore, ob nominis celebritatem.* 143. 2. & 3. *In his, quæ de B. Luciferi schismate affert, fuisse à Ruffino deceptum, satis ostenditur ex motiuo, non assensisse scilicet decretis Concilij Alexandrini de recipiendis lapsis, cum per suos legatos illi subscripserit.* 144. 4. & 5. *A D. Hieronymo acriter de doctrina censuratur; legisse scilicet in illius epistolis hæreticalia.* 150. 11. *Meminit pœnitentiæ S. Cypriani.* 162. 5.

Augusto corona querna in numis dicata, 119. 14.

B.

BAronius, aliam sine fundamento excogitat schismatis causam, inter Luciferum & Eusebiū, quod B. Lucifer, decretis Con. cilij Alexandrini de recipiendis lapsis, nō fuerit assensus 74. 1. & 2. *B. Luciferum austerioris fingit spiritus, quo ductus, nollet Episcopos lapsos recipere contra decretum Concilij Alexandrini.* 74. 2. *B. Luciferum fingit ab Eusebij communione decessisse, quod iuxta decretum Concilij Alexandrini, Episcopos lapsos reciperet.* 74. 2. *Illius causa de schismate B. Lucifero imposito, apertè falsa conuincitur; cum per suos legatos subscripserit decretis Con. cilij Alexandrini.* 74. 3. *Deprehenditur etiam falsa, quia Socrates, Sozomenus, & alij antiqui historici affirmant B. Luciferum per suos legatos, decretis Alexandrinæ Synodi subscripsisse.* 75. 3. *Item falsa deprehenditur ex D. Hieronymo, qui, & B. Luciferum Confessorem Christi appellat, & vnà cum alijs in Concilio Alexandrino, auctorem fuisse affirmat decreti de*

recipiendis lapsis. 76.6.7. Deprehenditur etiam falsa ex verbis D.Gregorij Nasianseni,& eiusdem Baronij adnotatione,quibus asseritur, Episcopos Occidentales post decretum Synodi Alexandrinæ, Orthodoxos omnes ad suas partes astrahere, ex quibus Episcopis,præcipuus erat B. Lucifer. 77. 8. & 9. Arguitur parum propensi animi erga B. Luciferum, illum ex hæreticis scriptoribus schismaticum reddens. 78. 10. & seq. Arguitur etiam animi parum propensi ad B. Luciferum,illum sine fundamento affirmãs in schismate obijsse. 79. 12. Arguitur,etiam, quia Gregorium Eliberinum, cui maiora Sanctorum Patrum suffragantur testimonia Catholicè obijsse affirmat,& illud de B.Lucifero negat,cuius Sanctitati,tot fauent Patrum testimonia. 79. 12. Non illi suffragantur Sancti Patres Ambrosius,& Augustinus, quia decepti Rufini,& aliorum hæreticorum historijs B.Luciferum schismaticum appellant. 79. 12. & seq. Idem ostenditur ex alijs similibus deceptionibus eiusdem Augustini,& aliorum PP.in quas,vel ex ignorantia,vel ex lectione hæreticorum deuenerunt. 79. 13. & seq. Deceptus est etiam ipse Baronius,& alij contrarij Sanctitati B.Luciferi,ex epistola Marcellini, & Faustini, asserende vitasse B.Luciferū maximum virum Catholicum, cum contrarium in illa epistola legatur. 81. 1. & seq. Falso asserit, librum fuisse à D.Hilario conscriptum ante mortem Constantij, in quo B. Lucifer Sanctitatis titulo, cum Paulino,Eusebio,& Dionysio exornatur. 87.5. Allata responsio ex ipsis verbis Hilarij confutatur,non ante,sed post mortem Constantij scripsisse, quem Antichristum appellat. 88.5. A Ferrerio Episcopo Versellensi deceptus, falsò negauit hymnum Breuiarij Eusebiani,in quo B.Lucifer,vt Sanctus colitur, & eius imploratur patrocinium.92. 2. Baronius primo contrarius Sanctitati S. Fælicis Papæ, & Martyris deinde acerrimus illius defensor fuit, sola inuentione sui corporis cum epitaphio Sanctitatis. 106. 2. Idem Sanctitatem B. Luciferi defendisset, vt sepe promissit,si aliqua testimonia suæ Sanctitatis habuisset Templorum,quæ illi fuerunt dedicata. 107. 3. Idem teste Spondano, eius discipulo B.Luciferi modo defenderet Sanctitatem, si illius inuentionem, ac Templi dedicati,testimonium haberet. 107. 3. Baronio,& alijs Sanctitatem B.Luciferi oppugnantibus,obiter respondetur. 124. 12. Non satis certior factus S. Luciferi negat Sanctitatem,quam defenderet, si authentica habuisset testimonia,quæ modo proferuntur. 136. 1. & 2. Eius interpretatio ad illa verba Hieronymi de B. Lucifero, quod numquam se Arianæ Hæresi miscuit omnino falsa deprehenditur. 149. 11. & 12. Illius tacitæ obiectioni contra Arcam circa venerationem Sancti Luciferi, nō extitisse ante illius inuentionē satisfit. 183. 11. & seq.

Basilidis Hæretici insania,anatbemate inuritur ab Alexandrina Synodali Epistola. 44. 5.

S.Basilius Magnus, Meletij comunionē admisit, eiusque causam aduersus Paulinū, quem B. Lucifer, eius loco, in Episcopatu suffecerat,defendit.84. 8. Eius cum Eusebio Cæsariensi simultas,quo tempore euenerit. 90. 1. & seq. eius obitus, quo tempore fuerit.92. 6. Nimis acriter à D.Hieronymo censuratur,illum superbiæ,& arrogantiæ arguendo.150. 11.

S. Bartholomeus Sardus, Ecclesiam habet duobus milliaribus à Calari sitam, cuius festum Sancti Barthalomei Apostoli nomine celebrabatur, quousque eius corpus ibidem fuit inuentum. 184. 13.

Bellarminius B.Luciferū, inter Hilarium, Gregorium Nazianzenum, & Cyrillum Alexandrinum, honorificè commemorat. 95. 3.

Breuiarium Eusebianum,hymnum continet ad primas vesperas festi S.Eusebij Vercellensis, in quo B. Lucifer, vt Sanctus colitur, & eius imploratur auxilium. 97. 1. Excusum fuit Venetijs ex consensu Capituli Vercellensis ex antiquo manuscripto ad comodiorem vsum, à duobus cononicis Vercellensis Ecclesiæ.93.3. & seq.

Burgundi S.Andream Apostolum,vt patronum venerantur. 112. 2.

C.

SAncta Cæcilia V. & M. Calari inuenta. 123.4.& 184. 13.

Cælestius Pelagianus in Concilio Carthaginensi inquit, errorem Pelagij à Rufino au-

audisse. 66. 6.

Cæsaraugusta in Hispania apparitio B. V. super columnam. 100. 3.

Cesiorum familia, prisca, & illustris B. Luciferi. 17. 1.

Caius Papa hæreticis, paganis, & Iudeis, fidem, non adhibendam statuit. 69. 2.

Calabriæ littoribus passus est naufragium S. Caius Satyrus. 155. 2.

Calaris Vrbs in Sardinia, dicta fuit Carados. 17. 1. *Patria SS. Luciferi, Priami Aemilij, Luciani, & Eusebij Episcopi Vercellensis.* 17. 1. & 94. 2. *Sardiniæ Caput in Politica Temporali, & Spirituali.* 17. 2. *Dicta fuit Primaria Vrbs Vrbium Metropolis, & caput, ibidem. In illa D. Fulgentius, & alij ducenti Episcopi Africani exularũt pro Catholica fide,* 96. 1. *Eius felicitas ab antiquis descripta fuit in antiquo medallio, seu numismate B. Luciferi, Romæ apud P. Ineofer Societatis Iesu repertum, cum illa inscriptione. Fælix Calaris.* 111. 2. & 112. 2. *Eadem felicitas cõprobatur, ex alijs similibus inscriptionibus antiquis medalliorum, vt Fælix Roma, Falix Aquileia, & sic de alijs.* 111. 1. *Eadem fælicitas sub tutella S. Luciferi eius patroni, demonstratur, præfato Medallio Romæ inuẽto ex alijs similibus antiquis medalleis, vt est illud Vrbis Neapolis, ex vna parte, capite S. Ianuarij illius patroni exarato, & ex alia inscriptio nominis eiusdem Vrbis,* 112. 2. *Eadem felicitas sub tali patrono designatur, illa inscriptione. Fælix Calaris, & alia B. Lucifer S. idest Fælix Calaris B. Luciferi suffragijs, vel B. Lucifero seruante, & sic de alijs.* 112. 2. *Inea excusum videtur tale numisma B. Luciferi; ex ipsa Calaris, & B. Luciferi inscriptione.* 114. 4. *Eo tempore in illa excusum videtur, quo Templum eidem Lucifero fuit erectũ, & in illo, eius corpus inhumatum.* 115. 6. *Calaris B. Luciferum velut Martyrem coluit, Rosis in sepulchro illius incisis, & Corona Rosea in eiusdem numismate impressa.* 118. 12. *Eiusdem felicitas protendebatur, Aquila in præfacto numismate B. Luciferi reperta.* 120. 15. & 120. 17. & seq. *Eius fundator fuit Iolaus, seu potius restaurator.* 121. 19.

Calarim post naufragiũ appulisse Satyrum, falso asserit Fara. 156. 7.

Calaritana Ecclesia cum alijs Sardiniæ Catholica appellatur à D. Athanasio, etiam Biennio post schisma B. Lucifero impositũ 86. 2. *Eadem Catholica appellatur, etiam post reditum B. Luciferi ex Concilio Alexandrino ab Athanasio in libris ad Iouinianum Imperatorem.* 81. 1. *Eadem immunis ab errore conuincitur, argumento negatiuo Concilij Romani habiti, secundo anno post mortem B. Luciferi.* 93. 2. *Eam Luciferianam faciunt aduersarij à qua inhumatum asserunt corpus B. Luciferi, cum tribus Epithaphijs, & insignijs Sanctitatis, vt eius destruant inuentionem inter alia SS. Martyrum Corpora, habitã.* 102. 1. *Ab heresi, & schismate Luciferianorum vindicatur, auctoritate S. Athanasij.* 102. 2. & *seq. Esse non potuit Luciferiana, tempore inhumationis B. Luciferi, vt volunt aduersarij, quod aperte colligitur ex ipso Epithaphio, in quo B. Lucifer dicitur Catholicus filius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.* 104. 4. *Martyres quamplures venerantur, quorum corpora in Basilica Constãtiniana S. Saturnini, & alijs Sanctuarijs reperta sunt cũ apertissimis Sanctitatis indicijs.* 177. 1.

Calaritani S. Luciferum habent patronum. 111, 2. 112. 2. *Non alij Lucifero Archiepiscopo sed huius nominis, celebre numisma consecrarunt.* 17. 11.

Calaritanorum Martyrũ multitudinis causa redditur, quod Calarim, vt ad caput Regni, omnes confluerent, aut etiam vincti traherentur, & in illa, vbi præsides, & proconsules residebãt, necabantur. 179. 4.

Calimerus legatus ad Alexandrinam Synodum mittitur à Paulino Episcopo Antiocheno. 42. 7.

S. Calistus Papa Hæreticis, Paganis, & Iudeis fidem non adhibendam statuit. 69. 2.

Canonizatio Sanctorum, quomodo antiquitus fieri, mos erat. 108. 4. *Quando esse incepit cum his solemnitatibus, quibus modo à sola sede Apostolica fit, ibidem. Quinque de causis ex se reseruata est Summo Pontifici.* 121. 1. & 2. *Duobus modis fuit in Ecclesia. Prima est canonizatio particularis, more antiquo, ab Ecclesia particulari, secunda est vniuersalis à tota Ecclesia, his solemnitatibus, quibus modo à solo Pontifice Romano fit.* 122. 3. *Particularis, & antiqua subiecta est sententiæ Romani*

mani Pontificis, quam potest reuocare. ibidem. Particularis interdicta fuit decreto Alexandri III. & reseruata fuit Romano Pontifici. ibidem. Particularis ante prohibitionem, fieri solebat ab Eccle. fiis particularibus. 122. 4.

Canonum correctores, iussu Gregorij XIII. decepti sunt asserendo Satyri colloquium post naufragagium euenisse in Sardinia cum illo Episcopo schismatico. 156. 7.

Cardinales in causa B. Luciferi, tēpus quæsierūt, si sit ante, vel post impositum schisma, quo B. Lucifer ab Athanasio, Gregorio Nazianzeno, & Hilario, comendatur. 89. 1. satisfacit auctor, dicens, fuisse post impositum tale schisma ab hereticis. 89. 1.

Carolus Magnus in Capella Agrisganensi, specialiter cum officio, vt Sanctus celebratur, permittente Romano Pōtifice. 122. 4.

Catholici scriptoris titulus falsò ascribitur Nicephoro in libris Francofurti excussis. 67. 1.

Catholici nomen datum est in Epithaphio, B. Lucifero, propter fidei Catholicæ zelum: quod, & alijs datum esse comprobatur. 141. 6.

Christi Domini ad Tiberium Imperatorem informatio, missa à Pilato. 99. 2.

D. Chrysostomus, Meletij laudes adnotauit. 84. 8.

SS. Ciselli, & Camerini corpora in Ecclesia B. Luciferi sepulta fuerunt. 95. 3.

Columbæ in sepulchris insculptæ Martyrum sunt insignia. 118. 13. Repertæ in vrna Martyris Gabini in Vrbe Turritana, non tàm familiæ Sabellicæ, quam Martyris insigne sunt. ibidem.

Conceptionis B. Virginis celebritas, qua ratione ab vniuersali Ecclesia recepta solemniter sit. 183. 12.

Concilium Alexandrinum celebratum fuit anno primo post mortem Constantij, vt colligitur ex historia Ecclesiastica Breuiarij Romani in festo S. Athanasij, & Concilio secundo Niceno. 9. 3. & 4.

Concilium Mediolanense describitur pseudoconcilium. 20. 1.

Confessores appellari solebant ab antiquis, qui multis pro Ecclesia laboribus susceptis, in pace sine ferro obibant. 133. 5.

Constantius Imperator Arianæ heresi ardentissimè fauet. 18. 3. Condemnandum Athanasium à cunctis Episcopis molitur. 18. 3. Illi B. Lucifer constantissimè opponitur. Ibidem B. Lucifer libros in illum, & alios Arianos conscriptos, ab exilio, mira constantia, suo nomine mittit. 26. 2. In his libris vocat Constantium serpentem, belluam, immanissimam feram, latronem, sacrilegum, &c. 27. 2. In eundem acerrimè inuehitur B. Lucifer in libro, moriendum esse pro filio Dei. 32. 3. & seq. Constantius inuidens Martyrium B. Lucifero non interfecit, sed solum in exilium toties pellit. 35. 1.

Constantia singularis B. Luciferi, cum in exilium pellitur à Constantio Imperatore Ariano. 24. 1. Eiusdem singularis constantia pro fide Catholica tuenda 32. 3. & seq.

Constantinus Caietanus, Abbas Benedictinus, pluribus argumentis ostendere conatur, improbabilem esse opinionem, Luciferum Smirnensem, & non Calaritanum fuisse auctorem Luciferianorum. 33. 2. & seq. Eius rationes diluuntur. 54. 6. & seq. Luciferianam heresim tributam B. Lucifero. fictitiam existimat idem Caietanus, quod heretici de more solent viros Catholicos, & Sanctissimos suis scriptis obscurare. 73. 2.

Constantinus Imperator, Crucis insigne habuit. 112. 2. A Græcis ex tolerantia Pontificis Romani cum officio celebratur. 122. 4.

Corona Rosea Martyris est insigne. 118. 12. Coronam in numis dicauit Romæ, Agrippæ rostratam, Antonino lauream, Augusto quernam, Albino spiceam, & è palma Vespasiano 119. 14.

Corsica Insula, in Spiritualibus, nō de nouo vnita fuit ab Vrbano II. cum in temporalibus à Romanis esset vnita; sed de nouo concessit Episcopo Pisano, non aduertens ius antiquum Calaritani, quod modo in Rota Romana controuertitur. 139. 4.

S. Crucis inuentionis traditio. 160. 3. Crux fuit, Constantini, & Heracli Imperatorum insigne. 112. 2.

Crucifixi quædam deuota, & miraculosa effigies, Calari in Ecclesia Parochiali S. Iacobi sita, quæ aquæ inopiæ tempore, publica supplicatione per Ciuitatem afferri solet. 198. & seq.

Cymatio Palati Celosyriæ, mittitur epistola

Syno-

Synodalis Alexandrina. 43. 2. & 48. 11.
S.Cypriani pœnitētia meminit Aug. 162. 5.
Cyriacus, & Felix mittuntur à D. Gregorio Magno ad inuisendam Ecclesiam Calaritanam. 96. 1.
S.Cyrillo Episcopo Alexandrino Viro Sanctissimo, Socrates, falsa imponit. 57. 5. & 73. 2.

D.

D*Amasus Papa Epistolam Synodalem ex Romano Concilio ad Paulinum Episcopum Antiochenum.* 59. 3.
Definitio Sanctitatis. 125. 13.
Diaconia in Romana SS. M M. Cosmæ, & Damiani, ad Templum pacis posita, casu reperta sunt corpora SS. MM. Marci, Marcellini, Tranquilli, & Felicis Papæ à nōnullis thesauris effodentibus. 106. 2.
Diodori Tarsensis, & Theodoriti Mopsuestenis suam gloriam obnubilauit, Theodoretus. 58. 1.
Dionysius Episcopus Mediolanensis à Constantio Imperatore pro fide Catholica, cum alijs Episcopis, in exilium pellitur. 22. 1. & 23. 3. & seq. *Illius constantia, cum exilio damnatur.* 24. 1. *Illius Sanctitati, Sāctitas, B. Luciferi comparatur, & æquatur.* 124. 10.
S.Dionysius Papa, fidem hæreticis non adhibendam, statuit. 69. 2.
S.Dionysij Areopagitæ incessus, refectio capite, memoratur. 100. 3.
Dogmata plura sunt in Ecclesia modo de fide, quæ antea non erant ita comperta, & à quibus antiquitus, per ignorantiam, sine culpa licebat discedere. 152. 2.
Draconis triumphus à Siluestro. 99. 3.
Draconis, seu Serpentis cum Georgio pugna. 100. 3.
Dracontius Episcopus subscribit Epistolæ Synodali Alexandrinæ, missæ ad Antiochenos. 48. 11.

E

E*Cclesiæ Oriētali Socrates infensus fuit.* 56. 1.
Ecclesiæ omnes Sardiniæ Catholicæ à Diuo Athanasio asseruntur, etiam biennio post impositum ab hæreticis schisma B. Lucifero. 86. 2.
Ecclesia S. Luciferi, Calari erecta, non meminit Brundo auctor Calaritanus, quod vix suo tempore extarent ruinæ, non dum in illa inuento suo corpore; sed verò Ecclesiam non negauit, vt vult Turritanus, imò alterius meminit, inter Paulij, & Solarjus Oppida constituti. 137. 4.
Ecclesia S. Luciferi, Calari erectæ, ante centum annos illius inuentionis, meminit Mombritius; & eiusdem meminit Fara auctor Turritanus, ex quodam antiquissimo manuscripto, in Curia Turritana asseruato. 137. 4. *Hæc Ecclesia, vel fuit post eius mortem, Calari dedicata; & in illam translatum eius corpus; vel iam erecta, nomen à B. Luciferi corpore habuisse, vt passim alijs Ecclesijs euenire solet.* 137. 6. & 7.
Ecclesia vera est, & non schismatica, quæ Romano capiti adhæret, licet ab vna, vel altera discedat Ecclesia particulari; & ita duæ Ecclesiæ particulares inter se dessidentes, si à Romano Pontifice non discedant, schismaticæ non sunt, sed veræ Ecclesiæ. 151. 2.
S.Egidianus Episcopus Africanus, & Martyr, cum alijs repertus est in Cripta S. Restitutæ Martyris, matris S. Eusebij Vercellensis Episcopi. 177. 2.
Electio Paulini facta à B.Lucifero in locum Meletij, esse non potuit causa schismatis Luciferi cum Eusebio, illam non approbante; cum Paulinus in Concilio Alexandrino inter alios Episcopos eum eodem Eusebio subscripserit, & ex mandato Damasi Papæ S. Hieronymus, relicto Meletio, cum Paulino comunicauit. 70. 2. & 3. *Deinde esse non potuit causa, quia Ecclesia, relictis alijs electionibus, eam semper reliquis ante posuit.* 71. 5. *Electio Paulini facta fuit non solum à B. Lucifero, sed etiam ab Episcopis Cimatio, & Anatolio. Quare esse nō potuit causa schismatis Eusebij cum solo Lucifero.* 71. 6. & 72. 7.
Electio Paulini, proponitur causa schismatis inter Eusebiū, & Luciferū, à Socrate, Sozomeno, & alijs hæreticis. 69. 1. & seq.
Eleutheropoli Ciuitate, exulauit pro fide Catholica B.Lucifer. 35. 1.
S. Elias Sardus Ecclesiam habet propriam Vetustissimam, à Calari sitam tribus miliaribus cuius, festum, Eliæ Prophetæ nomine agebatur; quousque in illa, eius corpus fuit inuentum. 184. 13.

Eliæ

Elias propter zelum fidei à S. Athanasio B. Lucifer appellatur. 30. 4.

Entius Rex Sardiniæ, fuit Theodorici Imratoris filius. 112. 2.

Epictetus hæreticus Arianus à B. Lucifero confutatur. 38. 2.

S. Epiphanius, reliquos recensendo hæreticos, B. Luciferum inter illos non annumerat, etiam exorto Luciferianorum schismate, quod illi falsò ab hæreticis imponitur. 60. 5. & 143. 2. 3.

Epistola laudatoria Liberij Papæ ad B. Luciferum, & alios Episcopos in exilio commorantes. 25. 2. & 26. 3.

Epistola Florentij Magistri officiorum ad B. Luciferum, de libris ad Constantium Imperatorem, suo nomine, perlatis, si ab illo essent conscripti. 27. 3. *Responsio B. Luciferi ad Florentium, in qua liberè fatetur, à se libros fuisse in Imperatorem editos.* 27. 4.

Epistola D. Athanasij ad B. Luciferum in exilio commorantem, in qua eius Sanctitatem, & virtutes cōmendat. 28. 1. *Eiusdem ad Ruffinianum de actis in Concilio Alexandrino circa lapsos Episcopos recipiendos.* 75. 4. & 5.

Epistola Synodalis Alexandrina missa ad B. Luciferum, & alios Antiochenos, apud quos lagatus Liberij Papæ manebat. 43. 2. & seq.

Epistola Marcellini, & Faustini relata à Baronio, non obstat, sed fauet Sanctitati B. Luciferi. 81. 1. & seq.

Epistola Iesu ad Abagarum, & Abagari ad Iesum. 99. 2.

Epistola Pilati ad Tiberium Imperatorem de Christo Domino. 99. 2.

Epistola Innocentij I. ad Episcopos Concilij Toletani, in qua, mentio habetur de schismate B. Lucifero imposito, falsa, & suppositititia ostenditur. Primo quia illius non meminere, qui epistolas Pontificias collegunt. Secundo quia non consonat veritati historiæ. Tertio, quia peccat vitio cōstructionis eorum, quæ in illa narrantur, &c. 169. 1. & seq.

Epistola B. Luciferi ad Eusebium Vercellensem inuitantis ad Concilium Mediolanense. 21. 2.

Epistola ad Bonifacium, in qua de schismate Luciferianorum agitur, quidquid alij dicant est S. Augustini. 143. 4.

Epitaphium triangulare repertum cum corpore B. Luciferi, Sanctissimæ Trinitatis est Symbolum, quam acerrimè contra Arianos, viuēs defendit. 101. 1.

Epitaphia Sanctorum cum litteris B. & M. Beatum Martyrem significant. 132. 3. & 4.

Epitaphia cum inscriptione Bonæ Memoriæ, &c. Martyrem sæpe significant, vt in Ecclesia Calaritana habetur de multis Sanctis Martyribus, cum inscriptionibus inuentis, qui in Martyrologio Romano, vt Martyres recenceantur. 132. 4.

Epitaphia tria, reperta cum corpore B. Luciferi, inuenti in propria Ecclesia, illi Calari dicata. Primum erat triangulare: S. Lucifer Episcopus. Secundum Mosaicum, ab effosoribus confractum, non poterat legi. Tertium marmoreum. Hic iacet B. M. Lucifer Archiepiscopus Calaritanus Primarius Sardiniæ, & Corsicæ, Catholicus filius S. Romanæ Ecclesiæ. 101. 1.

Errores Theodoreti recusat Iustinianus Imperator. 58. 1.

Errores Ruffini circa historiam. 64. 2. & seq.

Euagri electio in locum Paulini defuncti Episcopi Antiocheni, ratam habuit Siricius Papa. 59. 4. *Eam improbare conatur Theodoretus, illi, & B. Lucifero infensus.* 59. 4.

Eusebius Vercellensis Episcopus, & Martir Calari natus est in Sardinia. 17. 1. & 94. 2. *Constantio Arianæ hæresis fauctori, acerrimè opponitur.* 18. 3. *Laudes, & encomia illius.* 21. 2. & 3. *Cum alijs Episcopis in Exilium, ob fidem Catholicam pellitur à Constantio Imperatore Ariano.* 22. 1. & 23. 3. & seq. *Constantia illius cum in exilium amandatur.* 24. 1. *Ab exilio reuocatur, mortuo Constantio Ariano.* 40. 1. *A Liberio Papa legatus cum B. Lucifero creatur in Oriente.* 40. 2. & seq. *Ipsi specialiler à Liberio Papa committitur Alexandrina Synodus* 40. 2. & seq. *Cū Asterio Episcopo, legatus ab Alexādrina Synodo mittitur. eū actis in illa peractis,* 34. 1. *Ipsi Eusebio, & alijs Episcopis, Epistola Alexandrina Synodalis, missa fuit.* 43. 2. & 48. 1. *Subscribit Epistolæ Synodali Alexandrinæ missæ ad Antiochenos.* 48. 1. *Cum B. Lucifero habere non potuit schisma propter electionem Paulini in locū Meletij, eam improbādo.*

Primo

Primo quia cum eodem Eusebio, inter alios Episcopos, Paulinus Synodo Alexādrinæ subscripsit. 70. 2. Secundo, quia, mādato S. Damasi Papæ, S. Hieronymus, non cum Meletio, sed cum Paulino communicauit. 70. 3. Tertio, quia Ecclesia semper electionem Paulini prætulit alijs electionibus Episcoporū Antiochiæ. 71. 1. Quarto, quia Paulini electio, non solùm à Beato Lucifero, sed etiam à Cymatio, & Anatolio facta, esse non potuit causa schismatis cum solo Lucifero. 71. 6. & 72. 7. Eusebij sanctitati, sanctitas, B. Luciferi comparatur, & æquatur. 123. 9.

Eusebij, & Luciferi, honorificam facit mentionem D. Gregorius Nazianzenus post mortem Constantij; quo tempore, illi hæretici schismatis notam inurunt. 88. 7.

Eusebius Emisenus, Episcopus hæreticus, fuit Arianus. 61. 2. Falsò, illi, Sozomenus piam vitam, et miracula tribuit 61. 2. Illi Petrus de Natalibus deceptus Sozomeni historia, sanctitatis titulum exhibet. 62. 2. Illius librum defensionis errorum Origenis, nomine Pamphili martyris, edit Rufinus. 65. 5.

Eusebij Cæsariensis cum Magno Basilio simultas, quo tempore euenerit. 90. 3. & seq.

Eusebius Presbyter vir Sanctus, à Liberij Papæ communione, se, & alios seiungit, illum hæreticum Arianum existimans. 167. 1.

Eutiches Diaconus à D. Athanasio ad Beatū Luciferum in exilio degentem mittitur. 28. 1.

Eutychius Eleutheropolis Episcopus Arianus, grauiter exagitauit B. Luciferum apud se exulantem. 35. 1.

Exilio damnatur B. Lucifer propter fidem Catholicam, cum alijs Episcopis à Constātio Principe Ariano. 22. 1. 2. & seq. Exilio quater, diuersis in locis, passus B. Lucifer. 35. 1.

Exilio, non solùm Catholicos, sed etiam hæreticos, non in omnibus consentientes cum Arianis, damnat Constantius. 53. 1.

F

SS. Fabianus, & Fortunatus, Turribus in Sardinia inuenti. 180. 5.

Fara Archipresbyter, & deinde Episcopus, patria Sassarensis, testatur in Ecclesia Turritana, B. Luciferum, vt sanctum venerari, ex quodam Codice manuscripto antiquissimo. 98. 7. Deceptus fuit asserens, Satyrum fratrē D. Ambrosij post naufragium appulisse Calarim. 156. 7.

S. Faustina Virgo, & Martyr, Calari inuenta. 132. 4.

Federici Imperatoris filius Entius, fuit Sardiniæ Rex. 112. 2.

S. Fœlix mar. Calaritanus. 171. & 94. 2.

Fœlix, & Cyriacus Legati à D. Gregorio Magno in Sardiniam ad inuisendam Ecclesiam Calaritanam mittuntur. 96. 1.

S. Fœlicis Papæ, & Mart. inuentio eodem tempore euenit, quo de eius dubia sanctitate coram Pontifice Romano agebatur. 105. 1. & 2. Dubia eius sāctitas, sola illius inuentione, cum Epitaphio sanctitatis, cōfirmatur, & in Sanctorum Cathalogum refertur. ibidem. Eiusdem in Pontificatū ingressus iniquus fuit, & ita finis illius cū sanctitate, primò dubius; postea verò inuento corpore cum Epitaphio sanctitatis, certus. 105. 1. Eius corpus in Diaconia SS. MM. Cosmæ, & Damiani, reperitur casu à nōnullis, thesauri reperiēdi causa, effodientibus. 106. 2. Martyr in Epitaphio Romæ, nuper inuento, dicitur, cum de eo dubitetur, ferro ne, an pacificè post susceptos pro ecclesia labores, obierit. 134. 6. Pontificatum inijt ob causam Liberij, quem hæreticum Arianum censebant, illoque viuente, schisma, sine peccato induxit. 167. 1. & 2.

Ferrerius Episcopus Vercellensis, falsò asserit, hymnum in Breuiario Eusibiano repertum, in quo B. Lucifer, vt Sanctus colitur, & inuocatur, fuisse inter apocripha expūctū à Guidone Cardinali suo prædecessore, & ex proprijs excusum à duobus Canonicis Vercellensibus; cum talis hymnus fuerit ex communi consensu Capituli, ex antiquo manuscripto excusus. 97. 2. & seq.

Fidem nullam, hæreticis, & schismaticis adhibendam statuit Ecclesia Catholica. 98. 1. & 2.

Flauianus contra iusiurādum, mortuo Meletio eius loco sufficitur. 42. 7.

Florentij Magistri officiorum epistola ad B. Luciferum, de Libris contra Constantiū Imperatorem perlatis si ab ipso essent editi. 27. 3. Ad eundem epistola B. Luciferi, in qua

in qua liberè respondet, se libros in Imperatorem edidisse. 27. 4.

Franci habent Sanctum Dionysium Patronum. 12. 2.

Francisco Hortulano Venerabili Fratri Societatis, insigni sanctitatis viro B. Luciferi gloria reuelatur. 125. 14. Sanctorũ Luciferi, & aliorum quamplurium corpora, spiritu prophetico indicauit, multo antea, certis in locis à se indicatis reperienda, vt ipse rei euentus probauit, & testes fidedigni cum iuramento deponunt. 128. & sequen.

Franciscus Esquiuel Archiepiscopus Calaritanus, vir pius, & magnus Eleemosinarius, Sanctuarium Martyribus, Calari repertis, elaborari suis expẽsis iussit. 178. 3. Paulus V. Pontifex Romanus rescriptum illi, seu Breue mittit gratulabundus de SS. Martyribus, Calari à se inuentis. 178. 3. & 179. Ab eodem Paulo V. commendatur. 179. 3. Inuento B. Luciferi corpore in Ecclesia vetustissima, suo nõmini Calari erecta, conuentum egit plurium Theologorum, vbi iuxta decretum Cõcilij Tridẽtini, publicæ venerationi exponeretur. 195. & seqq.

S. Francisci Stigmatum celebritas à Benedicto XI. instituta fuit, & deinde collapsa restituta fuit à Paulo V.

S. Fulgentius Episcopus cum 200. Episcopis Africanis, pro fide Catholica, Calari in Sardinia exulauit. 96. 1. vitam scripsit S. Saturnini martyris Calaritani.

Fundatio, seu Fundague, Sardoa lingua, Templi S. Gauini, fabulosum, & contra generales historias comprobatur. 186. 3.

Funus B. Virginis Apostolorum obsequio celebratur. 99. 2. & 100. 5.

G

Gabinus Mar. Turribus in Sardinia. 118. 11.

Gaius Episcopus ex Parathonio proximo Libiæ subscribit epistolæ Synodali Alexandrinæ, missæ ad Antiochenos. 48. 11.

Gelasius Papa, Eusebij historiam inter apocripha reiecit. 63. 5. Omnia hæreticorum scripta, statuit, nõ esse ab Ecclesia Romana recipienda. 63. 5. Libros Ruffini censuræ D. Hieronymi subijcit. 67. 8.

Gennasius deceptus est circa historiã schismatis, quod falsò B. Lucifero imponitur, affirmans dissensionem eius fuisse cũ Hilario, & Damaso. 159. 3.

S. Georgy cum Dracone, seu serpẽte pugna. 100. 3. Eius depicti equi innitus. ibid.

S. Georgij Episcopi Suellensis Pater, dictus fuit Lucifer à B. Luciferi nomine. 105. 6.

Georgius Laodicenus presbyter Alexandrinus ob Arianam hæresim, & alia crimina ab Alexandro Episcopo Alexandrino, à gradu deijcitur. 61. 1. Eusebianorum arte defuncto Theodoto, Episcopus fit Laodicenæ Ecclesiæ. 61. 1.

S. Gibertus à Leone III. canonizatur, ex sola testimonio Marcellini presbyteri, eius vitam scribentis. 125. 13.

Gothorum persecutio in Christianos. 62. 3.

Gratianus in edendis decretis varios commisit errores, sicut etiam illius interpretes. 158. 1. & seq. Eius decretum de schismate B. Luciferi, nullius est authoritatis, & erroribus scatet. Primo, quia recitans verba D. Ambrosij, inquit. Aduocauit ad se Cyprianus Episcopum Satyrum. Secundo, quia Luciferum ab Ecclesia discessisse, ait, quod Episcopus à se electus Antiochiæ fuisset reiectus ab alijs. 159. 1. & 2.

Gratiani item decretum, nullius est ponderis contra B. Luciferum, quia in varijs impressionibus habetur, Lucifer Smirnẽsis, & non Calaritanus. 161. 5.

S. Gregorius Papa asserit, historiam Sozomeni ab Ecclesia recusari catholica, quod in ea multa mentiatur. 62. 4.

S. Gregorius Nazianzenus Occidentales Episcopos affirmat, post Concilij Alexãdrini decretum de recipiẽdis lapsis omnes orthodoxos ad suas partes pertrahere, inter quos præcipuus fuit B. Lucifer. 77. 8. 9. Deceptus fuit nõ dari Antipodas, & Torridam, Zonã esse habitabilem. 80. 14. Meletij laudes carmine decantauit. 84. 8. Mẽtionẽ honorificam de B. Lucifero, & Eusebio facit, post mortem Constantij, & Concilium Alexandrinum, quo tempore B. Lucifero schismatis nota inuritur. 88. 7. Talis honorifica mẽtio, quod fuerit, post impositum illi schisma ab hæreticis, Primò ostenditur, quia simultas orta inter Basilium, & Eusebium Cæsariensem, de quo agitur, fuit secundo anno Iuliani, quo tempore celebratum erat Concilium Alexandrinum, & impositum ab hæreticis

cis schisma B. Lucifero. 90. 3. & seq. Secūdò, quia talis mentio honorifica habetur in oratione funebri S. Basilij, qui decem, & nouem annis obijt post impositum ab ab hæreticis schisma B. Lucifero. Et ita B. Lucifer non à Gregorio Catholicus cōmendaretur, si eo tempore schismaticus esset, quod illum latere non posset simul in Oriente commorantem, & coetaneum ea tempestate. 91. 6.

Gregorium Eliberinum catholicè obijsse, affirmat Baronius. 79. 12.

Gregorius XIII. nonnullis Canones erroribus purgandos commisit. 159. 1.

S. Gregorius Eliberinus Episcopus, & martyr, eiusdem cū B. Lucifero sententiæ esse refertur, nec ob id à Martyrologio expūgitur, nec eam retractauit sententiam, vt vult Baronius, cū nulli confstet. 167. 2. Illius Sanctitati comparatur, & aquatur, sanctitas B. Luciferi. 124. 11.

Guido Cardinalis Episcopus Vercellensis, nō inter apocripha, hymnum computauit Breuiarij Eusebiani, in quo B. Lucifer, vt sanctus colitur, & eius inuocatur patrocinium. 97. 2.

H

HAeresis Ariana grassatio in Ecclesia describitur à Ruffino. 23. 6. Illa, pacis nomine, plures Catholici polluuntur. 37. 1. Illa fuisse pollutos, falsò asserit Sozomenus, qui ab Athanarico Rege interfecti fuerunt. 61. 3.

Hæreticos etiam exilio damnat Constātius, qui nō in omnibus, Arianis consentiebāt. 53. 1. Etiam exorto schismate Luciferianorum, quod falsò imponitur B. Lucifero, inter hæreticos nō recensetur ab Epiphanio, & Philastro, reliquos enumerādo hæreticos. 60. 5. Illorū scripta non esse à Romana Ecclesia recipienda, statuit Gelasius Papa. 65. 5. Nullam fidem faciunt ex decreto multorum Pontificum. 68. 1. et 2.

Hectoris cadauer rosario vnguento à canū morsibus, liberū fingit Homerus. 118. 12.

Henricus Spondanus, discipulus Baronij in omnibus illum prius sequutus, discedit posteà circa sanctitatem B. Luciferi, quē inter Sanctos collocat testimonio authentico Templorū, quibus veneratur in Sardinia, maximè non contradicentibus antea, Symaco, & Hilario Calaritanis, & Romanis Sanctissimis Pontificibus, ac etiam D. Fulgentio cum alijs 200. Africanis sanctissimis Episcopis diù Calari pro fide catholica exulantibus. 69. 1.

Heraclius Imperator, Crucis insigne exeudi iussit. 112. 2.

Hercules, accepta à Iolao face, succīdit Hydria capita. 121. 19.

Herennius Diaconus à B. Lucifero, legatus mittitur ad Concilium Alexandrinum. 40. 2.

Hermion Episcopus Taneos subscribit epistola Synodali Alexandrina missa ad Antiochenos. 41. 11.

Hiberia in Hispania, Luciferiana hæresi laborat. 86. 3.

S. Hieronymus Ruffini errores deprehendit, quos de Hilario Pictauiensi, & alijs sanctissimis viris sparsit. 64. 2. Eiusdem ignorantiam, Græci, & Latini sermonis exprobat. 65. 4. Illi Ruffinus imponere conatur hæreses Valentinianorum, & Antropomorfitarum. 73. 2. B. Luciferum confessorem appellat, etiam post Concilium Alexandrinum. 76. 6. & 7. Illi respōdetur, cum inquit, non venisse Christū propter Mastrucam Sardorum; agere, nō de Calaritana Ecclesia, Luciferiana labe infecta; sed de nonnullis Sardis, qui Orītalibus in eo errore adhæserunt. 102. 1. & 105. 7. Librum, in quo Beatum appellat Luciferū, post illius mortem scripsit. 128. 15. & 16. Varia eius loca de schismate B. Lucifero attributo, exponuntur, illius nō obstare sanctitati. 141. 1. & seq. Præcipuus fuit B. Luciferi sanctitatis vindex. 145. 1. & seq. Verbis tātum, & non rebus discessisse affirmat ab Ecclesia B. Luciferum. 145. 2. B. Luciferum Beatum, & bonum Pastorem appellat. 145. 1. Illius verba de schismate B. Lucifero attributo, segregatis paucis ouibus, reliquum gregem deseruit, variè exponuntur non obstare illius sanctitati. ibidem. Hæreticorum acerrimus insectator, cum in omnes hæreticos verbis acribus inuehatur, si B. Luciferum hæreticum, aut schismaticum haberet, non toties illum Beatum confessorem, & bonum pastorē appellaret. 146. 3. & seq. Non contra S. Luciferum, sed con-

cōtra Luciferianos Dialogum composuit, qui à B. Lucifero nomen sumentes, varios errores disseminabant. 146.4. & 5. Illius verba de schismate B. Lucifero attributo (multam prædam bestijs relinquens) exponuntur non obstare illius sanctitati. 147.7. Illius verba circa idem schisma (nec ob Sardorum tantum mastrucam filium Dei descendisse) variè exponūtur non obstare illius sanctitati. 148. 8. & 9. Eiusdem verba de B. Lucifero, quod numquam se Arianæ hæresi imiscuit, non de Arianis ad pœnitentiam cōuersis, vt malè, Baronius interpretatur, vt illum schismaticum, faciat sed de Arianis hæreticis, nō pœnitentibus, planè intelliguntur. 149.11. & seq. Cum SS. Doctoribus, Augustino, Basilio, & Ambrosio non pepercerit, illorum doctrinā graui, & acri censura perstringendo, & non idem de B. Lucifero faciat, sed obiter laudet; apertissimè ostendit, eum catholicum, & omninò irreprehensibilē iudicasse. 149.13. & 150. 11. B. Luciferum inter alios Christi confessores connumerat. 150.13. & 151.15.

S. Hilarius Pictauiensis, accerrimè Constātio Imperatori, Arianæ hæresis fautori opponitur. 18. 1. A Ruffino hæretico malitiosè carpitur, ac roditur. 64.2. Deceptus fuit existimans, non dari salem, nisi ex aqua coagulatum salsa, cum detur sal lapideus. 80.15. Scribens eodem tempore, quo ab hæreticis, B. Lucifero schisma imponitur, illum sanctitatis titulo exornat cum Paulino, Eusebio, & Dionysio, pro fide Catholica passis. 87. 4. & 90.3.

Hilarius Diaconus à Liberio Papa cum B. Lucifero ad Constātium Imperatorem mittitur. 19. 5. Ab eodem Constantio pro fide catholica cum ipso Lucifero, & alijs in exilium pellitur. 21.2. & seq.

S. Hilarius Papa Calaritanus. 96.1.

Hispania Sāctum Iacobum habet patronū. 112.2. Profectio in Hispaniā Sanctorum Apostolorum Pauli, & Iacobi. 99.3.

Historia Socratis, multis scatet erroribus. 56.1.

Historia Theodoreti ambiguitatis, & falsitatis arguitur. 52.2. & seq.

Historia Sozomeni, multis scatet erroribus. 61. 1. & seq. Eam S. Gregorius Papa ab Ecclesia catholica recusari affirmat, quod in ea multa mentiatur. 62.4.

Historia Ruffini falsā est, & erroribus referta. 63.1.

Horatij Quaranta Societatis Iesu viri eruditi, elucubratio in B. Luciferi numisma, Romæ inuentum cum de sua apud Pontificem sanctitate disceptaretur. 113. 1. & seq.

Humandorū corporū in Ecclesia mos quādo fuit inductus. 142.3. & seq.

Humanæ naturæ veritas in Christo Domino solidatur, epistola Synodali Alexādrina, missa ad Antiochenos. 46.8.

Hymnus in Breuiario Eusebiano ad primas Vesperas Festi S. Eusebij Vercellensis, in quo B. Lucifer vt sanctus adoratur, & eius imploratur auxilium. 97. 1. Falsò illum negauit Baronius, deceptus à Ferrerio Episcopo Vercellensi. 97. 2. Cum primo negauit idem Ferrerius, deinde reperit in sua Ecclesia. 97.2. Falsò illum asserit, idem Ferrerius esse inter apocrypha Breuiarij Eusebiani, quæ ex illo excusit, Guido Cardinalis eius prædecessor. 97. 2. Falsò item eum asserit idem Ferrerius, fuisse ex proprio cerebro impressum in Breuiario Eusebiano à duobus Canonicis Vercellensibus. 97.3. & seq.

Hypostasis vox, qua ratione vsurpanda in mysterio Trinitatis, docetur in epistola Synodali Alexandrina. 47.6. & 7.

I

S. Iacobi Apostoli in Hispaniam appulsus. 99. 3.

Ianuarius, cum à Gregorio Magno Episcopus Sardinia dicitur, Primas Sardiniæ appellatur per assistentiam iuris; teste Alberto Picolo. 140 5. Idem in quadam antiqua pictura, seu sculptura Ecclesiæ Calaritana, Diademate Sācti insignitur; & ita à nonnullis Calaritanis scriptoribus Sanctus appellatur. 177.2.

S. Ianuarius Episcopus Africanus, & martyr, quem colit Ecclesia Calaritana officio duplici, vnà cum alijs martyribus inuentus est in Cripta S. Restitutæ martyris, Mat[ris] S. Eusebij Vercellensis. 177.2.

IESV Christi Domini nostri ad Abagarū epistola. 99.2.

Imagines Beati Luciferi Romæ excusa, tempore Pauli V. & Vrbani VIII. 127.

Ineofer societatis Iesu vir eruditus, Medallium

lium antiquissimum Roma profert, quod apud se habebat de B. Lucifero, in cuius prima parte Aquila exarata est, cum hac inscriptione. Fœlix Calar. Et in alia erat inscriptio B. Lucifer S. cum Rosis in circulo inclusis. Hocque protulit medal: lium eodem tempore, quo Romæ apud Pōtificem de sanctitate B. Luciferi disceptabatur. 107.3. & 110 1.

Indorum Magi rosis animum cōciliari existimabant. 118. 1 1.

Indulgentia plenaria à Paulo V. concessa inuisentibus Ecclesiam B. Luciferi, in Fe. sto Sanctissimæ Trinitatis, quam ipse viuens ab Arianis defenderat. 126. 15. & 127. initio.

Innocentij I. epistola, quæ refertur à Sirmōdo ad Episcopos Synodi Toletanæ, in qua fit mentio de schismate B. Lucifero imposito, latissimè ostenditur supposititia. Primo, quia huius non meminerunt, qui epistolas Pontificias collegerūt. Secūdo, quia quæ in ea epistola referuntur veritati historiæ non consonant. Tertiò, quia nullū fuit celebratum Concilium Toletanum sub Innocentio. Quartò, quia non seruatur in ea constructio rerum, quæ dicitur. Quinto, quia omnes affirmant B. Luciferum à nullo Pontificum fuisse erroris dānatum. 169. 1. & seqq.

Instrumentum publicum Angeli Iustiniani Ciuis Romani, de veritate Medalliæ Romæ repertæ apud P. Incofer Societatis Iesu de B. Lucifero. 110. 1.

Inuentionis S. Crucis traditio. 100. 4.

Inuentio corporis B. Luciferi Calari, in propria Ecclesia vetustissima, illi dicata inter alia corpora SS. Martyrum. 101. 1. Inuentū fuit in ea corpus cum tribus Epitaphijs, Aquila grauata, Palmis, Rosa, Labaro, & Cruce Patriarchali, coram Prorege, & tota ferè nobilitate Calaritana, & numerosa populi multitudine, vt quinque publici Notarij contestātur, instrumento publicè edito 189. & seq.

Ioannes Zimisces Imperator in numis excedi iussit effigiem Saluatoris cū hoc elogio, IESVS CHRISTVS Rex Regū. 112. 2.

Ioannes Baptista Siluanus Carmelitanus Sassarensis ob incredulitatem B. Luciferi sanctitatis, in grauem morbum incidens, ipso die illi sacro, monitus à Fratribus de sanctitate, & intercessione illius, cuius precibus sanitati pristinæ restituitur, magna sui admiratione, & gratulatione. 239.

Iolaus Herculi facem porrexit, ad Hydriæ capita succidenda. 12 1. 19.

Iosephi Mariæ Suaresij Episcopi Vasionensis, iudicium de Medallio Romæ inuento, apud Patrem Incofer Societatis Iesu de B. Lucifero. 11 1. 1.

Iudæ proditoris argēteum numisma rosam, seu potius Lilium habebat insculptum, cum Solis facie. 117. 10.

Iulianus Apostata, mortuo Constantio, B. Luciferum, & reliquos Episcopos ab exilio reuocat. 39. 1.

S. Iulius Papa B. Luciferum Archiepiscopū Calaritanum ordinauit. 17. 2.

Iulius Sanctorius Cardinalis, acerrimus defensor sanctitatis S. Fœlicis Papæ, & Martyris contra Baronium, cum eam impugnat ante illius inuētionem. 106. 2.

Iustinianus Imperator errores commemorat Theodoreti. 58. 1. Eius scripta damnat aduersus Ephesinam Synodum, & D. Cyrillum. 58. 1.

L

Labari Imperatoris schema. 112. 2. Laudes, & encomia B. Luciferi. 19. 1. & 2. 20. 3. 4.

Legatus ad Constantium Imperatorem B. Lucifer cū Pancratio presbytero, & Hilario Diacono à Liberio Papa mittitur. 19. 1.

Liberius Papa cum alijs, Constantio Arianæ hæresis fautori opponitur. 18. 3. Legatos ad eundem Constantium mittit de cogendo Concilio pro parte Ecclesiæ. 18. 4. Eximijs laudibus S. Luciferū Constantio commendat. 19. 1. Eximia profert encomia de B. Lucifero in epistola ad Eusebiū Vercellensem. 12. 2. & 20. 3. & 4. Ad Beatum Luciferū, & alios Episcopos in exilio commorantes epistolam laudatoriam scribit. 25. 2. & 26. 3. Audita morte Constantij, & relaxatione exilij catholicorū, B. Luciferum, & Eusebium legatos in Oriente creat. 40. 2. Ariana hæresi polluitur, & ab eius communione, fideles seiunguntur. 166. 1.

Libros in exilio pro Athanasio, & fide Catholica

tbolica contra Constātiū, & Alios Arianos conſcribit B.Lucifer.26.2. Alium edidit librum B.Lucifer, quē inſcribit, moriendum pro filio Dei, cum illi mortem Conſtantius minitatur.32.3. Duos item libros conſcribit in exilio de non parcendo in Deum delinquentibus.37.2.

Libros hæreticorum à Romana Eccleſia nō eſſe recipiendos, ſtatuit Gelaſius Papa. 63.5.

Libros Periarchon Origenis erroneos, primus Romam intulit Ruffinus hæreticus. 65. 5.

Librum Euſebij, defenſionis errorum Origenis, nomine Pāphili martyris edidit Rufinus. 65.5.

Libros Ruffini, Gelaſius in Concilio Romano cenſuræ D.Hieronymi ſubiecit.67. 8.

Litaniæ decantari ſolitæ in Eccleſia Calaritana, alios Calaritanos Sanctos continebat, iuxta morem aliarum Eccleſiarum, quos expunxit Auctor Archiepiſcopus ex decreto Sacræ Congregationis Ritu um. 180.5.

Longobardi S.Ioannem Baptiſtam habent patronum.12.2.

S.Lucianus Martyr Calaritanus. 17. 1. & 94.2.

Lucianiſtæ hæretici à S. Luciano martyre, ob nominis celebritatem, ſine illius culpa, vel errore dicti ſunt.143.3.

Lucifer Smirnenſis probabiliter aſſeritur à multis fuiſſe authorem ſectæ Luciferianorum. 53. 1. & ſeq. id improbabile oſtendere conatur Conſtantinus Caietanus. 53.2. & ſeq. Fuiſſe authorem ſchiſmatis, probabiliter oſtenditur, reſpondendo rationibus Caietani.54.6. & ſeq.

Luciferianorum hæreſis origo proponitur, ex Sozomeno, Socrate, Ruffino, & alijs, quæ falsò B.Lucifero, vt actori aſcribitur 50.1. & ſeq. Varij illorum errores, præter ſchiſma afferuntur.51. 1. Horum ſecta, falsò aſſeritur à Socrate, Sozomeno, & alijs orta, ab his, qui B. Lucifero adhæſerunt in ſchiſmate ſequuto pro electione Paulini in locum Meletij, cum talis electio canonica fuerit, & approbata ab Eccleſia, & ipſo Euſebio, vt videre eſt in verbo, Paulinus.72. 1. & ſeq. Horum hæreſis tributa Beato Lucifero ab hæreticis ſcriptoribus ficta eſt, teſte Conſtantino Caietano, quod hæretici catholicos viros ſanctiſſimos, vt Luciferum obnubilare ſoleant, et ipſos hæreticos ſcriptis celebrare.73.2. Hæreſis hæc Luciferianorū apud Hiberiam in Hiſpania viguit.86.3. Tres habuerunt errores Luciferiani. Primus fuit, Deum peccaſſe in deiectione Luciferi. Secundus, Laicum, non verò Clericum pœnitentem recipi debere. Tertius, animam eſſe de carnis ſubſtantia propagatā. 103.4. Hi etiam aſſerebant, vniuerſum mundum eſſe Diaboli, & factum de Eccleſia Lupanar.104.5. Cum ad D.Hieronymo in angulo terræ habitaſſe Luciferianos dicitur, non Sardiniam, vt vult Marinianus, ſed apud Hiberiam, Tarraconenſis Prouintia intelligenda eſt.149.11. Mortuo Beato Lucifero, Luciferiani, teſte Scābato ſocietatis Ieſu, viro erudito, ſchiſma exogitarunt non aſſentiendo Romanæ Eccleſiæ circa communionem cum lapſis. 134.8. & 9.

B.Lucifer, epiſtolam ad Euſebium Vercellenſem ſcribit, illum ad Concilium Mediolanenſe inuitans.21.2.

B.Lucifer in exilium à Conſtantio Imperatore pellitur, cum alijs Epiſcopis. 22.1. & ibidem 2. & ſeq.

B.Lucifer à Liberio Papa Legatus cū Pancratio Presbytero, & Hilario Diacono, ad Conſtantium Imperatorem pro catholica fide mittitur.19.1.

B.Luciferum Liberius Papa in epiſtola ad Euſebium Vercellēſem ſummis laudibus celebrat.19.2. & 19.3. & 20.4.

B.Luciferi laudes, & encomia. 19. 1. & 19.2. & 20.3.4.

B.Lucifer ab Athanaſio Epiſcopus Metropolitanus Sardiniæ appellatur.24.1.

B.Lucifer ex nobili, & priſca Cæſiorum familia oriundus. 17. 1.

B.Lucifer patria Calaritanus.17.1.

B.Luciferi zelus Eliæ pro tuenda catholica fide contra Conſtantium Imperatorem. 27. 2.

B.Lucifer editos à ſe libros ad D. Athanaſiū mittit.29.1. & ſeq.

Ad B.Luciferum acceptis illius libris, epiſtolam Athanaſius mittit, in qua innumera congerit laudum præconia.29.3. & ſeq.

B.Lucifer ab Athanaſio appellatur; Templum Saluatoris, Elias zelator, Spiritus ſancti habitaculum, Magiſter veritatis, gloria martyrij, &c.29.3. & ſeq.

B. Lucifer Constantij, & aliorum Arianorum simulationem, quæ catholicum nomen affectabant detegit. 32.2.

B. Lucifer in Constātium Imperatorem Arianum, Apostolica libertate, accerrimè inuehitur. 32.3. & seq.

B. Lucifer martyrij cupidissimus mortem, & omnia tormenta contemnit. 32. 3. & sequen.

B. Lucifer, librum edit, moriendum pro filio Dei, in quo disertissimè ostendit, nulla tormentorum genera esse pertimescenda. 32.3. & seq.

B. Luciferi librorum nonnulla fragmenta, 32.2. & seq.

B. Luciferi mira constantia pro fide catholica tuenda. 32.3. & seq.

B. Lucifero inuidetur martyrium à Constantio, & alijs Arianis, & ita non interficitur, sed solùm in exilium pellitur. 35. 1.

B. Lucifer in diuersa loca, quater in exiliū amandatur. 35.1.

B. Lucifer exulauit in Palestina, cum Agapeto ad Thebas superiores, & Eleuteropoli. 35.1 & 36.1.

B. Luciferi ardens Martyrij desiderium demonstratur ex ipsius, & aliorum authorum scriptis. 36.2. & seq.

B. Lucifer cum alijs exulantibus, benignè à catholicis excipitur. 37.3.

B. Lucifer in exilio alios duos libros scribit, de non communicando cum hæreticis, & de non parcendo in Deum delinquentibus. 37.2.

B. Lucifer in fide catholica constanter permanet, dum alij, pacis nomine, Ariana hæresi polluuntur. 37.1.

B. Luciferi mira constantia, & Apostolica libertas, pro tuenda fide catholica, ex illius librorum testimonijs comprobatur. 37. 2. & seq.

B. Lucifer mortuo Constātio Ariano ab exilio reuocatur. 40.1.

B. Lucifer, secundò, à Liberio Papa Legatus creatur cū Eusebio Vercellense in Oriente. 40.2.

B. Lucifero specialiter à Liberio Papa Antiochenæ Ecclesiæ cura delegatur. 40. 2. & sequen.

B. Lucifer dessidētibus inter se Antiochenis de Eusebio Ariano, & Meletio catholico Episcopo, Paulinum instituit Episcopum Antiochenum, virum Sanctum, & catholicum. 40.3. & seq.

B. Lucifer legatos ad Concilium Alexandrinum, duos Diaconos mittit Herennium, & Agapetum. 40.2. & seq.

B. Lucifero, & Antiochenis, apud quos morabatur legatus Apostolicus, Eusebius, & Asterius Episcopi Legati mittuntur, ab Alexandrina Synodo cum actis in illa peractis. 403. 1.

B. Lucifero falsò schisma, & Luciferianorū errorem tribuunt Sozomenus, Socrates, Ruffinus, & alij 50.1. & seq.

a B. Lucifero Calaritano, & non à Smirnensi Luciferianos sumpsisse nominis celebritatem, vt probabilis opinio eligitur. 56.9.

B. Lucifer, nunquam inter hæreticos enumeratur ab Epiphanio, & Philastro, reliquos enumerando hæreticos, etiam post ortum schisma, illi impositum. 60. 5.

B. Lucifero, Socrates falsò Luciferianorum schisma imponit. 50.1.

B. Lucifero, & Paulino infensus Theodoretus, nonnulla contra vnitatem scribit. 59.3. & seq.

B. Lucifero Theodoretus doctrinam falsam, falsò imponit post reditum in Sardiniam. 60.5. & 6.

B. Luciferum non habuisse spatium pœnitētiæ, apertè Ruffinus mendatij arguitur, ex computatione temporis. 67.8.

B. Luciferi, quæ Nicephorus tradit, mutuatus est à Græcis scriptoribus. 67.1.

B. Lucifero, quæ imponunt Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Ruffinus, & Nicephorus, nullius sunt fidei, quia hæreticis, & schismaticis, nulla fides adhibetur. 68. 1. & seq.

B. Lucifer schisma habere non potuit cum B. Eusebio Vercellensi propter electionem Paulini, quia Paulinus cum eodem Eusebio inter alios Episcopos Synodo Alexandrinæ subscripsit. 70.2.

B. Lucifero tributam hæresim Luciferianam figmentum existimat hæreticorum Constantinus Caietanus. 73.2.

B. Luciferi schismatis causa ficta, & adinuēta à Baronio proponitur, discessisse à communione Eusebij, quod Episcopos nollet recipere lapsos, iuxta decretum Concilij Alexandrini. 74.1.2.

B. Luciferum austerioris fingit spiritus Baronius, quo ductus nollet Episcopos lapsos reci-

recipere, iuxta decretum Concilij Alexãdrini.74.2.

B. Luciferi schismatis causa à Baronio conficta, apertè conuincitur falsa, cũ per suos legatos subscripserit decretis Cõcilij Alexandrini. 74. 2. Deprahẽditur etiam falsa, ob alias rationes, vt verbo, Baronius.

B. Luciferi, his, quæ scribit Baronius de schismate, non suffragatur epistola Marcellini, & Faustini, quæ asseruatur in Vaticano, eamque haud legisse arguitur. 78. 9.

B. Lucifer ex Oriente, Romam proficiscens, Neapoli pertransit ad Liberiũ, à quo fierat legatus, catholicæ fidei causa, iam peracto Concilio Alexandrino. 81. 1. & seq.

B. Lucifer Neapoli Zozimũ Diuino miraculo, lingua vsu priuat, illũ in modũ bouis protrahendo, quousque Episcopatum deserit, quem à Maximo viro catholico surripuerat. 81. 1. & seq.

B. Luciferi sãctitas, & catholicus zelus post Concilium Alexandrinum, miraculo cõmendatur in epistola Marcellini, et Faustini. 81. 1. & seq.

B. Lucifer, Romam ex Concilio Alexandrino remeans, non reclamauit prædicto Cõcilio coram Liberio, vt fingunt aduersarij, quod apertè constat ex epistola citata. 82. 3.

B. Luciferi sanctitati, obijcitur potuisse schisma inducere decreta Concilij Alexãdrini de recipiendis lapsis impugnando, quãuis per suos legatos Cõcilio subscripserit. 82. 1.

B. Luciferi sanctitatis obiectioni posita respondetur. 82. 1. 83. 2. 83. 3. & 83. 4.

B. Luciferum schismatis, nota inurere ausi sunt haretici, vel Meletiani sectatores, quatuor de causis. 84. 6. & 84. 8.

B. Lucifer apertissimè à schismate vindicatur S. Athanasij testimonio, non solùm ante Alexandrinam Synodum, sed etiam post illam. 85. 1. & seq.

B. Luciferi sanctitati obstant aduersarij, respondendo ad testimonium Athanasij, potuisse scilicet non errare in fide, & esse schismaticum, sola separatione à cõmunione Ecclesiæ. 86. 2.

B. Lueiferi sanctitatis obiectioni satisfit, hãc separationem non potuisse sine heresi, cum esset cõtra definitionem Cocnilij, & ita cũ asseratur à D. Athanasio immunis ab omni heresi, etiam à schismate. 86. 2.

B. Luciferi sanctitati secundo obstãt aduersarij, respondendo D. Athanasij testimonio; omnes Sardiniæ Ecclesias dici catholicas, licet in ea Luciferiana hæresis esset: cum hoc idẽ de Hispania, dicatur, in qua Luciferiana hæresis erat. 86. 3.

B. Luciferi sanctitatis satisfit obiectioni, verè vocari Hispaniæ Ecclesias catholicas, quia pauci erant in angulo illius Luciferiani, sicut etiam aliæ Ecclesiæ catholicæ vocantur, in quibus puci erant Ariani At verò Ecclesiæ omnes Sardiniæ catholicæ appellari non possent, si in illa fingatur Calaritana Ecclesia cum suo capite Lucifero, Luciferiana labe polluta. 87. 4.

B. Lucifer sanctitatis titulo exornatur à D. Hilario inter Eusebium, Paulinum, & Dionysium, exilium pro fide passos. 87. 5.

B. Luciferi sanctitatis titulo à Diuo Hilario collato, respondet Baronius fuisse ante mortem Constantij, quo tempore in schisma non inciderat. 87. 5.

B. Luciferi sanctitatis tituli à Diuo Hilario exhibiti, obiectioni satisfit ex ipsismet Hilarij verbis, quibus planè indicat, scripsisse post mortem Constantij. 88. 5. Secundo satisfit ex D. Hieronymo, qui præfatũ librum testatur scriptum ab Hilario post mortem Constantij, ibid. 6.

B. Lucifer ore prophetico ab Athanasio commendatur, cum ait: scio, & credo ipsum Dominum redditurum tibi, etiã pro hoc labore præmium in Regno Cælorum. 89. 1.

B. Luciferi Ecclesia Catholica, cum commẽdatur in epistolis ad Iouinianũ Imperatorem; illasque edidit D. Athanasius post redditum B. Luciferi in suam Ecclesiam; qua ratione non esset catholica, si ad illã Lucifer schismaticus remeasset. 89. 1.

B. Lucifer à schismate vindicatur, laudum præconijs à D. Gregorio Nazianzeno cõmendatus, tempore post illi impositum tale schisma ab hæreticis, ob duas rationes. 90. 3. 82. 6.

B. Lucifer, etiam ex fictione hæreticorum non assentiens Concilij Alexandrini decretis de recipiendis lapsis non fuit schismaticus, quia nondum à sede Apostolica, tunc erat confirmatum, & ante illius cõfirmationem, Lucifer Romã adijt ad Liberium suæ legationis rationẽ rediturus, & ab

& ab illo cum pace discedens in suam redijt Ecclesiam. 92. 1.

B. Lucifero impositũ schisma ostenditur falsum, authoritate negatiua Cōcilij Romani, habiti secundo anno post mortem eiusdem Luciferi, in quo cum omnes hæreses, etiam remotarum prouintiarum damnētur, nulla fit mentio de errore imposito B. Lucifero, neque de eius Ecclesia Calaritana, hæresis alicuius labe polluta. 93. 2.

B. Lucifer à schismate vindicatur, authoritate etiam negatiua omnium Conciliorũ, in quibus cum omnes hæresiarchæ cum suis erroribus damnentur, de B. Lucifero, & eius doctrina nulla fit mentio erroris. 93. 3.

B. Lucifer ab Hermanno contracto viro clarissimo Sanctitate, & nobilitate, dicitur obijsse vir valde catholicus. 94. 1.

B. Lucifer primo loco inter SS. Calaritanos Martyres collocatur. 94. 2.

B. Lucifer in cathalogo, Sanctissimus describitur, à Petro de Natalibus, Mombritio Ioanne Tillo, & alijs. 94. 3. & 95. 5.

B. Luciferum inter Hilarium Pictauiensem Gregorium Nazianzenum, & Cirillum Alexandrinum honorificē comēdat Cardinalis Bellarminius. 95. 3.

B. Luciferi Templum in quo sepulta fuerunt corpora SS. Ceselli, & Camerini meminit Mombricius in vita S. Luxorij M. 94. 3.

B. Luciferi quatuor Templa in Sardinia, in quibus à fidelibus, tamquam Sanctus veneratus est. 95. 1.

B. Luciferi Sanctitas confirmatur, quod in his Templis, Felix, & Ciriacus à D. Gregorio ad visitandas Ecclesias Calaritanas missi, eas nō impedirent adoratione. 96. 1.

B. Luciferi Templorum imagines descriptæ, quibus in Sardinia colitur, post paginā. 96.

B. Luciferi Sanctitas immemoriali Calaritanæ Ecclesiæ traditione, & veneratione confirmatur. 99. 1. & seq.

B. Luciferi venerationis tradstio, autoritate Iurisperitorum comprobatur. 100. 6.

B. Luciferi corpus expositum fuit fidelibus adorandum, consilio plurimorum Theologorum, quos adhoc iuxta Concilium Tridentinum. Don Franciscus Esquiuel, tunc Archiepiscopus Calaritanus congregarat. 102. 2.

B. Luciferi inuentionem inter alios Martyres cum tribus epitaphijs, contrarij euertere conantur. 102. 1.

B. Luciferi cum epitaphijs Sāctitatis inuentionem, fuisse ab hæreticis factam, asserere impium est, cum ca eat fundamento, & similes aliorum Sanctorum inhumationes destrui possent. 102. 2. & seq.

B. Luciferi inhumationem fuisse factam non ab hæreticis schismaticis sed à catholicis Ecclesiæ Calaritanæ, probatur testimonio D. Athanasij. 103. 3. & 4.

B. Luciferi inhumationem fuisse à Catholica Calaritana Ecclesia, probatur ex ipso epitaphio in eius sepulchro inuento. 104. 5.

B. Luciferi nomine, vocatus fuit alius Lucifer Archiepiscopus Calaritanus, post 100. annos ab illius obitu. Item Pater S. Georgij Episcopi Suellen. circa annos 1100. & alij plures. 105. 6.

B. Luciferi Sanctitas confirmatur exemplo S. Felicis Papæ, & Martyris. 107. 3.

B. Lucifer à Romana Sede, pro tot, & tantis Sanctitatis testimonijs in Martyrologio inter alios Sanctos, merito referendus est. 105. 1. & seq. 108. 4.

B. Lucifer more antiquo Canonizatus fuit. 108. 3.

B. Luciferi Sanctitas, vt in Martyrologio reponatur, multa ab auctore testimonia allata diuisim, in vnū congerũtur. 109. 5.

B. Lucifero Sardo, & non Lucifero Smirnēsi, numisma Romæ inuentum aptari potest, cum illa inscriptione. B. Lucifer. S. 116. 9.

B. Lucifero, Sanctitatis, ac Beatitudinis titulus, innumismate collatus, non nisi Sāctis exhiberi solet post mortem. 117. 10.

B. Luciferi pax illata Orientis Ecclesijs sublata hæresi Ariana, signatur rosis suo sepulchro incisis. 118. 11.

B. Luciferi scriptis, & virtute profligatum fuisse Constantiũ Arianũ, & vt fætidum scarabeũ odere interfectũ, testantur rosæ in eiusdem sepulchro insculptæ. 118. 11.

B. Lucifer Martyris corona rosea honestatur, in eius sepulchro insculpta, & in numismate eius incisa. 118. 12.

B. Lucifer multis titulis Martyr comprobatur. 118. 12. & 13.

B. Lucifer Martyrij cupidissimus fuit. 78. 13. & 119. 13.

B. Lucifer Iolai instar, facem accendit, quo arianæ hæresis Hidriæ capita extinguantur. 121. 19.

B. Lucifer nō est canonizatus uniuersali canonizatione à Sede Apostolica in Ecclesia vniuersali. 122. 6.

B. Luciferi venerationi ob canonizationem particularem, omnes fideles Calaritanæ Diocesis tenentur; reliqui vero vniuersalis Ecclesiæ, ex sola pietate. 123. 6.

B. Luciferi Sanctitas; exilium, labor, & virtutes comparantur, & æquantur Sanctitati, & laboribus SS. M M. Eusebij Vercellensis, Dionysij Mediolanensis, & Gregorij Illiberitani. 123. 9. 10. 11.

B. Luciferi miracula, antea, & post mortem obiter referuntur. 125. 1.

B. Luciferi dies natalis festiuus est in Curijs Regijs totius Regni. 127. *in fine col.* 2.

B. Luciferi Templo reficiendo, vbi eius est inuentum corpus. 500. *assignata sunt libræ, communi decreto generalium Comitioꝝ Regni, tempore Marchionis de Bayona Proregis.* 128. *initio,* 1. *col.*

B. Luciferi canonizatio à Damaso Papa approbata fuit. 128. 14.

B. Luciferi Sanctitatis causa, summa breuit. 128. 1. & *seq.*

B. Luciferi adoratio antiquissima est ante sui corporis inuentionem contra obiecta Turritani. 131. 1.

B. Lucifer appellatur Martyr more antiquo. 132. 3. & *seq.*

B. Lucifer esset Martyr appellandus, licet litteræ B. & M. bonæ memoriæ sonarent, ex alijs similibus epitaphijs comprobatur, 132. 4.

B. Luciferi triumphus de hæreticis Arianis significatur palma in eius sepulchro descripta, contra obiecta Turritani. 134. 2. & 135. 4.

B. Luciferi Sanctitas defenditur in responsione ad Turritanum negasse Baronium Sanctitatem, & Templum B. Lucifero, 136. 1. & 2.

B. Lucifero Templum vel post illius mortem fuit erectum, & in illud translatum, vel iam erectum, nomen habuit à B. Lucifero in eodem sepulto, vt passim euenire solet. 137. 1. & 2.

B. Luciferi inscriptiones, quæ cum suo corpore inuētæ sunt, prima apparet antiquior, secunda recentior, vt à Clero Calaritano, in eius translatione apposita. 136. 2.

B. Lucifer ab Athanasio Episcopus Primariæ Vrbis Sardiniæ dicitur, sicuti S. Dionysius Italiæ, quod non affirmat de B. Eusebio Episcopo Vercellensi. 138. 4.

B. Luciferi in sepulchro inscriptio Ca. Fig. *non Confalonarium, vt fingit Turritanus esse recentiorem inscriptionem, sed* Catho- *licus filius sonat.* 141. 1.

B. Luciferi corpus expositum adorationi apertissimis repertum est inscriptionibus, aliud vero, quod primo inuentum, existimabatur S. Luciferi, non fuit expositum, cum careret certa inscriptione contra Turritanum. 141. 2.

B. Luciferi corpus, etiam si tunc mos non sepelliēdi cadauera mortuorum in Ecclesijs vigeret, merito fuit in illa sepultum tamquam Sancti, & Martyris, cum in Ecclesijs semper mos fuerit SS. confessorum, & martyrum cadauera sepelliendi. 142. 2. & *sequent.*

B. Lucifer, teste D. Augustino à nemine, etiā ab Epiphanio, & Philastrio omnes hæreses recensentibus, inter hæreticos computatur; vel eius aliqua damnatur doctrina. 143. 2. & 3.

B. Lucifer quæstioni, an esset cum Meletio cōmunicandum recte assensus est, non esse cōmunicandum quia ab Eudoxio hæretico, illegitime electus fuit. 153. 5.

B. Lucifer in legatione Orientali cum Eusebio, superior fuit, vti Metropolitanus, & non subditus Eusebio solum Episcopo. Ita Scābatus vir eruditissimus Societatis Iesu. 153 6.

B. Lucifer ex mente Scambati non fuit schismaticus, quia non à Romano Pontifice discessit, existimatus tamē fuit talis, quod se cōmunioni illorum, qui plus erant, & Meletio fouebant subtraxerat. 154. 7. 8. & 9.

B. Luciferi Sanctitati, nihil obstat decretum Gratiani à Turritano oppositum cum in historia de schismate illi tributo, plura falsa, & fabulosa inuoluat. 158. 1. & *seq.*

B. Lucifer non impenitens in schismate obiuit, vt opponit Turritanus, ex Ruffino. 161. 1. & 162. 5.

B. Lucifer coram Liberio non reclamauit decretis Concilij Alexandrini de recipiendis lapsis. 161. 2. & 163. 6. 7.

B. Lucifer Neapoli transiens, nō Maximi Catholici, sed Zozimi cōmunionem vitauit, in quo, & miraculū patrauit protractionis linguæ ad modū bouis. 161. 2. & 163. 7.

B. Luci-

B. Lucifer etiam dato, & non concesso, quod schisma induxerit sine dubio de illo pœnitẽtiam egit, cum post illius obitum S. Hieronymus, & alij honorificè loquantur. 162.4.& 165.1.

B. Lucifer, etiam dato, & non concesso, quod in schisma inciaisset, ob illius tẽporis circunstantias à peccato mortali excusatur, adductis multis similibus exemplis aliorum Sanctorum, qui ob similes temporum circunstantias à lethali excusantur, & à Sanctorum numero non expunguntur. 166.1.& seq.

B. Lucifer non a Liberij Papæ communione seiungitur, cum eius esset legatus, & dato, & non concesso seiungeretur non obstat illius Sãctitati ex temporis circumstantia. 166.1.

B. Lucifer à mortali excusatur, cum de illo dicit Augustinus, amisisse lumen charitatis exemplo S. Thimotei, de quo in Apocalipsi habetur amisisse pristinam charitatem. 168.4.

B. Lucifer immunis fuit ab omni hæreseos labe, neque illum inter hæreticos, Epiphanius, & alij referunt 169.8.

B. Luciferi reliquias non adorandas opponit Turritanus, ex Concilijs, & decretis, quibus adductis, adorationi exponendas ostẽditur. 181.1.& seq.

B. Luciferi reliquiæ, vt adorentur, omnes fauent circunstantiæ, temporis longissimi scientia, Põtificis tolerantia, voluntas ordinarij, & similia. 181.4. & seq.

B. Luciferi causa Sãctitatis, & Sancti Georgij Episcopi Suellensis agitata fuit Romæ anno 1606. nonnullis opponentibus, qui breui, Diuino Vlciscente numine, miserè periere. 183.10.

B. Luciferi veneratio antiquissima fuit, vt eius demonstrãt Templa; fuit tamen interrupta ob varios bellorum euentus, & Sarracenorum incursus, vt aliorum Sanctorum venerationibus, ob similes euentus contigit. 183.11.& seq.

B. Luciferi celebritas quotannis, etiam ante illius inuẽtionẽ agebatur oppido Selarjus in propria illius Ecclesia sub nomine Sancti Luxorij, communi errore nominis Luxorij pro Lucifero, cum in tabella illius antiquissima, nõ Sanctus Luxorius eques, sed S. Lucifer Episcopus cum Episcopalibus insignijs sit depictus. 144.12.

B. Luciferi venerationem intactam reliquit Sacra Congregatio Cardinalium non obstantibus innumeris Turritani reclamationibus. 186.6.

B. Luciferi Sanctitas, & veneratio, inter tot Turritani obiectorum flatus, & procellas immobilis instar arboris radicatæ, seu rupis, Virgiliano carmine depingitur. 187.6.

B. Lucifer die 20. Maij anno 1637. Calari suo nomini Sacro, toti Sardiniæ Regno, aquæ inopia laboranti, miraculose subuenit, copiosissima veluti proluuie. 198. & sequent.

B. Luciferi admota reliquia vtero Lucretiæ de Pietro, & Serra, quæ triduo, salute desperans, periculoso partu laborabat, subito sine vlla læsione fœtum edidit. 230.

B. Luciferi meritis filius Nobilis Matronæ D. Magdalenæ Abrich graui morbo, laborans, nec iam per sex dies pœnè nutricis vbera sugebat, labia vberibus admouit & repente sanatus est. 230.

M.

M. & B. litteræ B. Martyrem in Epitaphijs Sanctorum significant. 132. 3. & 4.

Magdalena Abrich Nobilis Matrona Calaritana, cum ad vesperas S. Luciferi, de more solemniter campanæ insonarent, admonita de eius intercessione, puerum filium grauiter ægrotãtem, & pœne per sex dies non sugentem, B. Lucifero comendauit, qui statim nutricis vberibus, labia admouit, & preter omnium spem sanitati restitutus est. 230.

Manichæorum error damnatur ab Alexandrina Synodali epistola. 44.5.

S. Marcellus Papa, fidem hæreticis nõ adhibendam statuit. 69.2.

Marcus Episcopus Zygiorum subscribit epistolæ Synodali Alexãdrinæ missæ ad Antiochenos. 48.11.

Marcus Pylorum Episcopus, eidem subscribit Epistolæ. ibidem.

Mariæ Virginis in Asiam iter. 99.2. Funus illius, Apostolorum obsequio cælebratum. 99.2. & 100.5. Eius assumptio in Cœlum admirabilis. ibidem.

S. Maria Aegyptiaca, solius Zozimi testimonio in Sanctorũ numerũ relata est. 109.4.

SS. Martyrum Marci, Marcellini, & Tranquilli corpora, in Diaconia SS. M M. Cosmæ, & Damiani, casu reperiuntur à nonnullis, thesaurum effodientibus. 106. 2.
SS. Martyres Marcellus, & Martinus Turribus in Sardinia reperti. 132. 4.
Martyres à Gothis interfectos, gloria triumphis spoliat Sozomenus hæreticus nouatianus. 73. 2.
Martyris nomen duplex apud antiquos, pro martyre, qui vitam in ipsis tormentis profudit, & qui multa pro fide perpessus, vitā in pace finiuit. 133. 5.
Martyres plures commemorat Martyrologium Romanum, qui multis pro fide susceptis laboribus pacificè obierunt. 133. 6.
Martyrum corpora semper sepeliendi in Ecclesia, mos fuit. 142. 3. & seq.
Martyres, quos Calaritana Ecclesia Veneratur, inuenti fuerūt in Basilica Cōstantiniana S. Saturnini, Ecclesia S. Luciferi, & alijs Sanctuarijs, cum apertissimis indicijs Sanctitatis. 177. 3.
Mastruca, genus quoddam vestis pelliceæ familiaris Sardiniæ plebeis.
Maximus legatus ad Synodum Alexandrinam mittitur à Paulino Episcopo Antiocheno. 42. 7.
Maximus vir Catholicus, & Martyr vià Zozimo, Episcopatu spoliatur. 81. 1. 2. 3. & sequent.
Maximi in Italiam aduentus post necem Gratiani Imperatoris. 156. 3.
Medallium B. Luciferi Romæ inuentum apud P. Incofer Societatis Iesu cū de Sanctitate illius apud Pontificem disceptaretur. 107. 3. Antiquitas medallij demōstratur ex ipsa inscriptione, Fælix Calar. 111. 1. Inscriptio, Felix Calar. Calaris felicitatem denotat, ipso Lucifero Patrono, ex alijs similibus medallijs. 112. 2. Inscriptiones Felix Calar. & B. Lucifer. S. basrefe- runt significationes, Felix Calaris S. Luciferi suffragijs B. Lucifero seruante, & sic de alijs. ibidem. Non recens, & suppositi- tium est inuentum medallium, vt volunt aduersarij; sed valde antiquum omnium iuditio, tunc Romæ commorantium. 113. 2. & 114. 1. Calari in Sardinia videtur excusum, ex ipsa Calaris, & B. Luciferi eius patroni inscriptione. 114. 4. Probabiliter etiā excusum videtur Romæ propter Aquilā Romanā Imperatoriam, & quia de Romana Sede fuit B. Lucifer benemeritus. 115. 5. Excusum videtur eo tempore Calari, quo illi Ecclesia dicata fuit, & in illa eius corpus inhumatum. 115. 6. Tale medallium argumentum est publicæ, & antiquissimæ adorationis B. Luciferi. 116. 7. & 8. Apprimè describitur ipsum medallium, Romæ inuentum. 117. 10.
Melchior Canus, temerè, & audacter carpit S. Gregorium ignorantiæ historiarum. 63. 4.
Meletius ab hæreticis Arianis, quibus consenserat, eligitur Episcopus Antiochenus. 41. 5. Dissentit ab Arianis, & ad Catholicos transit. ibidem. Quod Antiocheni dissiderant, Meletij loco, B. Lucifer, Paulinū suffecit Episcopum. 40. 3. & seq. Illi studiosus fuit Theodoretus, & infensus Paulino, veritatem subticendo. 59. 3. Charus fuit Meletius viris, etiā magni nominis. 44. 8. Post exilium à Valente Ariano, etiā viuente, eius imagines venerantur. 84. 8. Post hoc exilium, etiā viuente, pluribus, à populo, infantibus recenter natis, suum nomen imponebant. ibidem.
Meletij partes tuetur Eusebius Vercellensis legatus Pōtificius, & alij eius communioni adhærent; licet antea, v^t Episcopus Sabatensis, in Arianam hæresim lapsus sit. 153. 5 Eius fauctores, teste Scambato viro erudito, B. Luciferum accusabant, non quia Meletio non comunicabat, vt illegitimè electo Episcopo Antiocheno; sed quia illum lapsum recipere nolebat iuxta decretum Concilij Alexandrini. 153.
Methodio viro Sanctissimo, Socrates falsa imponit. 57. 4.
Metropolitanus Sardiniæ B. Lucifer à S. Athanasio appellatur. 24. 1.
Miraculum protractionis linguæ in modum bouis in Zozimo factum. 81. 2. 3.
Miraculum Deus non potest operari, nisi in confirmationem veritatis, quod argumento theologico probatur. 81. 4.
Miracula non sunt necessaria ad canonizationem Sanctorum. 125. 13.
Miracula S. Luciferi ante, & post mortem obiter referuntur. 125. 14.
Mortuorum suscitatio ad vmbram Pauli. 99. 3.
Mortuorum cadauera, quæ & quando in Ecle-

Ecclesiæ sepeliri, mos fuit. 133. 6.
Murauera oppidum in Sardinia, in quo est quoddam B. Luciferi Templum. 96. 1.

N

Neapolitani S. Ianuarium habent patronum. 112. 2.
Nicephorus Xantoplus suam historiam mutuatus est à Græcis Scriptoribus in his, quæ de Beato Lucifero scribit. 67. 1. Inter schismaticos connumerandus est ex his, quæ in sua præfatione scribit ad Andronium seniorem Palæologum. 67. 1. Perperam Catholici scriptoris nomine insignitur, libris Francofurti excusis. 67. 1.
Nestorij Heresiarchæ amicitia Theodoretus suam gloriam offuscauit. 58. 1.
Nouatianis hæreticis fauet Socrates. 56. 2. & seq. Illorum errores sequtus est Zozomenus. 61. 1.
Nouatus errandi occasionem sumpsit ex loco Pauli ad Hæbreos in rigore sumpto, & nō per exagerationem, cum inquit, nō relinqui hostiam voluntariè peccantibus. Ex eo enim Nouatus docuit non esse in Ecclesia pœnitentiam. 145. 2.
Numisma antiquum Romæ inuentum de B. Lucifero, apud P. Incofer Societatis Iesu eum de eius Sanctitate apud Pōtificem Romanum quæstio esset. 107. 3. & alia, vt verbo. Medallium.

O

Obijcitur B. Luciferi Sāctitati pro confirmādo schismate illi imposito, potuisse decreta Concilij Alexandrini de recipiendis Lapsis, per schisma reijcere, licet illis per suos legatos subscripserit. 82. 1. Respōdetur obiectioni. Primo, miraculo patrato in Zozimo ex zelo fidei. ibidem. Secundo, ex regulis iuris, eo quod sit in possessione subscripsisse Concilio Alexandrino per suos legatos. ibidem. Tertio quia nullum datur mutationis fundamentum, qua subscripta dereta reprobaret. 83. 2. Quarto si reprobasset decreta Concilij, & à comunione Catholica recessisset; vir alioquin acer, & impauidus, ac doctus, librum aliquem edidisset in suos aduersarios. 83. 3. Quinto, quia alij Sancti PP. maxime Athanasius, librum aliquem in illum ederent, qui eius communionem fidelibus vitandam contineret. 83. 4.
Obijcitur secundo B. Luciferi Sanctitati circa testimonium D. Athanasij de integritate Catholicæ fidei B. Luciferi; potuisse scilicet non errare in fide, & esse schismaticum per solam separationem ab Ecclesia. 86. 2. Respondetur hanc separationē non potuisse esse sine hæresi, cum foret contra definitionem Concilij. 86. 2.
Obijcitur tertio eiusdem Athanasij testimonio, quo omnes Ecclesias Sardiniæ Catholicas fatetur: verificari scilicet testimonium, licet Luciferiana hæresis esset in Sardinia, cum hoc idem de Hispania affirmetur. 86. 3. Obiectioni satisfit, verè vocari Hispaniæ Ecclesias Catholicas, quia pauci erant in angulo illius Luciferiani. Sicut etiam aliæ Ecclesiæ Catholicæ vocantur. in quibus pauci erant hæretici Ariani. At verò Ecclesiæ omnes Sardiniæ Catholicæ, appellari non possent, si in illa fingatur Calaritana Ecclesia Primaria, Luciferiana labe polluta. 87. 4.
Occidētis Episcopos Ortodoxos omnes ad suas partes trahunt post decretum de recipiendis lapsis, Alexandrinæ Synodi. 77. 8. 9.
Opinio probabilis multorum fuisse Luciferum Smirnensem, & non Calaritanum authorem sectæ Luciferianorū. 53. 1. Eam improbare conatur Constantinus Caietanus. 53. 2. & seq. Respondetur rationibus Caietani, & ostenditur probabilis talis opinio. 54. 6. & seque. Probabilior opinio elegitur non à Lucifero Smirnensi, sed à Calaritano, Luciferianos sumpsisse nominis celebritatem, sine illius errore, vel culpa. 56. 9.
Occidentali Ecclesiæ, Socrates fuit infensus. 56. 1.
Origenistis hæreticis fauet Socrates. 56. 2.
Origenistis fauet Zozomenus in sua historia. 61. 1.
Origenistarum caput, & patronus fuit Ruffinus. 65. 5.
Origenis Periachon errores, Romam Ruffinus attulit. 65. 5.

P

Palæstinæ partibus exulauit B. Lucifer. 36. 1.
Palma in sepulchro B. Luciferi incisa eius de hære-

hæreticis Arianis triumphum,& constantiam exprimit. 145. 4.

S. *Pamphili Martyris,nomine Eusebij librũ defensorium Origenis edidit Ruffinus.* 65. 5.

Pancratius Presbyter Romanus à Constantio Imperatore in exilium propter fidem Catholicam pellitur. 22.2.& *seq. Cum B. Lucifero ad Constantium Imperatorem, mittitur à liberio Papa.* 19.1.

Paphnutius Episcopus subscribit Epist. Alexandrinæ missæ ad Antiochenos. 48.11.

Papa Leo Pontifex Romanus more antiquo solet absolutè vocari Episcopus. 139. 3.

Parlamenti totius Sardiniæ decreto assignatæ sunt 500. *libræ ad reficiendam Ecclesiam B. Luciferi,in quo eius corpus est inuentum.* 127. 13.

Paschasius Cardinalis solum venialiter peccauit, schismate contra Symacum Papa comisso. 168. 5.

Patriarchæ vocari solebant antiquitus solũ Episcopi. 138.2. & 3.

Paulinus Treuerorum Episcopus cum alijs in exilium propter Catholicam fidem à Constantio Ariano pellitur. 23. 4. *Eius constantia in exilio.* 24. 1.

Paulinus vir Catholicus,& Sanctus,Eustachij Episcopi Presbyter à B. Lucifero Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus præficitur. 40.3.& *seq.*

Paulini electionẽ fuisse optimã cõprobatur. 42. 7. & *seq. Duos legatos mittit ad Alexandrinam Synodum,Maximum,& Calimerum. ibidem. Illi, Epistolam S. Damasus Papa ex Concilio Romano mittit.* 59. 3.

Paulinum Thessalonicensem, falsò inducit Theodoretus,pro Paulino Antiocheno,illi, & B. Lucifero infensus. ibidem. Eius electio non potuit ab Eusebio Vercellensi reprobari cõtra B. Luciferum,cum in Concilio Alexandrino cum eodem Eusebio inter alios Episcopos subscripserit. 70. 2. *Etiam mortuo Paulino eius electio ab Ecclesia, alijs electionibus prælata est.* 71. 5. *Illum virum Apostolicum, Theodoretus infamiæ nota inurit.* 73. 2. *Eius comunio in re vera fuit,& non schismatica,cum illam S. Damasus Papa admiserit; Meletij verò in re, schismatica fuit,licet per errorem talis non haberetur,& illam admisẽrint Sãcti Eusebius,Basilius,Ambrosius, & alij.* 152. 3. & 4.

Pauli hæretici Samosateni impietas damnatur ab Epistola Alexandrina Synodali. 44. 5.

Paulus Apostolus vinctus ex Palestina, Romam veniens, pene annum in nauigatione consumpsit. 91. 5. *Eius in Hispaniam profectio.* 99. 3. *Eius vmbra,mortui resurgunt. ibidem. Eius sententia ad Hebreos: voluntariè peccantibus non relinquí pro peccatis hostiam,explicatur significare egrè, & dificile peccata remitti.* 145.2.

S. *Paulus primus Heremita solo testimonio D. Antonij ab Ecclesia Romana in Sanctorum numerum,cum officio semiduplici relatus est.* 108.4.

Paulus V. breue, seu rescriptum de Reliquijs Calari inuentis misit gratulabundus ad Don Franciscum Esquiuel Archiepiscopum Calaritanum. 179.

Pelagianam hæresim sequutus est Ruffinus. 66. 6.

Periarchon libros Origenis erroris, primus intulit Romam Ruffinus. 65. 5.

Persecutio atrox in Ecclesia grassãte Ariana hæresi ex Ruffino. 23. 6.

Petri Apostoli cum Simone Mago concertatio. 99.2.

S. *Petronia Martyr Turribus in Sardinia inuenta.* 132.4.

Petrus de Natalibus,deceptus Sozomeni,historia Eusebium Emissenum Episcopum Arianum inter Sanctos refert. 62.2.

Philastrius plures damnaus doctrinas, quæ vix in philosophia notam merentur,nunquam B. Luciferi doctrinam aliqua censura perstringit. 143.3. *Idem plures recẽsẽdo hæreticos, etiam post impositum schisma, numquam inter illos B. Luciferum refert.* 60.5.

Pietas Catholicorum erga B. Luciferum, & alios confessores,pro Catholica fide exulãtes. 37.3.

Pilati ad Tiberium Imperatorem relatio de Christo Domino. 92. 2.

Pirri oppidum in Sardinia,miliari ab Vrbe Calaris distans,inquo est Templum D. Luciferi. 96.1.

Pirrhus Epirotarũ Rex à militibus dictus aquila, ipsã in nummis excudere iussit. 120. 17.

S. *Pisana martyr Turribus in Sardinia inuen-*

uen-

uenta. 132. 4.

Pontificem errare posse, in his, quæ non ad fidem, & ad mores, sed ad historiam, vel factum spectant, exemplis nõnullorum Pontificum illustratur. 175. 17. *& seq.*

Pontificiarum litterarum quid sit error cõstructionis. 172. 8. *& seq.* & 174. 14.

Pranctini S. Agapitum habent patronum. 112. 2.

SS. Priamus Aemilius, & Lucianus, patria sunt martyres Calaritani. 17. 1. & 94. 2.

S. Priamus martyr, Calari inuentus. 132. 4. *Ecclesiam habet vetustissimam in Sardinia Prouintia Sarrabensi, sitam in Cliuo mõtis Miri, cuius memoria exoleuerat, & & SS. Priami, & Feliciani nomine celebrabatur*. 144. 13.

S. Protus martyr Turritanus Calari celebratur in Ecclesia B. Virginis Carmelitanæ. 185. 1. & 2. *Eius tabella amota fuit à Sacello illius, quod in ea cum Pallio, Mitra, & Baculo Patriarchali erat depictus, contra Martyrologium Romanum, historias Ecclesiasticas, & picturas antiquas, quæ solum, illum simplicem Sacerdotem astruũt*. 185. 1. *& seq. Illius pictura à Turritano prolata, testimonio Re de Oliues Mensæ Turritanæ Secretarij, licet antiqua, & lacerata videatur, suppositititia iudicata est, cũ sit vnica, & à nullo vnquam visa, contra traditionẽ, & historias Ecclesiasticas*. 185. 3. *Ne deinde Episcopalibus insignijs depingatur decreuit Sacra Congregatio Cardinalium*. 186. 5. & 6.

Q

QVæstio exorta de vocibus hypostasis, & vsiæ componitur in Epistola Synodali Alexandrina, missa ad Antiochenos. 45. 6. & 7.

R

RAuennates S. Apolinarem habent patronum. 112. 2.

Reliquiæ SS. Calaritanorum contra decreta & Canones Ecclesiasticos adorationi exponi, falsò opponit Turritanus. 181. 1. *& seq. de nouo inuentæ exponi venerationi, prohibet sine Romani Pontificis autoritate Alexander*. 111. 181. 3. *Idem prohibet Tridentinum sine probatione Episcopi, eas recognoscentis*. 181. 4.

Reliquijs S. Luciferi adorationi exponendis, omnes concurrunt circunstantiæ, nempe longissimi temporis scientia, Pontificis tolerantia, ordinarij voluntas, & similia, quæ afferuntur. 181. 4. *& seq.*

Reliquiæ Sanctorum Turritanæ Ecclesiæ, minori titulo, adorationi exponuntur quã Calaritanæ, quæ si non essent venerandæ, vt volunt Turritani à fortiori eodem argumento, illorum Sanctorum reliquiæ non adorandæ. 182. 5.

Reliquiæ SS. Calaritanorum, omnia habent requisita, vt venerationi sint exposita. 184. 15.

S. Restitutæ martyris Matris S. Eusebij Vercellensis cripta memoratur, in qua plurium Martyrum corpora reperta sunt. 177. 2.

Reuelationes variæ de gloria B. Luciferi inter Patriarchas, & Episcopos, facta Valentiæ Pijs matronis; & Ecclesijs, Angelæ Mariæ Serra Abatissæ miræ Sanctitatis. 125. 15. & 126. 15.

Romam ad Liberium Papam petit B. Lucifer protuendo Athanasio, & Catholica fide. 18. 4.

Romani, Principes Apostolorum habent patronos. 112. 2. *Pro numis æreis emẽdis antiquis aureos census insumunt*. 114. 4. *Posteris pro gemis nũmos æreos antiquos legare solent, teste Pomponio*. 114. 4.

Rosa inuenta innumismate B. Luciferi, Romæ, consonat rosæ repertæ in eius sepulchro. 107. 3. & 108. 3. *Plura significat in laudem eiusdem B. Luciferi*. 108. 3.

Rosa Lucifero syderi Sacra. 117. 11. *A Lucifero sydere odorem haurire antiqui putabant. ibidem. Illa animos conciliari existimabant indorum magi*. 118. 11. *Eius odor Scarabeos perimit. ibidem. Illam spargere in sepulchris mos erat apud antiquos. ibidem.*

Rosæ in B. Luciferi sepulchro depictæ, indicant, Constantium Arianum, fætidum hæreticum Scarabeum, B. Luciferi virtutis odore, fuisse peremptum. 118. 11. *Pacem denotant, quam B. Lucifer intulit Orienti, abiecta Ariana hæresi. ibidem.*

Rosarum vnguento Hectoris cadauer à canum morsibus liberari, fingit Homerus. 118. 12.

Rosæ in sepulchris incisæ, martyrum sunt insi-

insignia. ibidem.

Rosa fragilitatis humanæ typus, 134.3. *Christianæ virtutis odoris Symbolum. ibidem. Sanguinis ruboris pro Christo effusi Symbolum. ibid.*

Rosa in sepulchro B.Luciferi incisa, eius illibatæ Sanctitatis fragantiam exprimit. 135.4.

Ruffinus erroris arguitur in historia. 42. 6. *Eius historia de* B. Lucifero, *& schismate illi imposito proponitur.* 51. 6. *Torani Monasterij, Monacus, & Presbyter fuit.* 63. 1. *Eius historia falsa est, & erroribus scatens.* 63. 1. *Sanctissimo Episcopo Hilario Pictauiensi impudenter imponit fuisse excomunicatum.* 64. 2. *Eius error de discessu Basilij Magni Athenis ad Monasterium.* 65. 3. *Græci, & latini sermonis ignarus à Diuo Hieronymo deprehenditur.* 65. 4. *Hæreticus fuit Origenista.* 65. 5. *Nomine Pamphili Martyris, Eusebij librum edidit defensionis Origenis.* 65. 5. *Hæreticus etiam fuit Pelagianus ex ore Cælestij in Concilio Carthaginensi.* 66.6. *Aperte, mendacij arguitur ex ipsa temporum computatione, cum ait impudenter,* Beato *Lucifero non fuisse pœnitentiæ spacium.* 67.8. *Diuo Hieronymo hæreses Valentinianorum, & Antropomorphitarum obijcit.* 73.2. *Solus hæreticus Ruffinus ausus est affirmare B. Luciferum schismaticum obijsse, quem sequutus est etiam* Baronius. 79. 12.

Ruffiniano Episcopo missa est epistola ab Athanasio de actis Concilij Alexandrini circa lapsos Episcopos recipiendos. 75. 4. & 5.

S

Sabellij hæretici impietas anathemate inuritur ab Alexandrina Synodali epistola. 44. 5.

Sadilum oppidum in Sardinia, in quo est templum B.Luciferi. 96. 1.

Sal lapideus datur Cardona *in Hispania.* 80. 15.

Salaminus fuit patria Hermius Sozomenus. 61. 1.

Sanctitatis, & Beatitudinis titulus per Epistolas communiter antiquitus, Episcopis exhiberi, mos fuit. 117. 10.

Sanctitatis definitio. 125. 13.

Sardiniæ Episcopus Metropolitanus à Sancto Athanasio appellatur B.Lucifer. 24. 1. *Cum omnes Ecclesiæ Catholicæ asseruntur à Diuo Athanasio in libris ad Iouinianum, illos composuit post redditum* B. *Luciferi in Sardiniam.* 89. 1. *Omnes Sardiniæ Ecclesiæ, argumento negatiuo immunes ab errore probatur in Concilio Romano habito secundo anno post obitum B. Luciferi.* 93. 2. *Sardinia, multis templis veneratur B. Luciferum, vt Sanctum.* 96. 1. *Sardiniæ Rex Entius, Federici Imperatoris filius.* 112. 2. *Sardiniæ stemma, quatuor Maurorum capita. Sardiniæ in Spiritualibus, non de nouo vniuit Vrbanus II. Corsicam eum per assistentiam iuris, antiquitus esset vnita ex ipsis Romanis, qui in Spiritualibus vnierunt; sed solum de nouo concessit Episcopo Pisano, non aduertens ius antiquum Calaritani, vt modo in Rota Romana controuertitur.* 139. 4. *Sardiniæ falsò ascribit Marinianus illud* B. *Hieronymi, Luciferianos habitasse in angulo terræ, cum teste* Baronio *ex verbis ipsius, fit apud Hiberiam.* 149. 11.

Sardiniæ littoribus non appulit Satyrus *frater* S. *Ambrosij, cum naufragium fecit, sed Calabriæ ora tenuit.* 155. 2.

Sassaritani Archiepiscopi institutio, ex commentitio Fundague Sardoo *idiomate.* 140. 5.

Saturninus hæreticus Arianus à B. Lucifero reprehenditur. 38. 2.

S.Saturnini Calaritani Basilica. 96. 1. *Eius vita conscripta à Fulgentio Episcopo.* 104. 6.

Satyrus frater Sancti *Ambrosij non Sardiniæ, sed Calabriæ littoribus naufragauit.* 155. 2. *Duodecim annis post obitum B. Luciferi, naufragium passus est.* 155. 2. & *seque.*

Schismatis confecti ocasio inter Sanctum Eusebium, & Sanctũ Luciferum ex Paulini electione in Episcopum Antiochenum, proponitur ex Socrate, Sozomeno, no, & alijs. 69. 1. *Aperte falsa, & ab hæreticis conficta demonstratur ocasio ex ipsa Synodo Alexandrina, cui inter alios Episcopos, Paulinus subscripsit.* 70. 2. *Ficta etiam demonstratur ex D. Hieronymi communicatione cum Paulino ex mãdato Damasi Papæ.* 70. 3. *Etiam ficta osten-*

ostenditur ex Epistola Basilij ad Therentium. 71. 4. Etiam ficta ostenditur talis causa ex professione D. Hieronymi cum Paulino ab Oriente Romam, quem Sanctitatis titulo exornat. 71. 5. Tandem falsa deprehenditur, quia electio Paulini, non à solo Beato Lucifero, sed etiam ab alijs duobus Episcopis facta fuit. 71.6.

Schismatis alia noua causa à Baronio excogitata, nempe Beatum Luciferum dicessisse à communione Eusebij, quod Episcopos lapsos nolet recipere, iuxta decretum Concilij Alexandrini. 74. 1. & 2. Causa à Baronio conficta talis schismatis aperte falsa ostenditur. 74. 2. 75. 3. 75. 4. 76. 6. & 7. & 77. 8. & 9.

Schismate vindicatur Beatus Lucifer etiam non assentiens Concilij Alexandrini decreto, quia non dum erat ab Apostolica Sede confirmatum, & ante illius confirmationem Romam ad Liberium petiuit, suæ legationis rationem redditurus, à quo cum pace in suam Ecclesiam redyt. 92. 1.

Sbismate etiam vindicatur authoritate negatiua. Primo Concilij Romani habiti secundo anno post illius mortem, in quo cũ aliorum errores omnes damnatur, nulla fit mentio Beati Luciferi. 93. 2. Secundo aliorum Conciliorum, in quibus cum reliqui Hæresiarchæ vnà cum suis erroribus damnentur, de B. Lucifero, vlla vnquam fit mentio erroris. 93. 3.

Schisma coniunctum esse solet cum hæresi, 103.4.

Schismatica illa solum est Ecclesia quæ à Romano Pontifice discedit, non verò, quæ ab alia particulari Ecclesia. 151.2.

Schismaticus antiquitus putabatur, qui à communi Episcoporum sententia recedebat. 152.3.

Schisma Hispanicum ob Priscillianum hæreticum, describitur. 173.12.

Scipionis Scambati Societatis Iesu viri eruditissimi, docta responsio ad locum Diui Ambrosij de obitu Satyri. 151. 1. & sequentibus.

Scripta Theodoreti aduersus doctrinam Catholicam Ephesinæ Synodi, & S.Cirillum, damnat Iustinianus Imperator. 58.1.

Siluestri de Dracone triumphus. 99.3.

Sirmiensis Conciliaboli fraudem detegit B. Lucifer. 31.1. & seq.

Socrates erroris arguitur in historia. 42. 6. Eius historia de Beato Lucifero, & de schismate, illi imposito ex electione Paulini, 50. 1. Infensus fuit Ecclesia Occidentali. 56. 1. Hæreticus fuit Nouatianus, & hæreticis fauet Originistis. 56. 2. Theodosio Religioso, ac Catholico Imperatori, falso imponit fauisse Nouatianis. 57.2. Male loquitur de Methodio Episcopo Sanctissimo viro, & male de Cyrillo viro Apostolico. 57.4. & 5.

Sozomenus erroris arguitur in historia. 24. 6. Eius historia de Beato Lucifero, & schismate, falsò illi imposito proponitur. 51.4. Hæreticus fuit Nouatianus, & hæreticis fauet Origenistis. 61. 1. Falsò asserit, Episcopos ab Atanarico Gotorum Rege interfectos, fuisse Ariana labe pollutos. 62.1.73.2.

Spondanus Baronij discipulus, primo contrarius cum eodem Baronio Beati Luciferi Sanctitati, deinde illius defensor testimonio inuentionis, & templi; quod idem Baronius fecisset, attestatur, si tale habuisset testimonium. 107.3. & 136. 1. 2. 3.

S. Symachus Papa Calaritanus. 96. 1.

T

Templorum imagines descriptæ quibus in Sardinia colitur S. Lucifer post paginam. 96.

Templi Beato Lucifero Calari erecti, meminerunt Mombritius, centum annos ante inuentionem corporis eiusdem in eo templo, & eiusdem meminit Fara, ex antiquo Codice asseruato in Curia Turritana. 137.4.

Tempus computatur, quo à Sanctis Athanasio Gregorio Nazianzeno, & Hilario, Beati Luciferi Sanctitas, & eius Catholica integritas commendatur, nempe accidisse post mortem Constantij, & post impositum ab hæreticis schisma. 89. 1. & sequentibus.

Testimonia varia ex B. Lucifero, & alijs, quibus ardens illius desiderium martyrij ostenditur. 36. 2. & seq.

Turritano Archiepiscopo opponenti, B. Luciferi venerationem esse modernam satisfit ex Fara Turritano, & alijs. 131.1.2.

Turritano Archiepiscopo opponenti litteras B. & M. non B. Martyris, sed bonæ memoriæ interpretandas, satisfit ex alijs similibus Epitaphijs SS. M M. etiam Turritanorum. 132.3. & seq.

Turritano opponenti, inscriptionem Sancti Luciferi esse suppositititam in eius sepulchro inuentam, per palmam, & rosas descriptas, quæ solis martyribus ascribuntur; Respondetur esse temerariam præsumptionem, & omnino falsam, solis martyribus, & non SS. Confessoribus ascribi palmas, & rosas, ex testimonio doctorum. 134.1. & seq.

Turritano Archiepiscopo opponenti inscriptionem Sancti Luciferi esse suppositititam, quod in ea aquila coronata habeatur, insigne Imperatorum, & Regum; & non ipse ex Imperatoribus, vel Regibus, originem trabat. Respondetur esse temerariam præsumptionem, & omnino falsam, solis Regum, & Imperatorum prognatis, aquilam coronatam describi. 135.5. & sequentibus.

Turritano opponenti, nullam fuisse Ecclesiam dicatam Sancto Lucifero, ex Baronio, qui eandem negat, & Arcam, illam astruentem impugnat. Respondetur, Baroniū prudenter non admisisse Ecclesiam ex defectu informantium: Admisit, verò postea Spondanus suo, & Baronij nomine. 136. I. 2.

Turritano opponenti, Ecclesiam non potuisse Beato Lucifero viuenti consecrari, sed post eius obitum, & ita illius corpus fuisse inbumatum non in propria Ecclesia illi dicata, sed in alia. Respondetur, Ecclesiam fuisse illi dicatam, vel illam post eius mortem erigendo, & in ea corpus aliunde inbumatum tranferendo, vel prius erectam, ab inbumato corpore Sancti Luciferi nomen sortiendo, ommisso priori, vt passim euenire solet. 137.6.7.

Turritanus opponit falsitatem inscriptionis Epitaphij S. Luciferi quatuor ex causis. 138.1. & seq.

Turritanus affirmans de nouo Vrbanum II. in Spiritualibus Sardiniæ Corsicam, vnijsse, & Pisanum Episcopum Primatem illarum vocasse, suo se gladio iugulat, eum se Primatem illarū appellat. 139. 4.

Turritanus opponit abstinendum ab adoratione B. Luciferi. Primo quia clare constat fuisse Schismaticum, & caput sectæ. Secundo quia non solum errauit, sed etiam in errore discessit. Quibus omnibus late respondetur. 142.1. & seq.

Turritanus opponens male refert D. Augustini locum de B. Lucifero. 143.2.

Turritano opponenti varia loca D. Hieronimi de schismate B. Luciferi latissimè respondetur. 145.1. & seq.

Turritano opponenti locum Diui Ambrosij in oratione funebri de obitu fratris sui Satyri contra Beatum Luciferum latissimè respondetur ex Scipione Scambato. 151.1. & seq.

Turritano opponenti decretum Gratiani vbi dicitur, Luciferianos à Lucifero Sardiniæ Episcopo exortos, respondetur. 158. 1. & sequent.

Turritanus falsò opponit Bellarminium, Brondo, & alios modernos contra B. Luciferum. 161.6.

Turritanus ex Epistola Marcellini, & Faustini reclamasse opponit B. Luciferum coram Liberio decretis Concilij Alexandrini de recipiendis lapsis. Quibus late respōdetur. 161.2. & 163.6.7.

Turritanus opponit B. Luciferum Neapoli transeuntem vitasse comunionem Maximi viri Sanctissimi, ex eadem Epistola Marcellini, & Faustini, quibus respondetur. 16. 1.2. & 163.7.

Turritanus opponit Beati Luciferi Sanctitati, Ruffinum, Eusebium, Baronium, & alios recenciores auctores, qui caput Luciferianorum constituunt, & impænitenter obijsse. Cui respondetur. 161.3. & 164. 8. & seq.

Turritanus opponit arguendo argumento Abulensis de Salamone, quod sit damnatus quia de publico peccato, publicam non egit pænitentiam; ita etiam Beatus Lucifer sit damnatus, quia de publico peccato schismatis, publicam non egit pænitentiam, cui respondetur. 162.4. 165.1.

Turritanus opponit non esse audiendos, qui dicunt Luciferianos, non a Lucifero Calaritano, sed Smirnensi ortos. Cui respondetur. 166.2.

Turritano opponenti in Ecclesia Calaritana adorari Ianuarium, eius Episcopum, quem suis Epistolis deprehendit S. Gregorius. Respondetur. 177.1.3.

Tubritanus arguitur in sensi animi in martyres

tyres Calaritanos, quod illos persequitur tot Sanctitatis indicijs inuentos, & Apostolico breui expositos, suos verò martyres, minoribus indicijs, & sine Apostolico rescripto expositos veneretur. 180.5.

Turritano opponenti, Calari in litanijs Sanctorum, plures addi Calaritanos, respondetur. ibidem.

Turritanus opponit, corpus Beati Luciferi, & aliorum Sanctorum Calaritanorum reliquias, exponi adorandas in Ecclesia Calaritana, cum contemptu Religionis Christianæ, & contra Canones, & decreta Apostolica. Cui respondetur. 181.1. & seq.

Turritano apponenti, fuisse Calari amotam imaginem S. Proti, ne à Populo adoraretur. Respondetur. 185.1. & seq.

V

Valens hæreticus Arianus à B. Lucifero carpitur. 38.2.

Valentini hæretici error damnatur ab Alexandrina Synodali Epistola. 44.5.

Vercellensis Ecclesia veneratur, vt Sanctum D. Luciferum, eiusque implorat auxilium in hymno ad primas vesperas. 97. 1. & seq.

Vercellensis Ecclesia præter hanc in hymno venerationem, specialem de Dionysio commemorationem facit, & in Litanijs proprijs inuocat; non vero Luciferum, quia Ecclesia Vercellensis suffraganea est Mediolanensi, cuius S. Dionysius fuerat Archiepiscopus, quæ ratio non militat in B. Lucifero. 98.6.

Vercellensis Ecclesiæ duo Canonici ex mandato Capituli Eusebianum Breuiarium, Venetijs excudi fecerunt, ex manuscripto eum eodem hymno. 93.3.

Veneri Sacra apud antiquos fuit Rosa. 118.11.

Vespasiano, Roma è palma, innumis coronam dicauit. 119.14.

Vincentius Episcopus Capuanus primarius legatus Liberij Papæ, à Constantio, & alijs Arianis deceptus cum alijs Episcopis Catholicis Athanasij damnationi subscripsit. 18.4.

S. Vincentius Ferrer à peccato excusatur cũ Benedicti antipapæ, magister Sacri Palatij extitit. 168.6.

Vmbra Pauli Apostoli, mortui suscitantur. 99. 1.

Vrbanus II. non vniuit de nouo Sardiniæ Corsicam in Spirituatibus, cum iam à Romanis esset in temporalibus vnita, sed de nouo concessit Archiepiscopo Pisano, non aduertens ius antiquissimum Calaritani. 139.4.

Vrsaceus hæreticus Arianus à B. Lucifero confutatur. 38. 2.

Vsia vox, qua ratione cum Hypostasi vsurpanda apud Synodalem Epistolam Alexandrinam. 46.7.

X

Xantopulus patria fuit Nicephorus. 67. 1.

Z

Zoylus Episcopus, Alexandrinæ Synodali Epistolæ subscribit. 48.11.

Zozimus Episcopatu spoliat Maximum virum Sanctissimum. 81.1. & seq.

Zozimi Sanctissimi viri solius testimonio in Sanctorum numerum relata est S. Maria Aegyptiaca. 109. 4.

Adnotatio.

Præter alios Societatis Iesu Autores, videlicet Cornelium à Lapide, Incofer, Scambato, Quaranta, & Rybadeneira, suis locis

locis adductos, & citatos in hoc primo libro in fauorem Sanctitatis Beati Luciferi, subscripsit etiam eius Sanctitati Pater Ludouicus de la Cerda Toletanus, theologus è Societate Iesu, miræ eruditionis vir, qui eruditissimis Tertullianum, notis, & commentarijs illustrauit, ad Sacra, quæ composuit aduersaria in Syllabo, & Elencho Sanctorum, & veterum Patrum, ac Doctorum, quos in corpore operis citat, & adducit, Beatum Luciferum, Sanctitatis titulo insignit, dum ait Sanctus Lucifer Calaritanus. Vt præfato loco videre est.



LIBER